¶ Thebæ domitæ: Thebās Cadmus Phoenix condidit in Boeotia. Creontem Thebarum regem Theseus interemit: q̄m Argiuis sepulturam negasset, vt scribit Papinius. ¶ Bimēbres: Centauros. Centauri Iunonis & Ixionis filii in nuptiis Pirithoi: quæ gestæ sunt in monte Pelio Hippodamiam Attacis filiam Pirithoi vxorem rapere voluerunt. Orta pugna: alii trucidati: alii in fugam acti sunt. Rem gesserunt Theseus, Nestor, Peleus, & alii heroes. ¶ Pulsata regia Ditis: Theseus ad inferos, vt Proserpinam raperet descendit Pirithoi amici gratia. Cerberus Pirithoum assumpsit: Theseum Hercules liberauit. Philochorus tradit: Adoneum Molossorum regem ex Proserpina habuisse filiam Erinnyn: & canem Cerberum nomine: proposuisseq; certamen vt qui Cerberum superasset filiam vxorem duceret: & cum animaduertisset Thesum, Pirithoumq; nō vt procos accessisse: sed vt puellā raperēt, vtrūq; cepisse: Pirithoum Cerbero deuorandū obiecisse: Theseumq; in custodiam adactum in gratiam Herculis liberasse. Dis est diuitiarum & inferorum Deus: vt Straboni placet.

Minotaurus qui

Thebarū conditor

Centaurorū iteritus

Proserpinę fabula

Dis q fuerit

HVBER

¶ CVM fuerit: corrigendus est hic textus: nō enim legendū est Chirō: sed Scyrō, & Procustes. Scyrō aūt latro fuit, quē viatores spoliantem versus Megaram Theseus interfecit & saxo præcipitauit, quod adhuc (vt historici perhibēt) Scyronium dicitur. Ouidi. in Metamor. Scopulo nomen Scyronis inhæret. Quidam autē ferūt eum hospitibus per iniuriam cibum porrigere solitum, & ieiunare coegisse: deinde calce percussos in mare p̄cipitasse. quo genere mortis eum Theseus affecit. ¶ Toruus: crudelis. ¶ Procrustes: dicit̄ a προχρουω verbo græco. i. impello. Is Polyphemonis cuiusdā filius: hoc genere supplicii hospites afficiebat: eorū corpora lecto imponebat: quæ si erant longiora lecto, mutilabat: si breuiora: vi trahebat, & extendebat in parem longitudinem lecti. hunc Theseus domuit. ¶ Et Scynis: ita legendum est. is crudelissimus hospitum corpora curuatis arboribus alligabat: deinde arbores in altum dimittebat: ita q̄ corpora lacerabant̄. quem Theseus etiam interfecit. de quo Ouid. in Ibin: Quiq; trabes pressa ab humo mittebat in auras: Aequoris aspicias huius & huius aquas. & de hoc puto Ouidiū sensisse Meta. lib. vii. cum dixit: Occidit ille senex magnis male viribus vsus: Qui poterat curuare trabes: & agebat ab alto Ad terrā late sparsuras corpora pinus. Itē Claudianus supradictos inter crudelissimos numerat libro primo in Ruffinū: Quid tale imanes vnq̄ gessisse ferunt̄: Vel Scynis Isthmiaca pinu, vel rupe profunda Scyron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sylla. ¶ Et tauri mixtaq; forma viri. i. Minotaurus: quē poetæ fabulantur fuisse semihoiem, & semibouem. Ferunt enim (vt scribit Diodorus) Minoem cretensium regē de more solitum Neptuno sacrificare taurū speciosissimū: & cū ei taurus esset p̄stantior, sacrificasse deteriorē. Qua ex re Neptunus Minoi iratus: eius Tauri, quē ille sacrificare noluerat, Pasiphae eius vxori turpē amorem iniecit: cui arte Dędali lignū pulcherrimæ vaccæ, quam taurus amabat, factum est: cui Pasiphae imposita cum tauro concubuit: ex quo fabulis decantatum Minotaurū genuisse fertur: duplici (vt dictum est) natura: qui vsq; ad humeros taurus: cætera homo fuit. Ad hoc monstrū nutriēdum aiunt Dędalū labyrinthū fabricasse: difficiles habentē egressus: & ædificiis penitus irremeabiles. in quo incluso Minotauro. vii. Atheniēsiū pueri: totidēq; puellæ singulis annis: ex decreto Minois, qui Athenīēses ex obsidione, qua eos circūdabat: ea lege liberauerat, mittebant̄. Missus igit̄ Theseus: cum Ariadne filia Minois eius amore deperet: accepto ab eo filo, quo posset e Labyrintho egredi Minotaurū interfecit: reliqua de Ariadne dicent̄ loco suo. ¶ Et domitæ bello Thebę: longa esset historiæ narratio, si ab Laio patre Oedipi exordiremur: satis igit̄ sit breuiter dicere, quæ ad hunc locū p̄tinēt. Cū Eteocles & polynices filii Oedipi de regno inter se dissidētes: mutuis vulneribus cōcidissent: & p̄terea multi duces: aliiq; plurimi mortales: qui ad bellū Thebanū venerāt, occubuissent, Thebaniq; sepeliēdi facultatē denegarent: Adrastus qui solus ex ducibus supfuerat: illis insepultis relictis rediit Argos. Cū nullus auderet hos tumulis cōdere: soli Athenīēses: q alius virtute p̄stabāt, oēs sepeliere. Theseus aūt p̄cipue Adrasti p̄cibus hoc fecisse fert̄. Postea cū filii eorū, qui in bello iterierant parētū mortē vlturi, ex oraculo Alcmeonē Amphiarai filiū ducē elegissent, cōtra Thebanos bella mouerūt. Fo. n. duce expugnatio vrbis ab oraculo p̄mittebat̄. Acerrima igit̄ cōmissa pugna: Thebani attritis viribus, multisq; amissis ciuibus victi sunt, Thebę captę ac dirutę sunt. hoc in bello virtus Thesei maxime emicuit: vnde ei tota hęc ascribit̄ victoria: cū tn̄ alii nō sic scribāt: & multi Herculi attribuāt. ¶ Fusiq; bimēbres: Cētauros dicit: ex Ixiōe & nube a Iunōe, quā ille de p̄cubitu iterpellauerat, obiecta genitos: parte anteriore hoies: posteriore equos. Cū Pirithous Hippodamiā despōdisset: & cētauros & Theseū sibi cōiunctissimū ad nuptias vocasset: & illi vino ebrii: tū Hippodamię: tū cæteris foeminis, q̄ nuptiis aderāt, vim iferre tēptarent: hac iniuria, tū Theseus, tū Lapithę, qbus Pirithous impabat, cōmoti: multos ex cētauris pemerūt, reliquos ciuitate eiecerūt. Elegit igit̄ poeta verbū vtriq; rei aptū: nā fusos, & cęsos itelligim⁹, & fugatos. nō ignoramus tn̄ hāc historiā varie scribi: & quosdā sentire Herculē huic pugnæ interfuisse. Sed q̄ diximus & huic loco conueniunt: & a Dido. referunt̄. ¶ Et pulsata nigri regia: ex historia locus fabulæ factus est. Scribit̄ enim a gręcis i vita Thesei: Adoneū Molossorū regē vxorē Proserpina noie habuisse, filiā vero Erinnyn, canē Cerberū, iussisseq;, vt q eius filiā optaret vxorē, cū Cerbero pugnaret. q̄ si illū supasset, eā assumeret vxorē: multi ad hāc, vt p̄ci p̄uenerāt. verū cū rex aiaduertisset Theseū & Pirithoū nō vt p̄cos venisse: sed vt eā furto auferrēt: eos cōphēdi iussit: & Pirithoo a cane intercepto Theseū in carcere seruandū tradidit: hoc habet historia. Dio. tn̄ magis fabulā secutus: refert Pirithoū cupiētē Proserpinā vxorē habere: tē cū Theseo cōicasse. verū cū pp rei ipietatē: pposito Theseus eum auertere conaret̄: vbi illū pseuerantem, & se ab illo in iusiurandū ad Proserpinæ vim & raptū adigi videret, se sociū & adiutorē p̄buit. cūq; ad iferos, vt eā raperent ambo descēdissent: vterq; ibi captus. Sed postmodū in gratiā Herculis liberatus est Theseus: Pirithous apud iferos detēt⁹: luit sempiternas suę ipietatis poenas. qdā scriptores vtrūq; tradūt ab iferis redisse. hāc igit̄ fabulā nūc tāgit. ¶ Et regia cæca. i. aula obscura. ¶ Nigri Dei. i. Plutonis. ¶ Pulsata. i. p vim quādam irritata & occupata a Theseo. Notandū est: q̄ vbi legit̄ Ditis: legēdū est Dei. Nā Ditis primā naturaliter hēt longā: & sic nō staret hic versus. qd aūt sit longa ex multis exemplis hoc Virgil. in sexto Aenei. fit satis: Noctes, atq; dies patet atri ianua. Ditis. nusquam autē legit̄ prima breui.

Scyron de quo supra

Procrustes d quo supra

Scynis de quo supra

Minotaurus d quo supra

Bellū Thebanum

Cētauri d qb⁹ supra

Proserpia de q̄ supra

Dis h̄z primā longā

ANTO. ¶ IMAGO tua: statua tibi erecta. ⸿ Signetur hoc titulo: hūc titulum versibus continet. ⸿ Hic est: Demophoon qui amantem & hospitem puellam decepit. ⸿ Cressa relicta: Ariadna Cretensis Minois filia relicta in Naxo insula dormiens: siue per dolos: siue quod ita Bacchus in somnius monuerit: vt Dio. maluit. ⸿ In tu.in. vt imitarens obseruasti. ⸿ Excusat: patris exemplo te purgare potes. ⸿ Agis h.e. suscepisti perfidiæ hæreditatem, non virtutis. ⸿ Illa: Ariadna licet destituta sit a Theseo: tamen fruitur marito meliore: hoc est Baccho. ⸿ Capistratis tigribus: vehitur curru Bacchi, quem tigres trahunt. ⸿ Nec inuideo: si tu redieris. ⸿ At mea despecti Thraces: quos tua causa contempsi. commiseratio est a comparatione: confert enim incommoda commodis. ⸿ Atq; aliquis ait: irrisionem Thracum ponit. ⸿ Doctas Athenas: omnium bonarum artium inuētrices. vt scribit Cice. ⸿ Thracem armiferam: bellicosam Thraciam. Thracem græce pronunciauit, latine Thraciam diximus. ⸿ Exitus acta probat: per ironiam Thracum verba repetit: qui Phyllidis consilia a fine damnabant. ⸿ Careat successibus: purgat se a fortuna. ⸿ Successibus: felicitate. ⸿ Ab euentu: a casu, non a fine, ⸿ Notanda: iudicanda & probanda.

Thrace

Hoc tua post illos titulo signetur imago,
  Hic est cuius amans hospita capta dolo est.
De tanta rerum turba, factisq; parentis:
  Sedet in ingenio Cressa relicta tuo.
Quod solum excusat solum miraris in illo,
  Hæredem patriæ, perfide fraudis agis.
Illa nec inuideo, fruitur meliore marito:
  Inq; capistratis tigribus alta sedet.
At mea despecti fugiunt connubia Thraces,
  Quod feror externum præposuisse meis.
Atq; aliquis doctas iā nunc eat inqt Athenas:
  Armiferam Thracem, qui regat, alter erit.
Exitus acta probat, careat successibus opto,
  Quisquis ab euentu facta notanda putat.

HVBER ¶ TVA imago: tua statua. ⸿ Hoc titulo: hac inscriptione. ⸿ Post illos: scilicet titulos patris tui quos supra diximus. ⸿ Hic est: ecce titulus quem vult Demophoōti inscribi, qui ad infamiam pertinet: quod & amantem & hospitam deceperit. ordo est: Hic est .s. ille Demophoon: cuius dolo amans hospita: scilicet Phyllis. & duo posuit quę eius dolum & crimen aggrauant, vt dictum est supra. ⸿ Capta: decepta. ⸿ De tanta: sensus est: De tot factis tui patris: remansit tibi tantummodo memoria fraudis: qua ille vsus est in Ariadnen. non autē alicuius ex supradictis probitatibus parentis. ⸿ Patris tui: Thesei. ⸿ Sedit: stetit. ⸿ In ingenio tuo: idest in animo tuo. ⸿ Cressa: idest Ariadne Cretensis. Cressa autem non a masculino Cressus venit: sed a Cres: cuius genitiuus est Cretis. ⸿ Relicta: deserta a patre tuo. Vt plenius dicetur in epistola Ariadnes ad Theseum. ⸿ Miraris: imitaris. Lucanus: Miratoremq; Catonis, i. imitatorem. Virg. Primis & te miretur ab annis. Nam prædam ingenia quæ mirantur, ea facile imitantur. Vnde antecedens pro consequenti ponitur: idest mirari pro imitari. ⸿ Hæredem agis. i. es hæres. ⸿ Communis est enim dicendi modus: Hic agit legatum. i. legatus est. Hic agit hæredem gratum. i. gratus est hæres. ⸿ Fraudis patriæ. i. paternæ: non autem virtutis. ⸿ Illa, nec inuideo: comparat fortunam suam cum fortuna Ariadnes: & illi ex fraude bene successisse: sibi vero pessime ostendit. ⸿ Illa: Ariadne. ⸿ Fruitur: gaudet. ⸿ Meliore: q̄ pater tuus: quia ille erat mortalis, Bacchus vero Deus. ⸿ Nec inuideo: nec doleo. ⸿ Sedet alta. i. celsa: & læta. ⸿ In tigribus capistratis. i. frenatis: hoc est in curru Bacchi: quem a tigribus trahi dicunt. Virg. lib. vi. Aene. Nec qui pampineis victor, iugaflectit habenis Liber agens celso nisæ de vertice tigres. Hanc sententiam: quod meliorem adepta sit maritum: ipsa libro Fasto. ostendit: Iam bene periuro mutarat coniuge Bacchum: Quæ dedit ingrato fila regenda viro. Sorte tori gaudens, quid flebam rustica dixi? Vtiliter nobis perditus ille fuit. ⸿ At: coniunctio aduersatiua hoc loco: quasi diceret: Non ita mihi euenit sicut Ariadnæ. ⸿ Despecti: cōtempti a me: & (vt inquit Dido) Quibus ego sum toties iam dedignata maritos. ⸿ Quod. i. quia. ⸿ Feror: dicor. ⸿ Præposuisse. s. connubio. ⸿ Externum. i. peregrinum & ignotum. ⸿ Meis. s. Thracibus. hęc enim solet esse causa acerbissimi doloris & indignationis his, qui spernuntur. vnde & Hiarbas apud Virgilium maxime hoc queritur de Didone: quod sibi Aeneam externum proposuerit: Foemina quæ nostris errans in finibus exul, Cui loci leges dedimus connubia nostra Reppulit: ac dominum Aeneam in regna recepit. ⸿ Atq; aliquis: deridens me. ⸿ [illegible] eat. s. Phyllis. ⸿ Athenas: quasi diceret quas plus amauit, q̄ Thraciam: cum maluit maritum Atheniensem, q̄ [illegible] ⸿ Doctas: quoniam illic omnium liberalium artium florebant studia: vnde & Pallas dicitur ei vrbi nomen dedisse. ⸿ Alter: idest alius præter ipsamq; Phyllida. ⸿ Thracem: accusatiuus est a nominatiuo Thrace: nam regio ipsa dicitur T[illegible] latine Thraca. Horatius: Thraca ne vos, Hebrusq; niuali compede vinctus. Item dicitur Thracia. ⸿ Armiferam [illegible]sam. ⸿ Exitus acta probat: sensus est: A fine demonstrantur hominum facta. & est sententia exornatio. ⸿ Careat [illegible]bus &c. sensus est: Male illi eueniat: qui non a fine rerum, sed ab euentu facta hominum denominat, & notat. multa enim solent euenire ante finem: quæ videntur esse mala, quæ postea ex fine cognoscuntur esse bona. vt exempli gratia [illegible] qua puella mediocris conditionis nupsit amatori diuiti clam, & nescientibus parentibus suis: reprehendit hoc factum ab [illegible] qui hoc sciunt. At si ducatur vxor ab eo: omnes dicunt eam sapienter egisse: ita hic est intelligendum. Sunt autem [illegible]ba Phyllidis dicentis: Finis ostendit qualia sint facta: quasi dicat: Potes adhuc prouidere ne videar male fecisse, cum te recepi hospitio & coniugio: ideo male illis eueniat, qui ante finem iudicant de his quæ feci per ea, quæ euenerunt: quia nondum rediisti. nam adhuc redire potes. ⸿ Opto: Deum precor vt ille. ⸿ Careat successibus: idest prosperitatibus. ⸿ Notanda: iudicanda. ⸿ Ab euentu: idest a casu: non a fine: qui potest venire mihi melior. vel certe a fine quem ego respexi: & p[illegible] quem feci. nam finis mei facti fuit prodesse mihi & meis accipiendo te maritum. ergo ab hoc fine intentionis meæ [illegible] ab eo quod euenit: iudicandum est id quod feci: nam finis meæ intentionis fuit bonus: licet euentus fuerit malus. [illegible] sensus videtur esse melior & verior, q̄ superior: licet vterq; possit accommodari.

Cressa vñ formetur

Agis hæredem

At q̄ cōiunctio sit

Thraca & Thrace

PARRh. ¶ EXcusat: agnoscit male factum. excusamus enim peccata. Theseus autem deprecabatur hanc culpam: q[uod] in so[mnis] esset a Libero monitus: vt eam relinqueret. ⸿ Ab euētu a casu nō a voluntate & proposito. M. Tullius Epist. fami. primo: Sed hæc sn̄ia sic etiam illi & nobis placebat: vt ex euētu hoies de tuo cōsilio existimaturos videremus, si cecidisset v[ol]o[b]mus & optamus oēs te & sapiēter & fortiter, sin aliquid esset offensum eosdē illos & cupide & temere fecisse di[cturos].

ASCEN. ¶ SEDET in ingenio: idest placuit. vt septimo Aeneidos: Et sedet hoc animo. Puella cressa. i. Cretensis. Ariadne [Mi]nois filia a Theseo patre decepta: in quo solo facto eum imitaris: historiæ ac fabulæ iam recitatæ sunt. At mea despecti: docet q[uod] & Dido apud Virg. se suis inuisam esse, quia externum prætulit eis. Atq; aliquis: ordo est: Atq; aliquis [illegible] Thracum inquit eat: scilicet Phyllis contemptrix suorum: Athenas doctas vt sequatur moechum. quia alter erit [qui re]gat Thracen: idest Thraciam (a nominatiuo Thrace, & ita per n scribitur) armiferam: idest bellicosam: & patriam [Gradiui pa]tris Geticis qui præsidet aruis. sunt enim vicini. Exitus acta probat: & sup. aliquis (inquit) exitus probat acta: idest euentus rerum. docet qualiter inceptæ sint quasi prudenter: incepta nō possint malum habere exitum. Ad quod respōd[et] Phyllis: Careat successibus opto. Quisquis ab euentu facta notāda putat: quia sæpe prudentissime cœpta infelicem sortiuntur exitum. vnde qui damnabant: quia Demophoon non redibat, laudarent si rediret: quapropter addit.

¶ AT S

¶AT si nr̄a tuo: cōfirmat purgationē a successu: si dr̄ q̄lis speraui exitus est. inqt, redeas. ¶Dicar cō. pbabunt nr̄a cōsilia ¶Sed neq; cōsului: fatetur simplicitatē reiiciens in aduersariū culpā. mea cōsilia non sunt pbanda: qm̄ non redibis. ¶Lauabis mē. vetusti moris erat vt peregre venientes: cū primū lares attingerent, lauarent. ¶Bistōia: Bistonius lacus in Thracia est. ¶Illa meis ocu. amplificatione vtitur cū demonstratione sui officii, & Demophoontis pfidia. ¶Species: imago tui discedentis versat ante oculos meos. ¶Cū p. por. cū nodū ora soluisses. ¶Ausus es am. simulatas blādicias arguit. ¶Expectē acclamatio est cū geminatiōe verbi ad cōmouēdā miseratione. non, inquit, mihi expectandū est: qm̄ iuisti non rediturus. ANTO. Bistonius lacus

At si nostra tuo spumescant æquora remo
 Iam mihi, iam dicar, consuluisse meis.
Sed neq; consului, nec te mea regia tangit:
 Fessaq; Bistonia membra lauabis aqua
Illa meis oculis species abeuntis inhæret,
 Cum premeret portus classis itura meos
Ausus es amplecti, colloq; infusus amantis,
 Oscula per longas iungere pressa moras.
Cūq; tuis lachrymis, lachrymas cōfūdere nr̄as
 Quodq; foret velis aura secunda queri.
Et mihi discedens suprema dicere voce:
 Phylli fac expectes Demophoonta tuum.
Expectem: qui me nunq̄ visurus abisti?
 Expectem Pelago vela negata meo?
Et tamen expecto, redeas modo serus amanti:
 Vt tua sit solo tempore lapsa fides
Quid p̄cor infelix? iam te tenet altera coniux
 Forsitan: & nobis qui male fauit amor.
Vtq; tibi excidimus, nullā puto Phyllida nosti
 Hei mihi si quæ sim Phyllis, & vnde rogas?
Quæ tibi Demophoon longis erroribus acto
 Threicios portus, hospitiumq; dedi.
Cuius opes auxere meæ, cui diues egenti,
 Munera multa dedi, multa datura fui.
Quæ tibi subieci clarissima regna Lycurgi:
 Nomine fœmineo vix satis apta regi.

¶Solo tpe: nō facto. ¶Lapsa: fluxa: & vana. ¶Quid p̄cor: se ipsam corripit q̄ vana & diis non exaudienda precetur. ¶Altera coniux: videtur alludere ad laodicem virginē: quā Plut. tradit clam cognitā ex Demophoonte Mithium filiū genuisse: alii calliopē fuisse scribūt, ¶Alter amor: alterius puellæ beneuolentia ¶Tibi excidi. ex tuo animo deletæ sumus: postq̄ veni tibi in obliuionē ¶Hei mi. dolendum est pfecto mihi destitutę. ¶Si rogas: tanquam me nunq̄ cognouisses. ¶Quæ tibi: cōmemorat sua officia in Demophoonte. quod cōmenta est ex causa, quæ eam vt ostenderet qualis fuerit, impellere videbatur. ¶Acto ad nostras oras impulso post longa exilia. ¶Opes exiguas: facultatū reliquias. ¶Lycurgi: patris mei. hic enim Lycurgus est qui cum Bacchi munera contempsisset: crura sibi falce amputauit. quē alii Dryantis, alii Boreæ filium dicunt. ¶Nomine fœmineo: quæ sua amplitudine non poterant puellę simplicitate gubernari. Lycurgus qui

¶AT si: sensus est: Reprendor & dicor male egisse: sed si ad nos reuersus fueris: omnes dicent me prudenter egisse. & ita exitus pbabit acta mea non fuisse mala. ¶At si nostra tuo spumescant æquora remo: periphrasis est. i. circunlocutio, hoc enim voluit dicere: Si ad nos nauigaueris. nā nauigando, & mouendo remos æquora spumam mouent. Virgilius: Et spumas salis ære ruebant. ¶Iam. i. tandē. ¶Cōsuluisse: sapienter prouidisse mihi accipiendo te maritū. ¶Meis accipiendo te qui eos regeres. ¶Sed neq; consului: vt magis eum moueat: ostendit se desperare eius reditū. Neq; consului: quia non reuerteris. ¶Mea regia: quam tibi tradiderā. ¶Tāgit: mouet. ¶Fessaq; Bistonia: subaudiēda est negatio: Neq; lauabis mēbra &c. idest non venies in Thraciam: neq; lauabis aliquādo membra tua fatigata aqua Threicia. Nam Bistoniū Thraciæ stagnum est. ¶Illa meis oculis: magnā vim habet recordatio preteritę consuetudinis: & beneuolentiæ. ideo Phyllis nūc reducit in memoriā Demophoonti eius discessum: in quo ostendit eum sibi significasse amorē: vt ea cōmemoratiōe eum moueat. ¶Illa species: illa figura. ¶Abeuntis. s. tui a me discedentis. HVBER Bistoniū de quo supra

¶Inhæret: infixa est. ¶Oculis me. hoc est videor nunc habere ante oculos cum a me discessisti. ¶Cum classis itura. i. abitura. ¶Premeret meos portus. i. esset in portu meo. ¶Ausus es: cōmemorat blandicias, quibus Demophoon erga eā vsus est. Ausus es. q. d. cū discederes nō reuersurus: ausus es tamē me amplecti. ¶Infusus: impositus: circundatus. ¶Collo amā. mei Phyllidis. ¶Oscula pressa: presse infixa. q̄ua solēt esse oscula amantiū: quę nō mō ōsiis labiis in faciē dātur: verūet plerūq; ex nimio affectu dentibus & morsu inferuntur. amatoria oscula dentibus impssa signat Ouid. in pri. Amoꝝ: Alterius vi deat toto vestigia lecto: Factaq; lasciuis liuida colla notis. & Hora. i pri. Carminū: Siue puer furēs: ipressit memorē dēte labris notā. ¶Cūq; tuis: subaudi & ausus es. ¶Cōfundere. i. cōmiscere. ¶Quodq; foret. i. ausus es q̄ri, q̄ hēres ventū secūdū, & tibi fauentē: qa potius voluisses hūc aduersum vt esset tibi iusta cā remanēdi. ¶Et mihi: ordo est: Et tu discedēs ausus es dicere. ¶Sup̄ma v. i. vltimis verbis tuis: qa postea nō dixisti aliud verbū. ¶Phylli f. ex. hęc sunt illa vltima verba q̄bus Demophoō vsus est ad Phyllida. ¶Expectē: nunc sunt verba Phyllidis. q. d. ita dixisti mihi, vt te expectē: sed q̄d expectē te, q̄ abiisti. ¶Nunq̄ vi. me. i. nūq̄ reuersurus amplius vt me videas. ¶Negata. s. a te. i. q̄ vela tua nūq̄ vis amplius recitre in meū mare: & tn̄ artificiū est in summa cā diffidētię: tn̄ nō ondere diffidētiā. dicit igitur: q̄d licet sā nō debeat eū expectare: tn̄ expectat. ¶Mō: tātūmō. ¶Serus. q. d. ēt serus. i. tardus. qa vt est in puerbio: Melius est sero q̄ nunq̄. ¶Vt tua. i. vt videaris defecisse in fide p aliqd tp̄s: & non p oē. vt tua fides: quā mihi dedisti de reditu tuo. ¶Sit l. i. defecerit. ¶Solo tpe: & nō volūtate tua, aut ēt ope. ¶Quid p̄cor in fe. diximus in pria ep̄la: muliebre esse de maritis abs̄ntibus alienū amore suspicari &c. qd p̄cor. q. d. frustra p̄cor. ¶Qui m. f. nobis. i. q fuit nobis aduersus. ¶Vtq; t. vt. i. postq̄. ¶Excidimus. i. ex memoria tua elapsę sumus. ¶Nullā Phylli. i. nullā filiam Phyllidis. ¶Hei m. nō sine gemitu potuit cōmemorate se, & sua erga Demophoōtē bn̄ficia. ¶Hei: interiectio dolētis. ¶Si rogas: si q̄ris & interrogas. ¶Vn̄: ex quo loco: cuius filia. ¶Quæ t. nunc dicit quæ sit ordo est: O Demophoon ego sum illa Phyllis: quæ dedi tibi acto. i. agitato. ¶Erroribus. i. vagationibus per mare. ¶Regna Lycurgi. i. in q̄bus regnauit Lycurgus. Sic etiā Virg. de Thracia: Acri quōdā regnata Lycurgo. Hic enim fuit rex Thraciæ: alter fuit Lacedęmonis: q suis ciuibus leges saluberrimas tulit. ¶Cuius. s. Demophoontis. ¶Opes. i. facultates: diuitias. ¶Meæ. s. opes. ¶Auxere: fecerunt maiores. Cui egenti. s. tibi Demophoonti. Sic Dido obiicit Aeneæ: Eiectum in littore egētem Excepi. ¶Quæ subieci. i. supposui: & in potestatem tuam dedi. ¶Vix satis apta tegi nomine fœmineo: quia hæc regna habent viros bellicosos, & feroces: qui vix possunt ferre muliebre imperium. Prouerbium Lycurgus lacedęmonius

¶BISTONIA: Bistones Thracię gentes a Bistone Martis & Terpsichores filio: vel ab altero: quem genuit Chiron. vt auctor est Philostephanus. PARRh.

¶AT si nr̄a &c. Cōsuluisse. i. cōsulte pruidisse: aut pspexisse mihi & meis. Fessaq; bistōia: ordo ē. q; p &: nec sup. lauabis mēbra tua fessa. i. fatigata ex lōgiqua pfectiōe. aq bistōia. i. Bistōidis lacus Thraciæ. Illa meis oculis: cōmemorat dulcia, vt ondat q̄ sint, q̄ nūc patit, amara. Quodq; foret: ordo est: Et ausus es q̄ri. i. cōqueri. q̄ aura foret. i. eēt. secunda. i. pspera: qa sequens & a puppi flans tuis velis. i. videbaris tibi dolere q̄ tā bono vento abire cogebaris. Et mihi: supple ausus es discedens dicere suprema voce: O Phylli face. i. fac. (Nō enim legendū est fac: quia pducitur. q̄uis sint qui ita legāt, & corripi sentiant: vt etiam alibi:) Expectes Demophoonta tuum: scilicet amicum aut maritū. serus. i. tardus. Quæ tibi Demophoō: enūerat bn̄ficia vt memorē sui faciat, & āplitudinē regni sui cōmemorat, vt alliciat, Oia āt māifestaria sunt ASCEN.

Qua patet vmbrosũ rhodope glacialis ad He
Et iacet admissas exigit Hebrus aqs. (mũ
Cui mea virginitas auibus libata sinistris:
Castaq; fallaci zona recincta manu.
Pronuba Tisiphone thalamis vlulauit in illis
Et cecinit mœstum deuia carmen auis.
Affuit Alecto breuibus torquata colubris,
Suntq; sepulchrali lumina mota face.
Mœsta tñ scopulos, fructicosaq; littora calco,
Quaq; patent oculis æquora lata meis.
Siue die laxatur humus, seu frigida lucent
Sidera prospicio quis freta ventus agat.
Et quæcunq; procul venientia lintea vidi,

ANTO. ¶ QVA pa. regni sui amplitudinem describit. complectitur, inquit, Rhodopen montem, deinde in Hemum montẽ a quo diffunditur vsq; ad mare ponticum: in qd Hebrus fluuius immergitur. Hemus silnosus est: & sex mi. pas. arduus. Hebrus Odrysiarum solum fundit: discurrit inter Priantes, & Dolongos, Thynos, Corthylos, aliosq; barbaros tangit, & Lycopas: omnes sub Lycurgi potentiam fuisse traduntur. ¶ Exigit aquas: in mare ponticum emittit. Sacrum dixit Hebrum propter Orpheum, qui illum accoluit. Nam Bacchus cũ Lycurgo regnum sustulisset: Aropi dedit Orphei auo paterno. ¶ Libata: primũ violata: cui meæ virginitatis primitias dicaui. ¶ Sinistris auibus: aduersis auspiciis. Veteres nihil inauspicata faciebant. ¶ Zona: cingulo qd ex lana ouis fiebat. præcingi nouam nuptam seri. Verius: quam vir in lecto soluebat. ¶ Casta: qm ex eo cingulo nõ nisi virgines præcingebantur. ¶ Tisiphone. vna furiarum quæ tres sunt: Alecto, Tisiphone, & Megæra: filiæ noctis & Acherõtis. Pronuba: loco Iunonis nostris nuptiis præfuit. ¶ Vlulauit non cecinit: sed feralem vocẽ Himenæi loco protulit. ¶ Deuia auis Stryx bubo quæ in transuersum volans auferrur: & iõ deuia. Bubonem (vt Plinius scribit) maxime abhominantur in auspiciis proci. ¶ Cecinit mœstum carmen: nõ lætum epitalamium: sed carmen exitiale auspicatus est. ¶ Torquata: cuius torques est ex serpentibus. ¶ Lumina motas in nras nuptias. ser. Plu. Quinq; faces nuptiis adhibere consueuisse: quas gestarent pueri primi & matrimi: vt Verrius tradit. ¶ Face se non in facibus ignis est adhibitus, sed funalibus sepulchrales dicuntur faces: quæ accenduntur in funere: aut manium sacris: vnde & aras sepulchrales dicimus. Sunt faces nuptiarum, aut deorum superorum: funalia vero mortuorum, & deorum manium. ¶ Mœsta tamen: cõcludit per commiserationem. ostendit enim in quibus versetur incommodis: & suo voto destituatur: subiicit quoq; seipsam, & salutem suam in Demophontis potestatem a quo misericordiã captare enititur: licet oia sint aduersa. spero tñ te reditum; p. to. n. littora: vt te si redeas, obseruẽ. ¶ Laxatur: arescit. ¶ Die: Solis ardore. ¶ Frigida: nocturna. alludit ad lunã. ¶ Prospicio: obseruo. ¶ Agat: maria ipellat, & patet.

Margin: Hemus q — Q̃ zo cin/gulo noua nupta p̃ci/gebatur — Furiæ quot sint — Quot fa/ces nuptiis adhiberi consueue/rant — Faces quæ sint & quæ funalia

HVBER. ¶ Qua patet: describit ambitum regnorũ Thraciæ: quæ subiecit. & est ordo: Quæ subiecit tibi regna Lycurgi. [illegible] parte. ¶ Rhodope patet ad Hemũ glacialẽ: Et Hebrus sacer &c. Rhodope & Hemus (vt diximus) mõtes sunt [illegible] Sed Rhodope magis in Orientẽ porrigitur: deinde in Septentrionẽ reflectitur. Hemus ad Macedoniã est: vnde [illegible] dũ mons Macedoniæ dr. ¶ Qua patet. i. extendit. ¶ Vmbrosum: altũ: vel arboribus plenũ. ¶ Et sacer: signat hostiũ [illegible] fluuii. Sacer: quia oẽs fluuii sacri dicebantur. ¶ Exigit: emittit. s. in mare. ¶ Aquas admissas. i. celeres: vt diximus in prima epistola. non aũt legẽdũ est amissas: neq; etiã dicendũ amissas. i. perditas. ¶ Cui mea: non est subaudiendũ: ego Phy[llis] sed cui refert illud pronomen supradictũ: scilicet tibi. ¶ Cui. s. Demophoonti: pro a quo Demophoõte: datiuus pro ablatiuo. ¶ Mea vir. amplificat beneficia: quia plus est dedisse virginitatẽ, q̃ res. ¶ Est li. desumpta. ¶ Auibus si. i. infelici homine. nam antiqui omnia auspicato faciebant: & præcipue matrimonia. Virgil. Cui pater intactam dederat, primisq; iugarat Ominibus. Luca. Cõtentiq; auspice Bruto. Iuue. Veniet cum signatoribus auspex. Capiebatur autẽ augurium a volatu auium: quas appellabant præpetes vela voce: & has appellabant oscines: quod ore canerent. Vnde & aues sæpe pro auguriis ponuntur. Hora. Mala ducis aui. inde & auspices ab aspiciẽdis volucrib⁹: & augures a garritu auiũ dicti sunt. ¶ Et mea zo. subaudi & cui. i. a quo. Mea zona est recincta. i. discincta. ¶ Casta. i. mei castæ. nam adiectiua personarũ sæpe attribuuntur rebus. vt supra: Sed bene consuluit casto Deus æquus amori. ¶ Manu fal. i. tui fallacis. Erat enim mos, qui etiam hodie in aliquibus locis seruatur: vt vir discingeret zonam mulieris sibi nubentis. ¶ Pronuba: loco Iunonis, quæ coniugiis præesse solet, affuerunt Furiæ. Pronuba dicitur quæ nubentibus præest: nu aũt syllaba quæ in primitiuo naturaliter longa in pronuba semper breuiatur. in cõnubio in[t]erdum seruat naturam: vt Per cõnubia nostra: per inceptos Hymenæos. [inter]dum per sistolẽ breuiatur: vt Connubio iungã stabili. ¶ Tisiphone: vna ex Furiis. dicta a Tisis, quod græce significat [vl]tionem. & phoni quod significat cædem. ¶ Vlulauit: vlulatus enim attribuitur Furiis. Dido ad Aeneam inferius: Audieram voces: Nymphas vlulasse putaui: Eumenides fatis signa dedere meis. ¶ Deuia auis. i. bubo, cuius querula vox malum omen significat. Virgi. iiii. Aenei. Solaq; culminibus ferali carmine bubo Visa queri, & longas in fletum ducere voces. deuiam aũt appellant: quia a cœtu aliarum volucrum solet fugere. ¶ Mœstum: triste: querulum. ¶ Alecto: alia ex Furiis dicta quasi irrequieta & nunq̃ cessans. ¶ Torquata: circũdata: & quasi pro torque cincta. ¶ Colubris: viperis breuibus: ideo sæuioribus. nam breuiores serpentes sunt sæuiores. ¶ Suntq; sepulchrali: in nuptiis malum omen habebatur: si aut faces, quæ pro mortuis erant accensæ, deferebantur pro nuptialibus: aut si ipsæ faces nuptiales fuissent accensæ ex facibus: vel ex flãmis alicuius rogi. hanc rem ostendit ipse Ouidi. libro sexto Metamorphoseon: in fab. Terei: Eumenides tenuere faces de funere raptas. Idem Fast lib. ii. Conde tuas Hymenæe faces, & ignibus atris Aufer: habent alias &c. dicit ergo nũc Phyllis. ¶ Lumina. i. ignes mearum tædarum nuptialiũ. ¶ Sunt mota face sepulchrali: idest face quæ pro mortuo erat accensa. ¶ Mœsta tamen: dicit quod licet omnia supradicta significent infelix coniugium: tamen sæpe conscendit locũ altum ex quo prospiciat in mare, si forte videat nauem Demophoontis. ¶ Mœsta: tristis. ¶ Calco: premo corpore meo. ¶ Fructicosa: dumosa. i. plena fructicibus. ¶ Sæpe: nam nouies iuisse dicitur. vt Ouid. in pri. de Remedio: Et per quod nouies sæpius isset iter. & in eodem libro: Nona terebatur miseræ via. ¶ Quaq; pa. oc. licet raro a versu pentametro ad sequẽtes versus incipiat sententia præcipue apud Ouid. tamen interdũ fit: vt hic videmus: & supra diximus in epistola Bri. est enim ordo: Et ego prospicio quis ventus agat freta. ¶ Qua. i. qua parte. ¶ Littora patent nostris oculis: idest aspiciuntur a nobis. ¶ Siue humus laxatur. i. aperitur. nam terra die propter temperiem, vel calorem magis largatur. ¶ Seu frigi. sidera: aut generaliter frigida sidera omnia dixit propter noctem, quæ frigida dicitur. Virgi. in Buco. Frigida vix cælo noctis decesserat vmbra. aut certe Lunam intellexit, quã frigidam esse constat. ¶ Et quæcunq;: idest quamcunq; video nauem venientem statim existimo illam esse tuam. ¶ Tua lintea. i. vela. dicta a lino: q; ex eo fiant. ¶ Procul: longe.

Margin: Hem & rhodõpes reflexio — Q̃ño au/guria ca/ptarentur — Pronuba quæ sit — Tisiphõe vñ dicta — Alecto vñ cognomi/nata

PARRh. ¶ Sacer Hebrus: quia Iouis. F. vt Home. in hymnis. vel ob Orphei caput: vt est apud Phylostratũ & Papinium. Abaris Hyperborius Orphei nuptias celebrauit. ¶ Vt: o q̃ Virg. Vt vidi vt perii.

ASCEN. ¶ CVI MEA virginitas &c. Docet se malo auspicio nupsisse, aut deuirginatam esse spe nubendi, pro quo sciemus Romanos Aethruscorum disciplina imbutos nullas res arduas non captato prius auspicio inchoasse. Auspicium autem dicitur ab auium inspectione in volatu, augurium autem ab auium garritu. Et quia auspicato inchoabant. [fa]ctum est vt auspicium accipiatur pro decenti inchoatione: & auspicor pro inchoare. Auspex vero is est: qui [a]u[spicio] p[ræp]o[nitur et a] bus di,

bus dicitur:sed generaliter quicūq; rebus bēne inchoandis pēst. Auibus libata:libati dicuntur, quæ modice tāguntur, & quasi degustant. vt libamina sacroꝝ. Zona casta:cestus cesti dr. Pronuba:quæ pēst nubētibus : quæ Iuno esse deberet:quę Iouis & soror, & coniux diuorūq; regina. nunc aūt fuit Tisiphone furia infernalis:vt ex euentu opinaṫ. Pronuba:q̄ vlulauit loco cantus:sed medium est vocabulum:quia etiam in rebus lætis repetitur. Lucanus: lætis vlulare triumphis. hinc quarto Anei. de connubio Didonis: Summoq; vlularunt vertice Nymphæ. quod proprie ad res tātum tristes ptinet. Face sepulchrali.i.funesta & non nuptiali. Littora fruticosa:in quibus crescunt frutices. Meos deos:salutis meæ auctores.

Protinus illa meos auguror esse deos.
In freta procurro, vix me retinentibus vndis,
Mobile, qua primas porrigit æquor aquas.
Quo magis accedunt, minus & minus vtilis asto,
Linquor, & ancillis excipienda cado.
Est sinus adductos modice falcatus in arcus,
Vltima præerupta cornua mole rigent.
Hic mihi suppositas immittere corpus in vndas
Mens fuit, & quoniam fallere pergis, erit.
Ad tua me fluctus proiectam littora portent,
Occurramq; oculis intumulata tuis.
Duritia ferrum vt superes, adamantaq;, teq;,
Non tibi sic dices Phylli sequendus eram.
Sæpe venenorum sitis est mihi, sæpe cruenta
Traiectam gladio morte perire iuuat.
Colla quoq; infidis, quæ se nectenda lacertis
Præbuerant, laqueis implicuisse iuuat.
Stat nece matura tenerum pensare pudorem,
In necis electu parua futura mora est.
Inscribere meo causa inuidiosa sepulchro,
Aut hoc, aut simili carmine notus eris.
Phyllida Demophoon leto dedit hospes amantem,
Ille necis causam præbuit, ipsa manum.

¶AVguror: suspicor: & aio coniicio. ¶ Meos de. numina maris mihi propicia, q̄ te in Thraciam reducant. ¶ Procurro in f. ad maritimas oras ꝓpero. Primas a: vsq; ad vdum littus. ¶ Accedūt. appropinquāt obseruata nauigia. ¶ Minus & minus vtilis asto: sensim deficio, quia te esse non noui. ¶ Linquor: vigore destituor. ¶ Excipienda: vt nōnunq̄ sic me ancillæ suscipiāt. ¶ Est sinus: describit locum vn̄ sibi præcipitium cogitabat ad augendam commiserationem. ¶ Falcatus: curuatus. videtur Thraciæ Cheronesi sinum ab Isthmo circumscribere, in quam ex Græcia nauigantes deferūtur. ¶ Modice: sensim. ¶ In arcus: ad instar tēsi arcus. ¶ Vltima co. extremæ partes. ¶ Rigēt: salebrosæ sunt & altæ. ¶ Mole præ. vasta rupe. ¶ Hinc: ex hac mole. ¶ Mittere præcipitare. ¶ Erit: me præcipitabo. ¶ Proiectam: in mare præcipitatam. ¶ Tua : Atheniensia in Pyrrheum portum Athenarū. ¶ Intumulata: absq; sepulturæ honore. ¶ Superes du. sis durior. ¶ Adamanta: qui nulla materia vinci potest nisi hircino sanguine: vt scribit Plini. ¶ Et te: qui nulla causa moueris: q es inexorabilis, & omni materia durior. ¶ Sic: mortua & vndis iactata me sequi non meruisti. ¶ Sitis vene. appeto venenum. ¶ Traiectā gladio: interdū me gladio interficere cogito. ¶ Lacertis infidis: quæ tu perfidus complexus es. ¶ Implicuisse la. fune obstringere. Inter tot leti genera fluctuans. demum se ex amygdala suspēdit exaruit arbor quæ in aduentum Demophoōtis reuiruisse traditur. ¶ Stat: est mihi propositum. ¶ Pensare: emēdare, & luere. ¶ Pudorem: violatam pudicitiam. ¶ Matura ne. decoro & magnanimo leto. ¶ Parua m. confestim mihi ex tot leti generibus vnum deligam. ¶ Causa: auctor. ¶ Inuidiosa non sine legentium odio. ¶ Eris n. dabis tuæ perfidię notitiam. ¶ Carmine: epitaphio. ¶ Demophoon h. in hoc maxime vituperari Demophoontem existimat: q violato hospitii iure: & hospitem & amantem ad mortem coegerit.

ANTO.

Thraciæ Cheronesi sinus qui

¶PROtinus: idest statim existimo: & quasi certo augurio credo: Esse meos deos: non dicamus: idest te, quem colo tanquam deos: sed auguror illa esse meos deos: idest exauditionem deorum: quos ego precata sum : idest statim arbitror me exauditam esse a deis meis. Procurro: vado, procedo: quando video vela quæ credo esse tua. ¶ Vix retinētibus me: ꝓpter nimium desiderium tui videndi. ¶ Primas aquas: idest magis propinquas terrę: nam sunt primæ ex terra euntibus in ipsas ¶ Quo magis: quanto magis. ¶ Accedunt. s. ad me : idest fiunt propinquiores. ¶ Asto: idest sto & sum. ¶ Minus & minus vtilis: idest quasi defecta spiritu, & languida. ¶ Linquor: idest deficio & cado in terram propter dolorem: quia ex appropinquatione cognosco nō esse nauem tuā. ¶ Excipienda: erigenda ab ancillis: quia per me nō possum aut stare, aut surgere sum enim semimortua. ¶ Est sinus: describit locum vnde dicit cōstituisse se præcipitare. Enumerat varia genera mortis: per quæ dicit se cogitare finire vitā. ¶ Sinus: flexus maris. ¶ Falcatus: curuatus. tractum a falce, quæ est curua. ¶ In ar. ad .i. in similitudinem arcuum adductorū. i. cōtractorū. nā adducere significat contrahere. ¶ Vltima cornua. i. extrema illius sinus quæ sunt in similitudinē cornuū. ¶ Rigent: sunt aspera. ¶ Præerupta mo. i. ingēti saxo. ¶ Hinc: ex illa mole alta. ¶ Fuit mens: voluntas & dispositio. Et erit. s. hoc vt mittā corpus meū. Quoniā pgis. i. pseueras. ¶ Ad tua: optat vt suum corpus mari submersum deferatur ad litus Atticū: vt ita mortuū videatur ab ipso Demophoōte. ¶ Portent: nō ponit pro portabunt, vt qdā putāt: sed modi est optatiui. i. vtinā fluctus portēt. ¶ Me p. sicut cadauera proiiciunṫ a mari. ¶ Occurramq; .i. & vtinā appaream. ¶ Intumulata: insepulta. ¶ Duritia: dicit q̄ quis sit durissimus oīum rerū durissimarū: tn̄ nō poterit facere, quin cōmoueatur: cū videbit eā mortuam ad littus suum delatā. ¶ Vt. i. quāuis. ¶ Ferrū: metallum nimiæ duritiæ. Ouid. pri. Meta. De duro est vltima ferro. ¶ Adamāta: lapidē tātæ duritiæ: vt nulla re frangi possit nisi sanguine hircino & si in eo diutius fuerit: nō tamen aliter, q̄ calido, vel recēti. atq; cum quatuor sint species adamantū (vt Soli. refert) qui nascitur in Cypro frāgi potest. ¶ Teq;: modus est dicēdi. qui vṫ æquipollere superlatiuo. vt si dicā: Cice. visus est superare seipsum eloquētia. i. fuit eloquētissimus. vtuntur hoc genere dicēdi nō solum poetæ : sed interdū et oratores. Dices: viso cadauere meo. ¶ Non e. sep. ti. p a te. ¶ Sic. s. morte tua. ¶ Phylli: vocatiuus est græcus: quo solo in talibus dictionibus vtimur. ¶ Sæpe: aliud genus mortis dicit. ¶ Sitis: appetitus. ¶ Sæpe cru. aliud genus. ¶ Iuuat : libet: est mihi impetus. ¶ Metrae. i. trāsfossam dicit aūt melius traiecta, q̄ transecta. qa trans cū dictionibus incipiētibus ab i. ab n. & a d. corrūpit: vt traiicio: trano: traduco. ¶ Morte cru. sanguinolēta. ¶ Colla q;: aliud genus mortis. s. suspēdēdi se: qd qdē executa est. ordo est: Iuuat et implicuisse: p implicare. i. inuoluere & ligare. Laqueis: aliquo nodo funis, vel alterius rei. nā zona se suspendit: vt ipse ostēdit in Remedio amorū: Nona terebat mise æ via: viderit inquit : Et spectat zonā pallida facta suā. ¶ Nectēda: amplectēda. ¶ Lacertis infi. scilicet tuis. volo igiṫ vt quēadmodū meum collū peccauit patiendo se circūdari tuis brachiis, ita ferat pœnā patiendo laqueū. ¶ Stat. i. certum est: placet. vt Stat casus renouare oēs. ¶ Pēsare. i. compensare, & emendare. ¶ Pudorē: castitatē, quā mihi eripuisti. ¶ Nece ma. subita morte: quia nō possum recompensare eum, nisi per mortē. ¶ In necis: sensus est: In electione tot generum mortis, non erit mihi longum tempus, quia cito deliberabo. ¶ Parua mo. breue spacium temporis. ¶ In ele. in electione. ¶ Inscribere : palam scriberis & intitulaberis. ¶ Inuidiosa. i. odiosa: quia omnes detestabuntur factum tuum. ¶ Eris no. erit cognitum factum tuum. ¶ Aut hoc: scilicet quod ego nunc subdo. ¶ Aut si. eiusdē sententiæ. ¶ Carmine: notandum quod carmen interdum significat opus totū: vt Carmen Aeneidos,

HVBER

Adamātū species

Trans cū qb⁹ dictionibus componatur

Carmen quot modis capiaṫ

interdum significat epigrāma: & quamlibet inscriptionē, licet pluribus versibus cōstet: vt Virg. Et tumulo supaddite carmen. & idē: Haud est ignobile carmen: cū postea subdat multos versus. & hic pro inscriptione, & epigrāmate, siue epitaphio suo posuit carmē. ¶ Phyllida: ecce carmē: quod paucis verbis amplā cōplectit̄ materiā: videlicet beneficia Phyllidis in Demophoontem: & eius igratitudinē de his beneficiis: & mortē Phyllidis ex causa Demophoōtis. hīt aūt oīa verba hic posita emphasim. i. vehemētiā significationis. ordo est. ¶ Demophoō hospes: ecce obligatio ex bñficio hospitii. ¶ Dedit leto. i. coegit mori loco remunerationis. Hospes aūt hoc loco passiue accipit̄ pro eo qui exceptus est: cum etiam actiue ponat̄ interdū pro eo q accipit. ¶ Phyllida amantē: ecce alia obligatio nō solū ob hospitiū, sed ēt ob amorē. & hęc oia sunt ad amplificādū crimē Demophoōtis. ¶ Ille: Demophoō. ¶ Cām necis: quia decepit eam & dereliquit. ¶ Ipsa: Phyllis. ¶ Prębuit ma. ad nece suā, qa se iterficere ab eo coacta est. Finē ipsius Phyllidis diximus in argum. epistolæ.

Hospes quō passiue & actiue pt capi.

ASCEN. ¶ Duritia ferrū &c. Demus, aut ponamus vt superes duritia ferrū: & Adamāta: & te, q illis durior es. tū tu dices tibi .i. apud te. O Phylli nō erā sequendus. i. psequēdus. passiue posuit qđ a cōi verbo. sic. i. in illū modū. Stac. i. decretū ē. vt. ii. æne. Stat casus renouare oēs. Inscribere. i. inscriberis. futurū est indicatiui penultima longa. ¶ Argumētum.

ANTO. Cum Gręci ad Troianā obsidionē maturarēt, finitimaq; popularent oppida, Achilles vtranq; Ciliciā & Thebaicam & Lynerssiam inuasit Thebaicā Tetiō Andromaches pater, Lynerssia Mineces regebat. his trucidatis, ex Thebe Astimonem Chrysei filiā: ex Lyrnesso hippodamiam Brisei filiam, expugnatis oppidis, abduxit. qq̄ Eustachius ex Pedaso hippodamiā abreptā tradit. Agamemnon græcorum impator ex oi præda sibi delegit Astimonē: Achilli Nestore & Idomeneo partiendę prędæ auctoribus hippodamia sorte obtigit. Interea Chryses Appollinis sinynthei sacerdos in templo, quod erat in chryseo: multis oblatis munerib⁹ repetit. Minabundus senem a se abigit Agamēnon. Apollo sui antistitis ꝯtumelia pcitus: nouē diebus (vt Home. scribit) & iumenta & hoies sagittis ꝯfodit: cadebat hac peste quotidie miserāda multitudo: Palladis monitu vocata ꝯcione Achilles deplacanda deoꝝ ira deliberat: Calchas thestoris filius: q cū Mopso de vaticinio certauit: nisi Astimone pri redderet, placari Apollinē nō posse in mediū ꝑtulit. Acclamantibus vniuersis, Agamēnō p Vlyxē ad patrē puellā remittit: Achilli vero quē reddēdæ Astimones auctorem credebat: apparitoribus Talthybio: & Eurybate missis hippodamiā abstulit. Achilles idignatus pugna abstinet: quotidie gręci superantur. id. n. in gratiā Thetidis fecerat Iupiter: vt Achillis virtus cognosceretur. Cōsultāte Nestore mittit Agamenon ad placandū Achillē phoenicem, Aiacem, & Vlyxē. & q̄uis dona ingētia, & Briseida vltro obtulerint: nō tamē reconciliari potuit: donec Patroclū trucidasset Hector. q cōditionē nō susceperit hippodamia, hac epistola queritur: q tota est ex Home. Ilia. Querimonias non habet acres: sed apparata oratione quales captiuam decent præ munitas.

BRISEIS ACHILLI.

Quam legis, a rapta Briseide, littera venit,
Vix bene barbarica græca notata manu,

Quam legis a rapta: pria cōmiseratio ē a fortūa. Hippodāia bis rapta ē: pmū ex Lyrnesso (vt dixim⁹) ab achille deinde ab Agamēnōe p pcones. ¶ Briseide: Hippodamia Brisei filia sacerdotis. Chrysę frē fuit Brises. ¶ Manu b. cilicis puellę: q cū sit barbara: gręcas lras nō recte nouerit. Purgat se ne: aut scripto, aut s̄mōe iepta videat̄.

HVBER Argumentu eplę de quo supra

Quam legis. Regio, q̄ Troia est appellata, in nouē pncipat⁹ diuisa sub Priamo tota fuit tpe belli troiani: vt auctor est Stra. Cū igit̄ iliēses nō mō p eos q erāt in vrbe: veruetiā p oēs sibi subditos pplos bellum initio aduersus gręcos gererēt: Achilles & eius socii vrbiū debellatores: loca ilio circūuicina sunt aggressi: euerterūtq; multas vrbes: inter quas vastata sunt pcipue q̄ Lesbo erāt opposita: vt Theba vrbs Eetiōis patris Andrōaches: q & singulariter & pluraliter pfertur: & pedasus q eurypili filii Telephi regio erat: & Lyrnessus q̄ subiecta erat Mieti. ex Lyrnesso acepit Achilles puellā Brisæ filiā: q Hippodamia nomine ꝓprio dicebat̄: & hāc sibi hre statuit. Chrysæ vero Apollinis sacerdotis filiā noie Astimōe: quā poetæ sicut supiorē a noie patris Chryseida appellauerūt, Agamēnon hre voluit. verum cū pcibus sacerdotis Chrysę: qui sępe filiā suā sibi restitui ab Agamēnone frustra petiuerat, Apollo pestē maximā i exercitū grecoꝝ imisisset: itelligeretq; Agamēnon ex Calchāte vate pestē nō cessaturā: nisi restitueret sacerdoti Apollinis filiā: coact⁹ est cōem vtilitatē libidini suę pferre. Restituta igit̄ Chryseide: misit postea Agamēnō ad Achillē: q Briseida ab eo ad se ducerēt. quā qdē Achilles minime recusauit tradere. Sed tāta ira pp Briseida a se abductā icēsus ē: vt & Agamēnonē ꝯtumeliis corā afficeret: & eū iterficere voluerit: nisi Pallas ꝓhibuisset: & denīq; pugnare desisteret. hāc irā Achillis opē græcis negātis: cū videret Agamēnon sibi & suis pnitiosam: statuit eū placare & restituere Briseida: multaq; munera illi isup addere; veꝝ Achilles & Briseida & munera recusabat. Quare Briseis ad eū hāc scribit eplam: in q̄ ꝯquerit̄ de eius nimia ira. & rogat; vt eā ab agamēnone oblatā recipiat: cū ēt si agamēnō nō offerret eā, ipsa repetere deberet: cōmemoratq; multas cās qbus oñdit achillē moueri debere: & vt eā recipiat: & tādē arma ad pugnādū capiat: oratq; eū: vt siue sic remansurus in castris: siue discessurus in patriā: eā secū ducat: q̄ amisso marito, & fratrib⁹, & ptia sua euersa nullū aliud hēc pfugium nisi solū achillē. ¶ Littera. i. epla. ita. n. licet poetis vti numero singulari: cū in ꝓsa pro epla vtamur tm̄ pli numero. ¶ A Bri. i. ab hippodamia filia Brisæ. est. n. (vt supra diximus) patronymicū a patre vt oñdit Dit. [illegible] cēsis in hill. Troiana. ¶ Rapta. s. olim a te ex Lyrnesso. ¶ Vix b. n. g. i. vix lris gręcis scripta. ¶ Manu bar. i. mei Briseidis barbaræ.

ASCEN. Quā legis a rapta. Argumentū, qđ Iliados primo ꝯtinet̄, expssum est a supiori cōmētario. scribit hāc eplam Briseis i. Brisei filia Hippodamia noie: qđ nomē interptat̄ quasi domitrix equoꝝ. Litera. i. epistola. extra carmen literæ dūr. litera gręca notata: idest descripta. manu barbarica: quia nō græca, sed ex Lyrnesso est, aut Pedaso.

¶ Qualcunq;

¶ Quascunq; litturas:quęqd in Epistola deletum est.cõmiseratio a signis.¶ Lachrymę: quę mihi fluunt perẽnes.¶ Põdera vocis:elocutionis:videlicet literas legere non possis.¶ Si mihi fas est : iure seruitu nulla dabaĩ querela.nã summa græcis erat in seruos ptãs:vt in libro de legibus scribit Plato:Seruum qui trucidasset:quanti illum emisset mulcta erat.honeste oratione pmunit,¶ Non ego poscẽti:pmma querela:nõ quod sit tradita:sed quod citius,q̃ par erat . ¶ Non est culpa tua: sed totius exercitus: pro cuius salute data sum . ¶ Quãuis hæc quoq;:qm causa eius id fieri potuit . ¶ Nam simul Euryba. tes:ecce facilitatem. Talthybius & Eurybates Agamẽnonis ministri,quibus Achilles per Patroclum(vt Home.scribit) Hippodamiam tradidit abigendã:ipse in littore cũ matre q̃stus est.

ANTO.

Potestas Græcorũ in seruos

Agamẽnonis ministri qui fuerunt

Quascunq; aspicies,lachrymę fecere litturas:
Sed tñ hæc lachrymę pondera vocis habẽt.
Si mihi pauca queri de te , dominoq;,viroq;,
Fas est:de domino pauca,viroq; querar.
Non ego poscenti,q sum cito tradita regi,
Culpa tua est:q̃uis hęc quoq; culpa tua est.
Nã simul Eurybates me, Talthybiusq; vocarũt
Eurybati data sum, Talthybioq; comes.
Alter in alterius iactantes lumina vultum,
Quęrebant taciti noster vbi esset amor.
Differri potui:pœnæ mora grata fuisset,
Hei mihi discedens oscula nulla dedi.
At lachrymas sine fine dedi,rupiq; capillos:
Infelix iterum sum mihi visa rapi.
Sæpe ego decepto volui custode reuerti:
Sed,me qui timidam prenderet hostis erat.
Si progressa forem , caperer ne nocte timebã:
Quamlibet ad Priami munus itura nurũ.
Sed data sum: qa dãda fui:tot noctib⁹ absum:
Nec repetor,cessas:itaq; lenta tua est.
Ipse Menoetiades tunc cum tradebat,in aure
Quid fles?hic paruo tempore dixit,eris.
Nõ repetisse parũ ẽ,pugnas ne reddar Achille
I nunc,& cupidi nomen amantis habe.
Venerũt ad te Telamone , & Amyntore nati:
Ille gradu propior sanguinis,ille comes.
Laerteq; satus,per quos comitata redirem:

¶ Alter in alterius:iustã facit querelam ex aliorum sentẽtia. Talthybius,Eurybatesq; tam facilẽ tradendam Hippodamiam ab Achille admirabatur.¶ Iactãtes lumina:se mutuo respicientes cum admiratione.¶ Differri potui:tardius tradi : si omnino retineri non potuissem.¶ Pœnæ:meo dolori.¶ At lachrymas : pathos ab habitu corporis.¶ Sępe ego decepto:energia vtitur.nã suas meditationes exponit:vt ante oculos ponere videatur:vt Achillis negligentiam ostendat.¶ Sed data sum:Agamemnoni . ¶ Quia danda fui: pro cõmuni Græcorum salute. absoluit Achillem a necessitate : deinde reccurrit in alium vnde culpa in illum reiiciatur . ¶ Cessas:in amore lentus es. ¶ Lenta: quę vltionem differt, ¶ Menoetiades : Patroclus Menoetii filius tradidit præconibus Hippodamiam.¶ Nõ repetisse parum est: in Patroclo perfidiam: in Achille ignauiã notat. ¶ I nunc:ironia est. nolis amãtis solertissimi tibi nomẽ vendicare . ¶ Venerunt ad te:amplificatione vtitur . ¶ Telamone : Aiax Telamonis filius : Phœnix Amyntoris:& Vlyxes Laertæ legati mittuntur ad Achillẽ, vt eum Agamẽnoni recõciliarẽt:cum multa apud illũ disseruissent enarratis muneribus,quę Agamemnon:cum Hippodamia pollicebatur,re infecta rediere.¶ Ille:Aiax . ¶ Gradu sanguinis:nã pelei frater erat Telamõ Aiacis pater.¶ Ille comes:Ormeus : Cercassi filius duos habuit natos, Amyntorẽ & Eumonem.ex Amyntore Phœnix nascitur:qui cum concubuisset cum patris amica post multas parentis imprecationes(vt ipse apud Homerũ disserit)ad Peleum fugit:quẽ filio Achilli comitem morum & rerum gerendarum institutorem dedit.

Aiax phœnix & Vlyxes legati

¶ Quascunq; : ad cõmouendum aium Achillis dicit ipsam Ep̃lam nõ alia re quam lachrymis esse oblitam, & fœdatam.¶ Lituras:maculas,a lineo dictas.¶ Hæ lachrymæ : quibus fœdatã aspicies epistolã meam.¶ Habent pondera vocis:idest habent effectum vocis.i.debẽt significare animum meum , quasi verbis exprimerem. ¶ Si mihi:iam quasi licentiam querelæ sibi esse dicit.¶ Domino : quia iure belli sum captiua & serua tua . ¶ Viro:quia me semel vxorẽ habere decreuisti. ¶ Fas est.i.licet.¶ Non ego:ecce prima querela:& occulta incusatio:licet videatur eum excusare.Ordo est:Non est tua culpa:quod ego sum tradita cito regi Agamemnoni poscenti:idest postulanti me:vt ei traderet.¶ Quamuis:quia visa fuerat excusare.ideo aperte accusat non in eo quod tradiderit:quia non potuisset cõtradicere:sed in eo quod cito tradidit.& hoc est quod dicit: Differri potui.¶ Nã simul:ostẽdit quomodo cito eã tradidit.¶ Simul:postq̃.¶ Eurybates, & Talthybius:hi pręcones fuerũt:quos Agamẽnõ ad Achillẽ misit:vt ab eo ad se Briseida adducerẽt.¶ Vocarũt me:vt traderet Agamẽnoni.¶ Data sum comes:vt cũ eis irẽ ad Agamẽnona.¶ Alter in alterius:ordo: Eurybates, & Talthybius iactantes lumina alter in vultũ alterius:prolepsis implicita.¶ Quęrebant &c. idest aspiciẽtes se vicissim nihil dicebãt:sed admirãtes:qđ tã cito essem a te tradita:inter se nutu q̃rebãt. ¶ Vbi esset noster amor.q.d. Videbãt esse nullũ:qa si me vere amasses:nõ tradidisses tã cito.¶ Mora: dilatio tp̃is,quo fuissem apud te.¶ Pœnæ.s.meæ.¶ Hei mihi nulla dedi:pp breue spaciũ discedẽdi.¶ Sine fine:assiduas & infinitas.¶ Rupi: laniaui.¶ Iterũ:scđo.i.ita dolui discedẽs a te:sicut cũ fui rapta a p̃ria mea.¶ Sæpe ego:occurrit obiectionibus.¶ Hostis: p hostes.i. Troiani. ¶ Progressa:procul egressa e tẽtoriis Agamẽnonis.¶ Munus:serua dono data.¶ Quãlibet:q̃uis ẽt indignam,q̃ me acciperet munus.¶ Sed data:hippophora:ex persona enim sua dicit quod Achilles posset opponere.¶ Quia fui dãda:quia necesse fuit vt darer. ¶ Tot noctib⁹:respõsio ad hãc obiectionẽ.q.d.Quod dederis nõ penitus culpo:sed quod:nõ repetas & diutius permaneas in ira. ¶ Ipse Menoetiades.i.Patroclus tibi coniunctissimus.¶ In aure:submissa voce . ¶ Quid fles:a Patrocli verba ad Briseida.¶ Hic:apud Achillem.Non repetisse parum est:sensus : Non sufficit tibi quod non repetiuisti me:sed etiã reiisisti:& omnibus viribus conaris ne tibi reddar.¶ I nunc:irrisio cupidi amãtis:qui omni via quærit habere amicam suam:cũ tu eam recuses.¶ Venerũt:probat quod eã recuset,quia cũ misisset Agamemnon ad Achillem magnę auctoritatis viros:qui ei suaderẽt:vt Briseida reciperet:& multa munera simul,nõ potuerunt tamẽ ei persuadere . ¶ Natus Telamone:pro ex Telamone,intelligit Aiacẽ.¶ Natus Amyntore.i.Phœnix,¶ Ille: Aiax.Propior gradu sanguinis:quia est patruelis tuus:qa Telamõ fuit frater Pelei patris Achillis.¶ Ille comes.s.Phœnix:q Achillis & comes & monitor fuit ¶ Laerteq; satus.i.Vlyxes.¶ Satus:g nitus.vt Sole satus Phaeton.¶ Laerte:p ex Laerte: deest p̃positio.¶ Redirẽ:ad te.

HVBER

Eurybates & Talthibius

¶ Non ego q sum tradita &c.culpa(inq̃t)tua est:& tua nõ est.nõ.n. est culpa tua:q sum tradita: qa regi & pricipi exercitus parẽdũ est:sed q sum tradita tã cito. Alter in alterius:ipsi iactãtes lumina.i.oculos alter in vultum alterius. Quęrebant taciti.i.in animo suo mirãtes:q nõ resisteres:vbi esset noster amor. Quamlibet itura munus.i.pro munere:aut vt fierem munus ad quãlibet nurum Priami: quia plurimas ille nurus habuisse legitur Aeneidos secundo . pugnas ne reddar Achille.duplex sensus est:alter q pollicitus erat se nõ pugnaturũ donec redderetur:& reuera cõstat ex Homero:quia pugnare recusauit:sed nõ q id amicæ pollicitus sit.vnde ipsa ex suspitione dicit ipsum nõ pugnare cõtra Troianos : quo vno facit ne reddaĩ. Alter sensus est:O Achille(est.n.vocatiuus)tu pugnas.i.certas,& cõtẽdis cõtra eos,q me cũ multis munerib⁹ tibi offerũt,ne reddar. & hic sensus est ɔformis sequẽtib⁹. Venerũt ad te &c.hęc ex Homero collita sunt:q scribit Aiacẽ, Phœnicẽ, & Vlyxẽ ad Achillẽ cũ pugnare nollet cũ multis munerib⁹ missos. Ille.s. Aiax Telamõis filius & frater pelei,qui erat pr̃ Achillis,ille.s. Amyntoris filius Phœnix noie nec legatur Amytone,aut Amyntone:sed Amyntore.

ASCEN.

Auxerunt blanda grandia dona prece.
Viginti fuluos operoso ex ære lebetes,
Et tripodas septem pondere, & arte pares.
Addita sunt illis auri bis quinq; talenta,
Bisseni assueti vincere semper equi.
Quodq; superuacuũ est, forma pſtante puellæ
Lesbides, euersa corpora capta domo.
Cũq; tot his, sed nõ opus est tibi cõiuge, cõiux,
Ex Agamemnoniis vna puella tribus.
Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuissem,
Quæ dare debueras, accipere illa negas.
Qua merui culpa fieri tibi vilis Achille,
Quo leuis a nobis tam cito fugit amor.
An miseros tristis fortuna tenaciter vrget,
Nec venit inceptis mollior aura meis.
Diruta Marte tuo Lyenessia mœnia vidi,
Et fueram patriæ pars ego magna meæ.
Vidi consortes pariter generisq; necisq;
Tres cecidisse, tribus quæ mihi mater erat.
Vidi quantus erat, fusum tellure cruenta,
Pectora iactantem sanguinolenta virum.
Tot tamen amissis, te compensauimus vnum,
Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.

ANTO. — *Dona quę Agamenõ achilli pollicitus fuit* — *Talẽta q̃ sint*

¶ Grandia dona: Agamẽnon apud Homerum lib. ix. hęc dona Achilli pollicet. vii. nouos tripodas. xx. lebetes rutilo fulgore radiantes. x. auri talẽta: equos. xii. pernicissimos. Præterea. vii. puellas lesbias forma insignes: & quas sibi ex omni præda delegerat, cum lesbon Achilles euertisset: & cum his Briseida intactam: & post captã Troiã auri tm: vt nauim impleret: & puellas. xx. Helena nõ inferiores: & si nuptias cupiat, quam vellet ex tribus, filiam vxorem, chrisothemin, iphianassam, & laodicem. ¶ Operoso: magna opera & labore fabrefacto. ¶ Talenta: talentum magnum Athemense est pondo. lxxxii. vt Martianus scribit. paruum vero. lx. ¶ Bisseni: non bis septem legat. xii. enim equos pollicitus tradit agamenon. ¶ Vincere assueti: id ex Home. est carmen: qui tradit. xii. hos equos semper palmam ex certaminibus reportasse: nec fore pauperem: qui ea bona possideret: quæ illi fuerant e victoriis adepti. ¶ Capta corpora: quia captiuæ sunt. ¶ Euersa domo: postq̃ tu lesbon euertisti. ¶ Non est opus: vel quia Deidamiam habebas: vel si me repetas. ¶ Agamemnonis: Seneca quartam adiicit nomine Cleopatram. ¶ Si tibi ab atrida: locus est ab eo, quod nomẽ [illegible] ab eisdem semper eligitur: sed (vt Arist. tradit) appositum [illegible] rus, aut posterius: vt illud est: In exilio reduces fieri pugnabamus. Reduces vero sponte exilium petimus. Redemisses, inquit, me [illegible] pecunia: nunc cum Agamemnon & me, vt munera vltro offerat, tu negas recipere. ¶ An miseros tristis fortuna: commiseratio est [illegible] calamitatis commemoratione: & ex Home. sumptum est: apud [illegible] Briseis queritur. ¶ Mollior aura: metaphora a nauigantibus in procellis. ¶ Lyrnessia: lyrnessum ciliciæ oppidum Achil. expugnauit. ¶ Pars ego magna: quoniam parentes & virum extinctos vidi. ¶ Vidi consortes: tres fratres trucidauit hippodamiæ achilles: ex quibus epistrophum nominat Stra. pater Bryses suspendio vitam finiuit. ¶ Virum: Minetem, quem lyrnessiam ciliciam regere diximus.

Lyrnessũ vbi sit

HVBER. — *Lebes qd sit* — *Talẽtũ de quo supra*

¶ Auxerunt: quidam legunt blandas pces: sed placet melius, vt legatur: Auxerunt blanda grandia dona prece: vt sit sensus: isti addiderunt muneribus tibi oblatis blãdam precem. enumerat autem ipsa munera. s. ¶ Viginti fuluos lebetes. i. xx. vasa. ¶ Ex ære operoso: idest magno opere & artificio fabricato. Est autem lebes vas æneum: interdum coquinarium: sed (vt dicit Ser. apud Home. vbi scri. lebetes missos esse achilli Iliados lib. i.) accipitur pro vase in quo aqua cadit, dum manus abluuntur. in quo significato accipitur etiam hoc in loco. ¶ Et tripodas: mensas a tribus pedibus, quibus sustentabantur. ¶ Pares pondere & arte: vel eiusdem ponderis & eiusdem artificii: vel quorum ars tantum valet, quantum pondus ipsius metalli. i. quantum valebat materia. ¶ Illis. i. lebetibus & tripodibus. ¶ Talenta: auri & argenti. Talentum nomen est ponderis: sed (vt Ser. scribit in. v. ænei.) ẽm varias gentes varium est. dicitq; apud Roma. talentum esse. lxx. libras, sicut Plau. ostendit in Mustellaria: qui ait duo talenta esse. cxl. li. fuit etiã talentum Atticum, Euboicum, & Aegyptium. Atticum dicũt esse magnũ & paruum. Magnũ dicunt habere lib. lxxxiii. & vncias. iiii. & deniq; valet. vi. millia denariorum Ro. Talentum atticum paruum. lx. continebat li. Euboicum nõ multo minus erat attico paruo. Aegyptium pondo. lxxx. patere Varro tradit apud Hom. vt testatur Ser. pro minimo quodam præmio accipitur in ludis Patrocli. Hic vero apud Ouid. pro magno pondere accipimus. ¶ Assueti semper vincere. Certamine & cursu. non dixit eos fuisse pulchros, sed veloces. Nam in equis velocitas maxime laudatur. Ideo Virgi. depingens equos pretiosissimos non satis putauit dicere, qui candore niues anteirent: sed addidit: Cursibus auras. & Iuue. Nempe volucrem Sic laudamus equum facili cui plurima palma Feruet: & exultat rauco victoria Circo. ¶ Quodq; superuacuum: ordo est: Et puellæ lesbides. i. ex Lesbo insula. ¶ Forma præstante. i. excellentis pulchritudinis. ablatiuus pro genitiuo. ¶ Corpora domo euersa: subaudi sunt additæ supradictis muneribus. ¶ Quod est superuacuum. i. quæ puellæ sunt tibi superuacuæ: & non necessariæ. ¶ Cumq; tot his. i. supradictis puellis: quas voluerunt tibi nomine Agamemnonis dare. ¶ Vna puella: vna filia. ¶ Ex tribus Agamemnoniis. s. filiabus: supple est addita: quia Agamemnon obtulit vnam ex filiabus suis vxorem. ¶ Sed non est opus: hæc per parenthesim dicuntur: sed o coniux non est tibi opus coniuge: quia habes coniugem me. ¶ Si tibi: sensus est: Tu recusas accipere illa munera: quæ tu ipsemet debueras dare Agamemnoni: si noluisset reddere me tibi nisi ei dares pretium. ¶ Ab Atrida: ab Agamemnone: quem filium Atrei existimauerunt. ¶ Pretio: pecunia, vel aliis muneribus. ¶ Redimenda: recuperanda. ¶ Qua culpa: quo crimine meo. ¶ Fieri vilis: idest sic a te contemni: vt tanta munera aspernas: ne me recipias. ¶ Leuis: celer. & est epitheton amoris. ¶ An miseros: sensus est: An cum fortuna cœpit aliquem premere, insequitur ipsum assidue & vsq; ad finem. ¶ Tristis: mala, quia est etiam bona. ¶ Tenaciter: perseueranter. ¶ Vrget: persequitur. ¶ Miseros: infelices. ¶ Mollior aura: si aura erit. translatio sumpta a nauigantibus, quibus post tempestatem mitior ventus mutatur. Sed codex meus vetustus habet ora: quod non displicet. ¶ Diruta: incipit commemorare miserias suas. ¶ Lyrnessia mœnia: vrbem Lyrnessum: quod (vt dixi supra) in ora Troiæ cõtra Lesbon erat. ¶ Et fueram magna pars meæ patriæ: quia non eram ex minimis: & amisi ex meis multos. Sic Aeneas apud Virgilium: Et quorum pars magna fui. ¶ Vidi: enumerat quos amisit de suis. ordo est: Vidi tres consortes generis & necis cecidisse: idest tres fratres meos consortes generis & necis: quia vt erant coniuncti genere: ita fuerunt coniuncti nece: quia simul interfecti sunt. ¶ Tribus quæ mihi: ordo: Illa quæ erat mater mihi: erat mater illis tribus. ¶ Vidi quãtus erat: ordo: Vidi virum: idest maritum meum: subaudi tantum quantum erat. i. quantuscunq; erat. ¶ Fusum: idest stratum & iacentẽ. ¶ Iactantem: mouentem. ¶ Sanguinolenta: cruentata: tuo gladio trãsfossa. ¶ Cõpensauimus te: idest loco ipsorum te computauimus. ¶ Tot amissis. s. patre, fratribus, & marito.

Lymessũ de quo supra

ASCEN. ¶ Auxerunt: ordo est: Preces blandæ auxerunt grandia dona. s. viginti lebetes. i. ollas. fuluos. i. fului coloris. ex ære. i. illo metalli genere. operoso. i. fabrefacto & artificiose operato. & septẽ tripodas. i. tripedes: nã græce tripos latine tripes dicitur. & aut sedes, aut lebes, tripes. pares pondere & arte: quod ad decus & valorem facit. Addita sunt illis &c. Non ergo legendum est: Auxerunt blandas &c. quia licet tunc verosimile est: q̃ pces donis augeant, ac dona pcibus: tamen cõtextus cõseruandus est, qui ipfectus esset si legatur blandas. Nam subaudire oportet attulerũt, aut obtulerũt, aut simile verbum

quodq;

quodq;: idest & quod est superuacuum: quia frustra habenti coniugium offertur puella. Puellæ lesbides: idest ex Lesbo præstante forma: idest præstantis formæ. appositiue corpora capta: idest quæ erant corpora capta. domo. s. earum euersa: quasi non nisi corpus in eis commendandum sit: quod adiicit, ne forte ad illas animum adiecerit: supple sunt additæ. & cum his tot: scilicet donis: supple est addita vna puella ex tribus: scilicet puellis: hoc est filiabus adhuc virginibus. Agamemnonis. i. ab Agamemnone satis: sed o coniux non est opus tibi coniuge: quia coniugem habes in Scyro Deidamiam: & me apud Troiam. Tu negas accipere illa: scilicet munera: quæ debueras dare: si ego fuissem redimenda tibi. Ab Atrida: idest ab Agamemnone: qui me tibi abstulit. pretio: idest per pretium: hoc est debebas me redimere pretio, quam respuis cum donis multis oblatam. Vidi consortes: ordo est: Ego vidi tres cōsortes pariter generis: & necis. i. qui sortiti sunt idem genus: & eandem necē. cecidisse. i. lapsos in morte, & occubuisse. & ea supple erat tribus: scilicet illis mater: quæ erat mihi mater: hoc est vidi tres fratres meos occisos capta ciuitate nostra. Vidi virum. s. Minetem.

Tu mihi iuratus per numina matris aquosæ:
Vtile dicebas ipse fuisse capi,
Scilicet vt quamuis veniam dotata repellar,
Et mecum fugias quæ tibi dantur opes.
Quin etiā fama est, cum crastina fulserit hora,
Te dare nubiferis linea vela notis.
Quod scelus, vt pauidas miseræ mihi contigit aures:
Sāguinis, atq; aīi pectus inane fuit.
Ibis: & o miseram cui me violente relinquis?
Quis mihi desertæ mite leuamen erit?
Deuorer ante precor subito telluris hiatu:
Aut rutilo missi fulminis igne cremer.
Quā sine me phthiis canescant æquora remis,
Et videam puppes ire relicta tuas.
Si tibi iam reditusq; placent, patriiq; penates,
Non ego sum classi sarcina magna tuæ.
Victorem captiua sequar, non nupta maritū,
Est mihi quæ lanas molliat apta manus.
Inter Acheiadas longe pulcherrima matres,
In thalamos coniux ibit, eatq; tuos.
Digna nurus socero Iouis, Aeginæq; nepote,
Cuiq; senex Nereus prosocer esse velit.

¶ PER numina matris aquosæ: per Thetidem matrem. repetit Achillis pollicita vt perfidiam insinuet. ¶ Capi: ꝙ essem apud te captiua spem dabas de coniugio: quod Patroclum non Achillem id fecisse tradit. ¶ Dotata: ironia est. ¶ Opes: Agamemnonis munera. ¶ Quinetiam fama est: Achilles gesta sua legatis narrat apud Home. Constituisse se quoq; breui in patriam abiturum minatur. quoniam anceps illi immineat fatum: neq; enim donis animam pensari posse: neq; cum semel egressa sit, reuocari. Notis nu. etiam si procellæ inhorreant in patriam. nauigare. ¶ Quod scelus: vt ante captam Troiam, & sine me discedas. ¶ Ibis: in patriam nauigabis. ¶ Violente: violentum appellat, quod non rationem sequatur, sed voluntatem. ¶ Desertæ: si me deserueris. ¶ Leuamen: nulla erit delectatio. ¶ Deuorer ante precor: pathos ab imprecatione. idem locus est apud Virgil. cum Dido ad sororem Annam loquitur in. iiii. Aeneid. ¶ Subito hiatu telluris: apertione: vt quondam Amphiarao in bello Thebano contigisse fertur. ¶ Phthiis: Achilleis. Phthia incertum est apud Home. regio sit an vrbs. alii tradunt Phthiam eam esse, quam Græciam dicunt: alii Achaiam: vt Stra. placet. Phthii fuerunt Achillis subditi. est & alia Phthia in Phocide, de hac meminit Ptole. ¶ Ire: in patriam nauigare. ¶ Magna sarcinā: suadet a facili: si rediturus es, me tecum facile vehere poteris non enim graue pondus tuis ero nauigiis. ¶ Inter Acheiadas: ab extenuatione fortunæ pathos est. & Achaidas legas non Acheidas: vt alii putauerunt. erat (vt dixi) Achaia Achillis patria. Sumas, inquit, vxorem: quamuis ex Græcis puellis, ego illi seruiam. ¶ Socero: Peleo. Iupiter ex Aegina Asopi filia Aeacum filium genuit. Aeacus Peleum, Phocum, & Telamonē. Peleus ex Thetide Chironis filia Achillem. ¶ Prosocer: socrus pater. Chironem significat Thetidis patrem: qui in nuptiis filiæ in Pelio monte Nereus: est vocatus: vt Septumius scribit.

ANTO.

Phthia a ꝗ Phthii: ꝗ & quotuplex

Prosapia Achillis

¶ TV iu. participium significationis actiuæ. nam apud antiquos: iuror sicut punior: & populor in actiua significatione ponebatur. ¶ Matris aquo. idest Thetidis matris tuæ: nymphæ maris: filiæ Nerei. ¶ Vtile ca. quia dicebas ꝙ essem in meliori conditione apud te, ꝗ si staret patria, & essem apud meos. ¶ Scilicet: certe: subaudi vtile est, & ironice proferendum est. ¶ Vt ego repellar: hæc est vtilitas vt ego repellar a te: quamuis tradar tibi cum magna dote, quam Agamemnon mihi facit. ¶ Fugias o. me. idest & opes quæ tibi inferuntur, & me simul. ¶ Quinetiam: insuper: præterea. ¶ Fama est: fertur. ¶ Te dare: pro daturum esse. tempus præsens pro futuro. ¶ Linea ve. legendum est linea: non autem lintea: ne sint duo substantiua. ¶ Quod sce. i. quod factum sceleratum: scilicet quod cras sis discessurus. ¶ Vt: idest postquam. ¶ Contigit au. idest auditum est a me. ¶ Pectus fuit inane: idest vacuum. ¶ Sanguinis atq; animi: idest fugit sanguis & animus. ex nimio enim dolore, siue metu ita deficiunt homines: vt videantur mortui. & sanguis dicitur fugere, non quia discedat a corpore: sed ꝙ fugiat ad cor. ¶ Cui re. me? interrogatiue legendum est. q. d. non iam relinquis me patri, aut marito, aut fratribus: quos omnes interfecisti. ¶ Quis: quasi dicat nullus. ¶ Mite. i. molle, & suaue. ¶ Leuamen: solatium, recreatio meorū malorum. ¶ Deuorer: absorbear. ¶ Ante. i. potius. ¶ Hiatu: apertione. ¶ Rutilo: rubro. ¶ Quam sine me phthiis canescant: idest spumescant, & nauigentur. spuma enim cana est. ¶ Remis phthi. i. achilleis. Phthia enim vrbs est Thessaliæ: a qua Achilles interdum dicitur Phthius: interdum a Larissa Larissæus propter vicinitatem. sicut Dido: interdum Tyria: interdum Sydonia dicitur. ¶ Et vi. subaudi & anteꝗ ego relicta videā &c. ¶ Si ti. occurrit obiectioni: quia posset dicere Achilles ꝙ vult redire domum: dicit ipsa ꝙ facile potest eam ducere secum: quia non erit onerosa naui. ¶ Penates: hic pro domo ponuntur. ¶ Sarcina: onus, impedimentum. ¶ Captiua. i. vt captiua & serua. ¶ Non nu. non vt vxor. ¶ Est mi. q. d. ero etiam vtilis tibi in aliquo opere. ¶ Inter Ach. male quidam legunt: Inter & Achaidas: quia ratio carminis nullo pacto patitur. nam prima naturaliter breuis est: secunda vero longa. remouendum est igitur & legendum: Inter Acheiadas. vt i quæ præcedit sit vocalis. ¶ Matres: mulieres. vt Virg. vi. Matres atq; viri. ¶ Longe: valde. ¶ Coniux. s. alia quam tu volueris præter me. ¶ Eatq; q. d. nihil curabo: dummodo me tecum ducas. ¶ Digna nu. so. coniux tua nurus digna socero. i. patre tuo Peleo nepote Iouis & Aeginæ. nam (vt supra diximus) Peleus pater Achillis ex Aeaco natus est. Aeacus ex Ioue & Aegina filia Asopi. ergo Peleus erit nepos Iouis & Aeginæ. ¶ Cui: coniugi tuæ. ¶ Nereus: Deus maris auus tuus maternus. ¶ Velit. i. non dedignetur. ¶ Prosocer: sicut proauus dicitur, qui est ante auum: ita prosocer, qui est ante socerum vel socrum. Socrus igitur vxoris Achillis est Thetis: prosocer vero Nereus pater Thetidis.

HVBER

Iurat⁹ prīcipium vū veniat

Effectus naturalis

Phthia de qua supra

Genus Achillis de quo supra

Prosocer qui dicat

¶ MATRIS aquosæ: idest Thetidis Deæ maris. ordo est: Ipse: idest tu. Iuratus. i. iuramento astrictus. capitur enim in actiua significatione pro eo, qui iurauit: sed sic vt obligatus sit & iuramento astrictus. Per numina: idest diuinam potestatem. Matris aquosæ: scilicet Thetidis. dicebas vtile fuisse: scilicet mihi. capi: idest ꝙ caperer scilicet. vocabulum captum irrisioni: quasi diceret: scite quidem licet ꝗ vtile mihi fuerit capi vsq; adeo. Vt quamuis veniam dotata repellar: scilicet a te. & fugias mecum: idest propter me. vt me fugias & opes: quæ dantur tibi mecum: scilicet ab Agamemnone: hoc est tantum abest vt captiuam & indotatam capias: & etiam nunc cum munera pro dote accesserint, repellas. Quin-

ASCEN.

etiam &c. putatus enim id erat, vt patet apud Homerum. Cui me violente relinquis. sic Dido. Cui me moribundam deseris hospes? Violentum autē accentuatus Homerus Vnde Horatius. in Arte: Scriptor honoratum, si forte reponis Achillem, impiger, iracundus, inexorabilis, acer. Iura neget sibi nata, nihil nō arroget armis. Deuoret ante precor. sic Dido: Sed vel tellus optem prius ima dehiscat, Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras &c.

Nos humiles, famulæq; tuæ data pensa trahes
Et minuēt plenas stamina nr̄a colos. (mus
Exagitet ne me tantum tua deprecor vxor,
Quæ mihi nescio quo nō erit æqua modo.
Neue meos coram scindi patiare capillos,
Et leuiter dicas, hæc quoq; nostra fuit.
Vel patiare licet, dum ne cōtempta relinquar
Hic mihi ve miseræ concutit ossa metus.
Quid tū expectas? Agamēnona pœnitet iræ,
Et iacet ante tuos Græcia mœsta pedes.
Vince animos, iramq; tuam, qui cætera vincis
Quid lacerat danaas impiger Hector opes
Arma cape Aeacide, sed me tamē āte recepta,
Et preme turbatos Marte fauente viros.
Propter me mota est, propter me desinat ira,
Sumq; ego tristitiæ causa, modusq; tuæ.
Nec tibi turpe puta p̄cibus succūbere nostris.
Coniugis Oenides versus i arma prece est

ANTO. ¶ Data pensa trahemus: seruile opus exercebimus. ¶ Non erit æqua: me vexabit. ¶ Nescio quo: vehementius est: q̄ si expressisset. plus enim in suspitione reliquit. ¶ Hæc quoq; nostra fuit: hanc enim in deliciis summis habui. ¶ Vel patiare: corrigit deprecationem. ¶ Hic metus: ne a te destituar. ¶ Quid tamen expectas: obstinationem in Achille queritur. Agamemnon, inquit, iram deposuit: tu adhuc in tua obstinatus duras. ¶ Græcia nostra: Græcorum exercitus: qui maximam cladem patitur. ¶ Impiger Hector: ad concitandum inuidiam hostem obiecit. ¶ Aeacide: Achillem Aeaci nepotem exprimit. ¶ Viros: Troianos. ¶ Turbatos: faciles ad fugam. idem apud Virgilium: Submersasq; obrue puppes. ¶ Propter me mota est: enthimema non est: sed videtur ex eo loco: qui licet diuersa sint, coniungere videtur: veluti locus ex seiunctione. vt est Oreste: Theodoti: cum dicit iustum esse eam, quæ maritum occidit: interimi: & filium patrem vicissi par videri. ¶ Tristitiæ: iracundiæ. iustum, inquit, est: q̄ quæ excitauit iracundiam tibi: eadem imponat finem. idq; exemplo firmat Meleagri & Cleopatræ coniugis. qui locus ex Homero est: cum Phœnix vt ab ira discedas Achilli persuadet. ¶ Oenides: Meleager Oenei filius. ¶ Versus in arma: bellum iniit contra Curetas. ¶ Coniugis: Cleopatræ: quæ Idæi ex Marpissa filia fuit. Idęus cū Apolline ob Marpissam arcu certauit Marpissa postea Halcyone cognominata est: quoniam mater domi deflens sortita sit miserabile Halcyones fatum.

Cleopatra q̄ iuerit

Pugna inter æthołos & curetas

HVBER. ¶ HVmiles: abiectæ & viles. est autem singularis numerus pro plurali. ¶ Trahemus: ex colo deducemus. ¶ Pensa: a pendendo dicta. dabuntur enim lanæ ad pondus. inde ancilla quæ huic officio præerat, libraria dicebatur. Iuue. Perit libraria. ¶ Stamina: fila quæ nebimus. ¶ Minuent: euacuabunt. ¶ Tantum deprecor: hoc vnum Precibus a te peto. ¶ Exagitet: vexet: male tractet. ¶ Non erit æqua: liptote: idest erit iniqua. ¶ Nescio quo: quasi dicat plus nimio, & vltra q̄ debeat. ¶ Neue meos: subaudi deprecor. ¶ Coram: scilicet te. ¶ Scindi: lacerari ab vxore tua. ¶ Leuiter: siue turbatione, & ira. ¶ Hæc Briseis: quam ita vis verberare. ¶ Quoq;: sicut tu. hæc autem omnia dicta sunt ad commouendum animum Achillis. ¶ Vel: idest etiam ¶ Licet: permitto tibi: & (vt dicam) contenta sum. ¶ Dum: idest dummodo. ¶ Contempta: neglecta a te. ¶ Hic metus: ne licet ne relinquar a te. ¶ Concutit: tremefacit. ¶ Ve: interiectio est dolentis: vt Mantuaue miseræ. ¶ Quid tamen: hortatur vt deponat iram: quandoquidem Agamemnon iam deposuit: & omnes Græci supplices orant ipsum Achillem: vt recepta Briseide deponat iram: propter quam abductam iratus fuerat. ¶ Ante pedes: supplicum enim est ad genua, vel ad pedes eorum quibus supplicant, procumbere. Cice. epistolarum libro sexto ad Ligarium: Cum fratres & propinqui tui iacerent ad pedes &c. ¶ Vince animos, iramq; tuam: quasi dicat: tunc enim eris vere victor. Cicero in Oratione pro Marco Marcello: Verum animum vincere: iracundiam cohibere: victoriam temperare: aduersarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem: non modo extollere iacentem: verumetiam amplificare eius pristinam dignitatem: hæc qui faciat: non eum ego summis viris comparo: sed simillimum Deo iudico. ¶ Quid: cur. ¶ Lacerat: destruit: quasi dicat: cur tu qui solus potes non obstas ei. ¶ Impiger: fortis. ¶ Aeacide: vocatiuus est. ¶ Sed me tamen ante recepta: dupliciter potest hic locus exponi: vt recepta sit modi imperatiui frequentatiui: vel melius vt dicamus cape arma: sed suoaudi cape arma me recepta ante: idest postquam receperis. ¶ Comprime: coerce. ¶ Viros turbatos: idest Troianos territos. ¶ Desinat: finiatur. ¶ Causa: origo. ¶ Modus: idest finis. Iuuenalis: Namq; oblita modi millesima pagina surgit. ¶ Nec tibi: occurrit obiectioni. ¶ Succumbere nostris precibus: idest vinci precibus meis: & eis flecti ad accipiendum arma. ¶ Coniugis Oenides: hunc locum interpretes male intellexerunt: transferentes ad Tydeum: quem dicunt precibus Deiphyles vxoris suæ adductum: vt Polynicem maritum Argiæ sororis Deiphyles a fratre Etheocle regno exclusum cum annuis vicibus regnare deberent: in regnum reduceret: & bellum pro eo susciperet. sed hic sensus non conuenit huic loco. nam quod dicit: Et patriæ rigida mente negauit opem: non conuenit Tydeo. nam Thebæ non erat eius patria: nec ipse negauerat opem patriæ. Sed re vera ad Meleagrum refertur: quod (vt facilius intelligatur) breuiter tangenda est fabula. Sed vt in plerisq; aliis fabulis: ita in hac est aliqua varietas inter poetas. scribit enim Ouidius libro octauo Metamorphoseon: quod cum Oeneus Parthaonis filius rex Calydonis: quæ vrbs est ætholiæ: solitus sacrificare Cereri & Palladi primitias fructuum: præteriisset Dianam inhonoratam: illa indignata immisit aprum: qui regionem vniuersam vastabat: at Meleager principibus Græciæ ad huius apri internitionem conuocatis: ipse quoq; venationem ingressus est: ad quam etiam venit Athalanta Scheneī filia: virgo formosissima Arcadica. hanc: vt vidit Meleager, eius pulchritudine captus est: deinde cum prima aprum sub aure vulnerasset: non tantum formam: verum etiam virtutem eius admiratus: cū ipse aprum interemisset, exuuias, & prædæ honorem ei concessit: quod cum Pleuxippus & Toxeus Testii filii & Meleagri auunculi ægre ferrent: & exuuias illi eripere conati essent: a Meleagro sunt interfecti. Mater nomine Althæa: Testii filia: cum audisset fratres suos a filio interemptos domum ferri: nimio dolore concitata: stipitem in quo vita Meleagri consistebat, quamdiu ipse stipes seruaretur, in ignem coniecisse fertur: & vitam Meleagri simul cum stipite consumpsisse: ita scribit Ouidius. At ex græcis sunt qui aliter sentiant: dicunt enim Althæam: execrationibus tantummodo, & detestationibus deuouisse vitam filii: a quo fratres sui interfecti fuissent: imprecatamq; assidue infelicem exitum. quod cum intelligeret Meleager adeo moleste tulit: vt cum hostes ad muros, Vallumq; Calydonis venirent: ipse indignatus nullo pacto arma sumere vellet. Sed cum Cleopatra Eueni flumi & Marpissæ filia vxore sua Litens se oblectaret: & omnium preces sperneret: tandem Cleopatra eius vxor periculum videns, eum orasset: vt pro defensione patriæ arma sumeret: adductus est vt id faceret precibus vxoris. & hic est vetus sensus: quem etiā Homerus in Iliade videt approbare. Inducit enim Phœnicem volentē Achilli persuadere: vt Briseida recipiat: multa de Meleagro dicentem. & in primis q̄ indignatus execrationes matris de homicidio auunculorum suorum pateretur hostes vsq; ad muros venire: dum vxori idulget. Strabo

Penſa vnde dicta

Labiaria quæ sit

Pulchrum Ciceronis dictum

Meleagri fabula

libro decimo

libro decimo dicit bellum a Thestiadis aduersus Oeneum ob suis caput, & spolium fm fabulam: sed probabilius pro te/gionis parte susceptum fuisse: ergo ab vxore ad arma capienda flexum intelligimus. ideo nunc hoc exemplum ad proposi tum suum Briseis adducit: vt Achilles eius precibus flecti non dedignetur. ¶ Oenides. i. Meleager filius Oenei. ¶ Versus: immutatus & inductus contra propositum suum. ¶ Ad arma quæ propter indignationem accipere recusabat.

ASCEN.

¶ AGamemnona pœnitet iræ. Arguit ab exemplo eum debere iram deponere, sed (vt dixi) Achilles est inexorabilis. id autem facit vt dehortetur a profectione: sciens quia deseratur, si in patriam redierit. Vince animos: bonum verbum omnibus quadrans: sed personæ aptissimum. Nec turpe puta: argumentatur ab exemplo Meleagri, quem sola Cleopatra coniux in arma vocare potuit. verum ne superbe videatur se coniugi comparasse, fatetur modeste se coniugem non esse illi: tamen fidelem & intactam permansisse. Deinde sciens quia generosus animus nulla re citius in arma conuocari posset, q̄ fuga contumeliæ: obiicit summam contumeliam, dicens Rumorem esse non alia de causa ab armis cessare, q̄ vt mollis, mulierosusq; voluptati indulgeat. Textus autem dilucidus est: nec explanationis egens. Quod autem dicit.

Res audita mihi: nota est tibi, fratribus orba
Deuouit nati spemq;, caputq;, parens.
Bello erat ille ferox, positis secessit ab armis,
Et patriæ rigida mente negauit opem.
Sola virum flexit coniux, felicior illa,
At mea pro nullo pondere verba cadunt.
Nec tamen indignor, nec me pro cōiuge gessi,
Sæpius in domini serua vocata torum.
Me quædā memini dominā captiua vocabat,
Seruitio dixi nominis addis onus.
Per tamē ossa viri subito male tecta sepulchro,
Semper iudicii ossa verenda meis:
Perq; triū fortes animas, mea numina, fratrū,
Qui bene pro patria, cum patriaq; iacent:
Perq; tuum, nostrūq; caput, qd iunximus vna,
Perq; tuos enses, cognita tela meis.
Nulla Mycæneum sociasse cubilia mecum
Iuro, fallentem deseruisse velis.
Si tibi nunc dicam fortissime, tu quoq; iura,
Nulla tibi sine me gaudia facta neges.
At Danai mœrere putāt, tibi plectra mouent.

ANTO.

¶ PARens: Althæa Thestii filia & Meleagri mater. ¶ Orba fratribus: Toxeum, & Pleuxippum intelligit: quos alii Prothum, & Cometem appellant. hos Meleager interemit: cum apri caput Athalantæ subripere voluissent: vnde exortum est bellum inter Aetholos & Curetes, dum Meleager pugnauit: superiores fuerūt Aetholi; sed cū Althæa ob interemptos fratres in Meleagrum imprecationes habuisset: ille a pugna cessauit; superiores Curetes Aetholos vrgent: Calydona oppugnare incipiunt: Meleager cum Cleopatra coniuge oblectabatur. Oeneus pater, Althæa genitrix, ciues Meleagrum, vt arma sumat, tuetur patriam precantur: non tamen prius ad sumenda arma concitatus est, q̄ Cleopatra coniux vrbem hostibus ferro, & igni vastari nunciaret: rogaretq; vt se, suosq; tutaretur: sumptis demum armis hostes reppulit ¶ Deuouit: imprecata est. ¶ Rigida mente: obstinata ira. ¶ Felicior illa; Cleopatra, quæ virum flexit. ¶ Pro nullo pondere: caduca sunt: & sine efficacia. ¶ Nec indignor: si te nō moueo. ¶ Nec me pro coniuge gessi: non tamen mihi arrogaui; vt me tibi vxorem crediderim: verum seruæ partes impleui. ¶ Dominam: a nomine locus est quo ostendit sibi id nomen nō conuenire: cum esset serua. Euripides secus in Venerem hac vtitur in Hecuba, cum ait: Recte tibi nomen inditum est: cum Dea sis amentiæ præfecta. ¶ Per tamen ossa viri: adiuratione impudicitię suspitionem delet. ¶ Viri: Minetæ. ¶ Male tecta sepulchro: nam in excidio Lyrnessi sepeliendi viri non data est opportunitas. ¶ Perq; trium fortes animas: fratres tris intelligit: quos trucidasse Achillem diximus: ¶ Cognita tela: quoniam illi ceciderunt. ¶ Mycæneum: Agamēnonem significat: qui apud Homerum mactato verre cum conciliaretur cum Achille, iurat se intactam Hippodamiam reddere. Talthybius in fluentem verrem proiecit. ¶ Fallentem: si te in hoc decipio me relinquas. ¶ Si tibi nunc dicam: hac sciscitatione demonstrat vtile nō præponi deteriori: nec ita ob amorem bello cessare: sed vt vitentur pericula. ¶ Fortissime: non sine inuidia hoc adiecit. ¶ Gaudia facta, neges: non negabis te voluptatibus post meum discessum incubuisse.

Agamēnonis iuram ē tum

HVBER

¶ Res: idest casus Meleagri. ¶ Nota est tibi: quia in Græciæ partibus gesta est. ¶ Parens: Althæa mater Meleagri. ¶ Orba: priuata. ¶ Fratribus: scilicet Pleuxippo, & Toxeo interfectis a Meleagro filio suo. ¶ Deuouit: ecce poeta ostendit quod supra diximus: Althæam nō dedisse mortem filio per torrem igni consumptum: sed eum execratam fuisse. nam deuouere est execrari: vt supra diximus illo loco: Thesea deuoui quia te &c. vnde deuotiones appellabantur execrationes. ergo deuouit. i. execrata est & imprecata: vt male accideret filio Meleagro, & cito moreretur. nam hoc significat deuouere spem & vitam. ¶ Ille: Meleager. ¶ Ferox: fortis. ¶ Secessit ab armis: vt supra diximus indignatus propter execrationes matris. ¶ Positis: id est depositis. aphæresis est. ¶ Patriæ: Calydonis quæ ab hostibus oppugnabatur. ¶ Rigida: dura, & pertinaci. ¶ Sola coniuge. s. Cleopatra eius vxor vt diximus. ¶ Flexit: mutauit eum a pposito: & impulit: vt arma acciperet pro defendenda patria. ¶ Illa: vxor Meleagri. ¶ Felicior: q̄ ego. ¶ Cadunt: in vanum effunduntur. ¶ Pro nullo pondere. i. sine effectu. ¶ Nec gessi me pro coniuge: nō fui apud te vt coniux. ¶ Pro coniuge. i. loco coniugis. nam pro interdum significat secundum. vt Nunc te marmoreum pro tempore fecimus. interdum significat loco: vt hic. interdum ad fauorē refertur: vt Aegi causam pro te. i. in fauorem tui. Martia. Incipient omnes pro Cicerone loqui. i. in fauorem Cice. licet possit etiam accipi loco Ciceronis, quem Antonius interfecerat. ¶ Sæpius vocata serua in torum domini: idest quæ sæpe nomine seruæ vocata sum: vt in torum tuum venirem. ¶ Dixi illi captiuæ; quæ vocabat me dominā. ¶ Addis onus seruitio. i. seruitutē meam magis aggrauas: cū vocas me honorifico noīe dominā: cum serua sim. ¶ Per tamē: ne fortasse Achilles eam respueret: quia in terra dum fuit cum Agamēnone cum eo concubuisset: affirmat multis iuramentis: se nunquam tactam fuisse ab Agamemnone. ordo est. ¶ Tamē iuro per ossa male tecta. i. semisepulta: quia (vt supra diximus) in euersionibus vrbiū nō possunt corpora commode sepeliri. ¶ Subito: effossa tantummodo terra. ¶ Verenda: honoranda. & ita cōmendat se ab amore coniugali. ¶ Perq; trium: supl. iuro. Trium fratrum: quod supra dixit: Vidi consortes pariter generisq; &c. ¶ Bene: nam honestum & laudabile est pro patria mori ¶ Cum patria: quia & ipsa euersa est. vt supra: Diruta Marte tuo &c. ¶ Per tuum caput: mos Græcorum iurare per alienum caput. Iuuenalis: Nondum Græcis iurare paratis Per caput alterius. ¶ Vna: idest simul. aduerbium est. ¶ Tela cognita meis: quia his ensibus tuis: & fratres, & virum meum occidisti. ¶ Mycæneum: idest Agamemnona. sic dictum a Mycænis vrbe: cui imperabat. sic Virgilius de eo: Ipse Mycæneus magnorum ductor Achiuum &c. ¶ Sociasse mecum nulla cubilia. i. nunquam mecum concubuisse. ¶ Fallentem: scilicet me. ¶ Deseruisse velis: idest me deseras, & nunquam recipias si te fallo. ¶ Si tibi: hoc dicit Briseis: Ego quidem postquam a te abducta sum: fui intacta, & a nullo viro cognita. Sed tu si iurare cogaris sine me nulla fuisse tibi gaudia: & voluptates libidinis cum alia muliere. ¶ Neges: idest negabis: quasi dicat non. ¶ Mœrere: angi dolore propter me a te abductam. ¶ Tibi plectra mouentur: idest tu citharæ indulges. nam plectrum est quo corda tangitur. interdum pro tota cithara ponitur.

Deuouere a quo deuotiones quid

Pro q̄nq; significat

Iuramētū Græcis peculiare

ASCEN.

¶ Perq; tuū, nostrūq; caput: tractū est a Græcis. Vnde Iuue. satyra. vi. Græcis nōdum iurare paratis Per caput alterius.

Te tenet in tepido mollis amica sinu.
Et si quis quaerat, quare pugnare recuses:
Pugna nocet, citharę, noxq; Venusq; iuuāt.
Tutius est iacuisse toro, tenuisse puellam,
Threiciam digitis increpuisse lyram,
Quá manibus clypeos, & acutę cuspidis hastā,
Et galeam pressa sustinuisse coma.
Sed tibi pro tutis insignia facta placebant,
Partaq; bellando gloria dulcis erat.
An tantū, dum me caperes, fera bella ꝓbabas,
Cumq; mea patria laus tua uicta iacet.
Dii melius, validoq; precor vibrata lacerto
Transeat hectoreum pelias hasta latus.
Mittite me Danai, dominum legata rogabo:
Mixtaq; mandatis oscula multa feram.
Plus ego q̄ Phoenix, plusq̄ facundus Vlyxes:
Plus ego q̄ Teucri (credite) frater agam
Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis,
Praesentesq; oculos admonuisse sinu.
Sis licet immitis, matrisq; ferocior vndis.
Vt taceam, lachrymis comminuere meis.
Nunc quoq; sic oēs Peleus pr̄ impleat annos:
Sic eat auspiciis Pyrrhus ad arma tuis.
Respice sollicitam Briseida fortis Achille:
Nec miseram lenta ferreus vre mora.
At si versus amor tuus est in taedia nostri,
Quam sine te cogis viuere, coge mori.

ANTO. ¶ MOLlis amica: Diomedam Phorbantis filiam significare videtur: qua cum se delectare consueuisse Achillem ablata a se Hippodamia scribit Homerus. ¶ Citharae: quibus a Chirone instructus est. ¶ Vox: cantus. ¶ Tenuisse puellam: cū Diomeda oblectari. ¶ Threiciam lyram: qualem in Thracia Orpheum personasse tradunt: quam a Mercurio in Cylleno monte Arcadiae inuentam, illi Musas tradidisse scribit Eratosthenes. ¶ Sed tibi pro tutis: a tempore auget amplificationem. ¶ Pro tutis: pro periculorum euitatione. ¶ Gloria dulcis: nihil putabas gloriosius, q̄ bello vincere. ¶ Iacet victa: extincta est. Dii melius: consulant scilicet, q̄ meum omen exciderit. ¶ Pelias hasta: peculiaris Achillae hastae adiectio est apud Homerum: quae tanta magnitudine fuit: vt Patroclus cum caetera arma sumeret: hastam suo pondere reliquit. Peleus Achillis pater hasta valuit: qui apud Caium Balbum cum caeteris instrui Achillem apud Chironem cupit: Tum nostram, inquit, festinet ad hastam. ¶ Me: ad Achillem legatam. ¶ Teucri frater: Aiacem intelligit: qui vnus fuit ex legatis ad Achillem. ¶ Agam: mea oratione faciam. ¶ Immitis: difficilior. ¶ Vndis matris: marinis fluctibus: qui nulla audiunt vota. Thetis Achillis mater est maris Nympha. Comminuere: ferociam depones: mitigabis austeritatem. ¶ Nunc quoq; sic omnes: colligit ab amplificatione: primumq; commiserationem mouet ab obsecratione: quam plurimum valere ad mouendos eos, apud quos dicimus scribit Fabius ¶ Impleat annos: nisi matura morte non extinguatur. ¶ Pyrrhus: filius Achillis ex Deidamia Lycomedis regis Scyriorum filia. ¶ Tuis auspiciis: tuo ductu & imperio. ¶ Respice sollicitam: moueat te me a sollicitudo. ¶ Nec vre: idest noli me lacerare. ¶ In taedia nostri: hoc est si me odio amauisti quam amaueras. ¶ Cogi mori: interimas me antequam a te separes.

Diomeda quae fuerit Orpheus a quo lyrā accepit

Pyrrh⁹ cuius filius fuerit

HVBER ¶ Mollis: tenera, & blanda. ¶ Sinu: gremio: idest amplexu. ¶ Et quisquam quaerit: idest & aliquis dubitat. ¶ Quare recuses pugnare: cum iam satis constet: quod non recusas pugnam ob iram, vt ostendis: quia ego fuerim tibi rapta: sed quia indulges Veneri. ¶ Pugna nocet: ecce causa. ¶ Citharae: idest cantus citharae: qua delectaris. nam Achilles optimus citharoedus: ut a Chirone Centauro canendi artem edoctus. ¶ Nox: quies nocturna. ¶ Venus: concubitus. haec enim adolescentiam maxime iuuant. Plautus in Bacchidibus: Isto illecebrosius fieri nihil potest: nox, mulier, vinum homini adolescentulo. ¶ Increpuisse: insonuisse. ¶ Lyram Threiciam: idest Orphei, qui Thrax fuit: & lyra optime cecinit. ¶ Galeam: cassidem: munimentum capitis. ¶ Pressa: pondere grauata. ¶ Si tibi: est quasi quaedam obiectio ad ea, quae Achilles dicere posset: q̄ magis splendore rerum gestarum delectatus sit: q̄ otio & tuta vita. dicit ergo Briseis. ¶ Si facta insignia: idest splendida: scilicet in bello ¶ Pro tutis: idest loco tutorum, & otii. ¶ Et si gloria parta: idest quaesita. ¶ Bellando: pugnando, & te periculis obiiciendo. ¶ Erat dulcis: idest erat tibi iucunda. ¶ An probabas: idest an laudabas. ¶ Dum caperes me: idest dum patriam meam euertebas: & me rapiebas. ¶ Cumq; mea patria: idest an voluisti laudem tuam iacere: & sepultam esse: postquam patriam meam euertisti. ¶ Dii melius: scilicet velint: quasi dicat ita non sit. ¶ Validoq; precor: idest vtinam potius hasta tua interficias Hectorem. ¶ Pelias: idest thessalica a Pelio monte Thessaliae, nōn autem a Peleo patre Achillis est deductum deriuatiuum. nam in eo monte incisa dicitur. Ipse in primo de Remedio: Vulnus Achilleo quae quondam fecerat hosti. Vulneris auxilium Pelias hasta tulit. Notandum autem est hastam Achillis ex fraxino fuisse: vt testatur Plinius libro sextodecimo. & Strabo libro decimo: quam (Homero teste) [illegible] us Achilles concutere, & tractare nouerat. ¶ Mittite me: conuertit sermonem ad Graecos: ostendens q̄ si ipsa missa fuerit ad Achillem: magis poterit eum sua praesentia & memoria solitae consuetudinis mouere: q̄ omnes alii magna eloquentia. ¶ Oscula mixta mandatis: idest praeter preces etiam osculabor eum. ¶ Plus agam: scilicet persuadendo Achilli osculando eum. ¶ Quam Phoenix: eloquenter dicendo, &c. ¶ Quam Vlyxes: & plusq̄. ¶ Frater Teucri: idest q̄ Aiax Telamonius: patruelis Achillis: vt supra dictum est. ¶ Est aliquid: quasi dicat plurimū potest. ¶ Solitis: assuetis. ¶ Admonuisse: idest reducere in memoriam. ¶ Oculos: Achillis. ¶ Sinu: idest pectore meo ei patefacto. ¶ Sis licet: nunc loquitur ad Achillem. ¶ Licet: quamuis. ¶ Sis immitis: idest immansuetus. ¶ Vndis matris: idest aquis maris. nam Thetis mater Achillis Dea est maris. ¶ Vt: idest quāuis. ¶ Taceam: idest nihil tibi dicam. ¶ Comminuere: idest frangeris, & flecteris. ¶ Lachrymis meis: idest fletu. ¶ Nunc quoq;: adiurat ipsum Achillē Briseis vt sui misereat. ordo est: O fortis Achille nunc quoq; respice &c. reliqua dicta sunt per parenthesim. ¶ Nunc quoq;: scilicet cum non sum ad te missa. ¶ Sic: adiurantis est particula. Virgilius in Bucolicis: Sic tibi cum fluctus subeet labere Sicanos Doris amara suam nō intermisceat vndam. ¶ Omnes annos: scilicet a natura sibi debitos. ¶ Tuis auspiciis: tua felicitate. Et victor sicut tu semper fuisti. ¶ Respice: verbum misericordiae vt supra dictum est. ¶ Sollicitam: anxiam: plenam curarum. ¶ Ferreus. s. tu. ¶ Vre. i. crucia. ¶ Lenta mora. i. recipiendi me. ¶ At si versus amor tuus est in taedia nostri: legitur etiam Aut: & melius. ¶ Versus: mutatus. ¶ Quam: subaudi me.

Quae iuuet adolescentes

Peli⁹ mōs vbi locorū fuerit. Qua materia achillis hasta fuerit Aiax telamonius q fuerit Sic q particula sit Respice quod verbum sit

ASCEN. ¶ Mittite me: suadet se apud Achillem plus posse, q̄ tres illi legati. Aiax: Teucri frater, sed ex diuersa matre. Phoenix & Vlyxes. Simile fecit apud Romanos mater Coriolani: quae sola ipsum flexit, quod poetae vsurpant. nam Briseidi notum nō erat. Est aliquid: haec particula pro excellentia ponitur, vt apud Iuuenalem: Est aliquid sese vnius dominum tecisse lacertae. Et apud Persium: Sese aliquem credens Italo q̄ honore supinus Fregerit Heminas &c. et apud diuū Paulum: Qui videbantur esse aliquid. Admonuisse. i. castigasse oculos vagos. Comminuere: penultima longa. futurū indicatiui verbi passiui: idest mitigaberis. Sic omnes: sic aptissima precationibus particula. Virgilius in Bucolicis. Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos. Horatius primo carminū: Sic te diua potens Cypri &c. Tuis auspiciis: idest tua dexteritate & felicitate. Quia enim nihil sine auspicio factitabant prisci: nec quicq̄ cōtra auspicii sententiam. Quae vero auspicato fiebant prospere succedebāt; ideo auspiciū accipit̄ pro felici inchoatione: & auspicari pro feliciter inchoare. vt cum unus,

¶ Vt q;

¶ Vtq; facis: locus est quo demonstratur quid futurum sit si neglecta fuerit. ¶ Coges: ad interitum. ¶ Corpusq;, colorq;: corporis habitudo. ¶ Hoc animi: vitam meam sola spes fouet. ¶ Nec erit magnificum: sed nefarium & crudele. ¶ Cur autem iubeas? consultat quid in magnis malis sibi tolerabilius videatur: cum meam, inquit, necem differs. ¶ Pete corpora: tuo ense me trucida. ¶ Si Dea passa: Palladem significat: quæ Achilli obstitit: vt Homerus scribit: cũ stricto ense in Agamemnonem ferretur. ¶ In pectus Atridæ: Agamemnonis: qui cum Plistenis filius fuerit: ab Atreo patruo denominat: a quo educatus est, Plistene mortuo: ¶ At potius nostram: suasio a meliori. ¶ Quod dederas hosti: dum esses mihi hostis vitam concessisti: eandem amica exigo. & a consequentibus arguit. ¶ Neptunia: quæ Neptunus fabricauit. ¶ Materiam cædis: si cupis habere quos perdas, in Troianos arma sumas. ¶ Me modo: non differas: sed nunc iubeas me veluti seruam non vxorem venire: & ad te deduci. ¶ Siue manes: in castris Græcorum. ¶ Siue paras impellere classem remige: siue in patriam nauigare constituisti.

ANTO.

Achillis in agamẽnonem vltio Agamẽnõ quare atrides dict⁹ ẽ

Vtq; facis, coges abiit corpusq;, colorq;,
Sustinet hoc animi spes tamen vna tui.
Qua si destituar, repetam fratresq;, virumq;
Nec tibi magnificum fœmina iussa mori.
Cur autem iubeas: stricto pete corpora ferro:
Est mihi qui fosso pectore sanguis eat.
Me petat ille tuus, qui si Dea passa fuisset.
Ensis, in Atridæ pectus iturus erat.
At potius serues nostram, tua munera, vitam.
Quod dederas hosti victor amica rogo.
Perdere quos melius possis Neptunia prębent
Pergama, materiam cædis ab hoste pete.
Me modo, siue paras ĩpellere remige classem:
Siue manes, domini more venire iube.

¶ Vt facis: qui pergis omnia facere: quæ me ad mortem possint adducere. ¶ Corpus abiit: idest habitudo corporis: quia tota facta sum macilenta. ¶ Color abiit: quia effecta sum pallida. ¶ Vna: idest sola. ¶ Spes animi tui: quam habeo de animo tuo, vt mutetur. ¶ Hoc. s. corpus. ¶ Qua. s. spe. ¶ Repetam: quasi dicat non: quia a te occisi sunt. ¶ Iussa: coacta. ¶ Nec magnificum: idest res magnifica: scilicet est ¶ Cur autem iubeas? cum scilicet tu hoc efficere possis. ¶ Pete: idest percute. ¶ Corpora: idest corpus meum. ¶ Ferro: ense. metonymia. ¶ Stricto: nudo. & alibi Strictum tenet altera ferrum. ¶ Fosso: percusso, perforato. ¶ Me petat: idest feriat. est autem concessio, quę non modo magis prohibet: verum etiam misericordiam comparat. ordo est: Ille tuus ensis: qui erat iturus in pectus Atridæ, si Dea fuisset passa, petat me. Tangit autem quod scribit Homerus in primo Iliados: Achillem iratum Agamemnoni: post multa in eum effusa conuicia: voluisse eum interimere: sed cum ensem nudaret: Pallas superueniens manum eius continuit: eumq; corripiens: facinus prohibuit. ¶ In pectus Atridæa: idest Agamemnonis. ¶ Si Dea: scilicet Pallas. ¶ Fuisset passa: idest permisisset. ¶ At potius: post ironicam concessionem petit Briseis aperte ab Achille: vt ei vitam conseruet, quam ei dederat. ¶ Tua munera: quæ mihi dedisti. & est appositio. ¶ Quod dederas: ordo est. ¶ Ego amica: scilicet tua. ¶ Rogo: scilicet id quod tu victor: euersa patria mea. ¶ Dederas hosti: scilicet mihi: quæ eram hostis tua antequam me caperes. ¶ Perdere: hoc dicit: Si delectaris cæde alicuius: multo iustius potes interficere Troianos hostes tuos: q̃ me nunc amicam tuam. ¶ Pergama Neptunia: idest Troiam, quam Neptunus simul cum Phœbo ædificauit. ¶ Melius: idest iustius. ¶ Perdere: interficere. ¶ Pete: idest accipe. ¶ Cædis: occisionis. ¶ Ab hoste: & non ab amica. ¶ Modo: tantummodo. ¶ Impellere: mouere. ¶ Remige: idest nautis. posuit autem singularem pro plurali. ¶ Siue manes: scilicet in castris. ¶ More domini: tanquam ego sim serua tua: & tu dominus meus. ¶ Venire: scilicet in torum tuum.

HVBER

Achillis furor i agamemnonẽ

De troiæ cõditione fabula

¶ Vtq; facis, coges: quia si nihil fecerit, mori tamen coget: quia auferet spem, quæ sola vitam conseruat. Repetam fratres & virum, qui apud inferos sunt: inter quos se post mortem putat locandam: sicut viuens cum viuentibus conuersata erat. Si Dea passa fuisset: scribit Homerus Palladem affuisse, cum Achilles in Agamemnonem irrueret: eiusq; manum continuisse: significans per hoc eum per prudentiam abstinuisse a nece imperatoris. est enim Dea sapientiæ. Quod dederas hosti: idest Agamemnoni, cui pepercisti: hoc est veniam da mihi, vt illi. Domini more venire iube: hęc votorum summa est, quam fere in fine ponit epistolarum.

ASCEN.

¶ In quartam Epistolam Argumentum.

IVpiter ex Europa Agenoris in Cretam aduecta Minoem, Rhadamantum, & Sarpedonem genuit: deinde Asterius Thetami filius, qui insulæ imperauit, Europam vxorem duxit. Et cũ liberis careret, illos adoptauit. Minos in regnum succedens ex Ioue Lictii filia Lycastum sustulit. Lycastus ex Ida Corybanti filium, quem Minoem appellauit. Hunc alii ob nominis similitudinem, Iouis filium existimarunt. Is ex Pasiphae Solis, Cretesq; filia, Deucalionem, Creteum, Androgeum, Ariadnam, & Phædram: quamquam alii Deucalionis filiam Phædram tradiderint. Deucalion siue pater, siue frater fuerit: icto cum Atheniensibus fœdere, Theseo Phædram dedit vxorem. Erat illi filius ex Hippolyte: siue Anthiope Amazone grandis natu Hippolytus: qui apud Pyteum Troezene: quæ est Atticæ vrbs educabatur: inde cum ad Cereris mysteria venisset Athenas (vt Diodoro placet) Phædra illius amore capitur, cum discessisset, templum Veneri in arce Atheniensi erexit: vnde Troezenem prospiceret. Cum Theseus ad rapiendam Proserpinam cum Pirithoo discessisset: Hippolytum ad amorem prouocauit. quod cum non impetrasset: quum inferre voluisset, reuerso Theseo, insimulauit. Hyppolytus cum id per patris nuncium accepisset: animo turbatus: equis habenas remisit: quibus nullo rectore incitatis, delapsus in præceps discerptus est: Phædra seipsam trucidauit. Epistola Hippolytum ad amorem flectere nititur Phædra: sed cum turpe sit priuignum a nouerca in amore sollicitari: principium ex insinuatione sumitur.

ANTO.

Troezene vrbs vbi locoq; sit

ANTO. Pugillarib' quo tpe vsi fuere Rhetoricus loc' color quis sit & q̃ grægi & latini diuersimode vtunẽ

CRessa puel. Phædra cretensis. ſ Viro Ama. Hippolyto antiopes, siue Hippolytes amazonis filio. ſ Perlege qd cunq; est: qcqd in epistola scriptum est. ſ Quod iu. nõ qd honestũ est: ſcdm q̃ principijs cũ insinuamus dissimulare debemus: vt scrip. ha. ſ His arca. no. a cõsuetudine argũt. credunt lr̃is oĩa, q̃uis arcana. vsus pugillarium lõge ante Home. fuisse. Pli. scri. nam Iliados. ix. li. Home. tradit Bellerophontẽ missum a Prœto cum pugillaribus in lyciã ad Eurĩe Anthiæ patrẽ. ſ Notas: lr̃as ad legendũ inuitat a loco. quẽ Arist. dicit sumi ab eo quod maius vel minus videaẽ. Latini a maiori vel minori locos appellant. si hostiũ acceptas lr̃as legimus: multo magis amicorũ legere debemus. ſ Ter co. lo. scripsi qm̃ loqui non potui. ſ Pudor est mi. amo. scripsi vt in amore verecundia nõ carerẽ. ſ Qua li. qm̃ difficile est qui amat pudorẽ seruare. ſ Et se. est conuenientius. sic Cice. lib. ii. de ora. Sequitur igiẽ, qm̃ nobis hic de quo loquimur. ſ Iussit amor: crimen in cupidinẽ reiicit. ſ Amor: honestiorẽ facit suã voluptatẽ: cũ in amorẽ trãsferat: qd in ea erat nõ sunt cõtemnenda cupidinis mandata.



HVBER Argumentũ de quo supra

QVa nisi tu de. Cũ ob leges a Minoe ipositas deuictis atheniẽsibus: vt mitterent quotãnis. vii. corpora filiorũ & filiarũ suarũ deuorãda a Minotauro: tertio anno sors obtigisset Theseo ægæi atheniensium regis filio vt mitteretur: ope ariadnes minois filiæ: quę eius amore detinebaẽ, minotaurũ interemit: & ariadnẽ qua ob opẽ sibi p̃stitã se vxorẽ accepturũ promiserat: simul cu phędra eius sorore naui impositas abduxit: vt in. ii. epi. dictum est. Verũ relicta ariadne in Dia insula: aut (vt alii volũt) in Naso solã Phædrã secũ duxit: & vxorẽ accepit: quę postea absente Theseo in Hippolyti priuigni sui: quẽ Theseus ex Hippolyte sorore antiopes reginę amazonũ susceperat, amore exarsit. Itaq; hac epi. ei amorẽ suũ indicat: conatur q; multis rationibus eum ad libidinem suã deflecteret: nitens p̃suadere nullũ esse crimen in cõcubitu priuigni & nouercæ: & ostẽdens cõmoditatẽ maximã ex absentia Thesei: quẽ nitiẽ adducere in odium ipsi Hip. postremo multis p̃cibus Hip. in amorẽ suũ adiurat. Qui fuerit finis vtriusq; diceẽ in fine epist. ordo est: Puella cres. mittit salu. viro amazonio: qua ipsa est caritura, nisi tu dederis. ſ Puella: ſ Phædra. ſ Cressa: cretensis. eius ntũs est cres, cuius gtũs est cretis. Vir. Cretesq;, driopesq; ruunt. ſ Amazonio. i. Hip. filio amazonis. possessiuũ est pro patronymico. Amazones aũt mulieres fuerũt ex scytharũ gẽte: quæ in cappadociæ ora iuxta fluuiũ Thermodoõta post maritos amissos habitauere: & cum finitimis nubẽdi aium omisissent: primo a finibus suis hostes sũmouentes: deinde ẽt bella inferẽtes, auxere rẽpu. sine viris: & post pacẽ armis q̃sitã ne gens interiret: cõcubitũ finitimorũ appetũt. Si qui mares nascereneẽ, interficiebanẽ. Virgines in eundẽ ipsum morem nõ otio: n q; lanificio sed armis, eq̃s, & venationibus exercebãt: inustis infantiũ dexterioribus mãmis: ne sagittarũ iactus impediret. Vñ Amazones dictæ sunt ab a dictione priuatiua: & mazos mãmilla. cũ aũt Eurystheus rex, cui Hercules duodecim stipẽdia debebat: quasi ipossibile imperasset: vt arma reginæ amazonũ summa virtute mulieris ad se referret, Hercules nouẽ lõgis nauibus eo p̃fectus: comitante principum græciæ iuuentute: inopinantes aggressus cum Orithia regina foris bellum gereret, eas superauit. duæ Orithiæ ex Anthiope sorores, quæ tunc Amazonum regna tractabant, captæ sunt: Menalippe ab Hercule: Hippolyte a Theseo: quã in p̃mium retentam Iustinus scri. ab eo in matrimonium assumptã, ex qua natus est Hippolytus vt diximus. Quid. tñ in hac epistola ex verbis phædræ ostẽdit eam nõ vxorem fuisse, cũ dicit: Ac ne nupta quidẽ, tædaq; accepta iugali. Cur' nisi me caperes regna paterna nothus. & hæc satis de amazonibus. ſ Perlege: qa scit eũ cõtractũ frontẽ inuitatũ de re turpi: hortaẽ eũ ad legẽdũ totã epistolã: sperat enim se rõnibus suis posse p̃suadere qd cupit. ſ Quodcũq; est. i. qualecũq;. q. d. ẽt si sit aliqd turpe: & qd tibi displiceat. ſ Quid nocebit? q. d. nihil. ſ Arcana: secreta. ſ Inspicit: argumẽtũ a maiori ad minus. si. n. legimus ep̃las hostiũ: quorũ nomen ne audire qdẽ vellemus: multo magis legendæ sunt lr̃æ eorũ, qui nos amant. ſ Notas. i. lr̃as. ſ Ter co. qa posset dicere quare nõ dixisti corã. dicit se pudore impeditã. ſ Inutilis: quæ nõ p̃stabat mihi officiũ suũ. ſ Hæsit: retẽta est. ſ In pri. ore. in summis labiis. ſ Qua li. qa occurrebat. qd amatores sunt impudẽtes: dicit ipsa oportere ẽt esse in amore aliquẽ pudorẽ. ſ Qua: pro quatenus. i. inquantũ licet. ſ Et sequiẽ: cõsequẽs est & vtile. ſ Miscẽdus: iungendus. ſ Dicere. s. corã scribere: qa (vt Cic. ad Luceiũ scri.) ep̃la minus erubescit. ſ Quicqd: arguit necessitatẽ scribẽdi a potẽtia amoris, quẽ iussisse dicit.

Cres q̃do genitiuũ emittat Amazões q̃ fuerit & q loca tenuer & vñ nomen sortitæ sint

PHAEDRA HIPPOLYTO.



QVA, nisi tu dederis, caritura est ipsa salutem,
Mittit Amazonio Cressa puella viro,
Perlege quodcunq; est, quid epistola lecta nocebit?
Te quoq; in hac aliquid, quod iuuet, esse potest.
His arcana notis, terra, pelagoq; feruntur:
Inspicit acceptas hostis ab hoste notas.
Ter tecum conata loqui: ter inutilis hæsit
Lingua: ter in primo destitit ore sonus.
Qua licet & sequitur, pudor est miscendus amori:
Dicere quæ puduit, scribere iussit amor.
Quicquid amor iussit, non est contemnere tutum,

ASCEN.

QVa nisi &c. Ordo est: Puella Cressa: idest cretensis filia Minois Cretensium regis. mittit viro amazonio: idest amazonidis filio: videlicet tibi o Hippolyte. quod nomen illi, aut præsagio futuri euentus, aut postea ab euentu datum est. Nam ἵππος dicitur equus & equa. & λύω dissoluo. vnde scribendum est Hippolytus. Salutẽ qua ipsa: scilicet quæ eam mittit: caritura est, nisi tu dederis supple eam. His notis: idest characteribus scriptis. Monet ergo vt perlegat, quia verisimile est castum iuuenem a patris vxore non perlecturum literas: præsertim amatorias. Qua licet & sequitur, ordo est: Pudor est miscendus amori, qua: idest quatenus: vel qua via, licet: idest licitum est. & sequitur: idest consequens, & conueniens est.

¶ Regnat

¶ Regnat: rerum summam possidet. ¶ Deos domi. amatores. Veteres enim dominos amatores appellabant. ¶ Ille amor. ¶ Dabit vi. ma. tuo imperio succumbet. translatio est ab his, qui in bello vincuntur. ¶ Adsit: verbum est implorantis numinum fauorem: hinc Virg. in Geor. Adsis o Tegææ fauens. ¶ Auido ig. flagrantissimo amore. ¶ In mea vo. vt meum desiderium expleas. ¶ Non e. ne purgat impudicitiæ crimen descendens paulatim ad rem ipsam. ¶ Socialia fœ. cõiugia Thesei non cogunt me lasciuia violare. ¶ Crimine: impudicitiæ nota. ¶ Venit amor gra. fatetur se manifestissime amare. sed amoris auctorem supprimit: vt modestius rem suam agat. Amo, inquit, sed tanto mihi est amoris æstus grauius tolerare: quanto ætate me grandiorem inuasit. ¶ Serius: tardius, & ætate prouectiori. ¶ Vulnus cæcum: occultum amorem. Virgi. ignem cæcum dixit. ¶ Scilicet vt teneros: similitudine suam molestiam exprimit. ¶ Rude pe. non assuetum, & in amore difficile. ¶ Sarcina: amoris molestia. ¶ Fit ars: enthimema: quod sentẽtia clauditur. ¶ Ars fit: amoris notio habet: faciliusq; toleratur. Est enim ars (vt scribit Cice.) quæ notis, penitusq; perfectis, & in vnum exitum tendẽtibus, & nunq̃ fallentibus rebus continetur. Vbi crimen condiscitur a teneris annis stimulus sentiatur. ¶ Venit: in amorem incidit. ¶ Exacto tẽpore: prouectiori ætate. ¶ Peius: grauioribus pœnis. ¶ Tu no. seruatæ: paulatim repsit ab his quæ lædunt ad ea quæ prosunt: magnaq; festiuitate detecto amoris auctore: omnem suspitionem amouet. habebis, inquit, meæ pudicitiæ primitias. ¶ Vterq; no. cum vterq; pudicitiam hactenus coluerimus. ¶ Est aliquid plenis pomaria carpere ramis: a re factum commendat: sumpta a rerum primitiis imagine. ¶ Si tamen ille prior: crimen ab auctore purgat. ¶ Ille: candor pudicitiæ. ¶ Erat notandus labe: erat violandus. ¶ Sic auctoris dignitate. ¶ Digno igne: elegantis iuuenis amore.

ANTO. Dñi q apud veteres appellabant. Adsum qd verbũ est

Ars qd sit

Regnat, & in dominos ius habet ille deos.
Ille mihi primo dubitanti scribere, dixit
Scribe, dabit victas ferreus ille manus.
Adsit, & vt nostras auido fouet igne medullas:
Figat sic animos in mea vota tuos.
Non ego nequitia socialia fœdera rumpam:
Fama, velim quæras, crimine nostra vacat.
Venit amor grauius, quo serius vrimur, intus:
Vrimur, & cæcum pectora vulnus habent.
Scilicet vt teneros lædũt iuga prima iuuẽcos,
Frenaq; vix patitur de grege captus equus:
Sic male vixq; subit prios rude pectus amores:
Sarcinaq; hæc animo non sedet apta meo.
Ars fit vbi a teneris crimen condiscitur annis:
Quæ venit exacto tempore peius amat.
Tu noua seruatæ carpes libamina famæ:
Et pariter nostrum fiet vterq; nocens.
Est aliquid plenis pomaria carpere ramis:
Et tenui primam deligere vngue rosam.
Si tamen ille prior, quo me sine crimine gessi
Candor ab insolita labe notandus erat.
At bene successit, digno q; adurimur igne.

¶ Regnat: ecce verbum summæ potentiæ. ¶ Ius potestatẽ. ¶ In do. de. etiam in Iouem. inde Virgil. dixit: Nate patris summi, qui tela Tiphœia temnis. & idem: Omnia vincit amor. ¶ Ille. s. amor. ¶ Dubitanti: quia turpitudo negocii suscipiendi dubium adducit. ¶ Ille: Hippolytus. ¶ Ferreus. i. etiam si esset ferreus: pro durissimus. ¶ Dabit ma. vi. translatio sumpta a victis in prælio: qui manus victoribus præbent ligandas. inde quos amor subegit, dicuntur ligati vt captiui. Ouidi. in pri. Amorum: Ipse ego præda recens factum modo vulnus habebo: Et noua captiua vincula mente feram. Mens bona ducetur manibus post terga retortis: Et pudor & castris quicquid amoris obest: Omnia te metuent, ad te sua brachia tendent &c. ¶ Adsit vt ad nostras: adsit optãtis est. i. vtinam mihi præsens sit, & faueat. ¶ Vt fo. vt calefacit. ¶ Auido igne. s. amoris. ¶ Sic: adaptatio similitudinis. ¶ Figat: vulneret. i. sagittis suis. ¶ In mea vo. vt sis paratus facere quod ego velim. ¶ Non ego: laudat se ab honestate anteactæ vitæ: vt ostẽdat se futuram fidelem & firmam in amore Hippolyti. ¶ Nõ rum. non dirimam, & separabo. ¶ Fœdera socialia: coniunctionem & societatem nostri amoris, quam mecum fecisti. ¶ Nequitia: libidine. vt ipse in Fastis ad Silenum: Nequitia est quæ te non sinit esse senem. ¶ Fama no. idest nomen nostrum. ¶ Vacat: caret. ¶ Crimine: quia nunq̃ cognita, aut dicta sum impudica. ¶ Venit: ostendit amorem suum adeo magnum: vt ei resistere non valeat. ¶ Grauior. i. maior & vehemẽtior. ¶ Quo. i. quanto. ¶ Serius. i. tardius. s. euenit. ¶ Intus: in pectore. ¶ Cæcum vulnus: occultum & latens: vtpote in animo fixum. Virg. Et cæco carpitur igni. ¶ Scilicet: facit quandam similitudinem: qua ostendit q̃ difficile ferat hunc amorem nouum, & sibi insolitum. ¶ Iuga prima. i. primum imposita collo. ¶ Lædunt: grauant. ¶ Teneros: iuuenes, & inassuetos iugo. ¶ Captus de gre. i. nouus, & nõdum domitus. ¶ Vix patitur frena: quia ea recusat: & plerunq; sessorem excutit. ergo fit adaptatio similitudinis. ¶ Subit: sustinet. actiue ponitur. ¶ Primos. s. mihi inassuetos. ¶ Sarcina. i. onus. ¶ Non sedet: non locatur & stat. ¶ Ars fit: ars est quæ dat certam viam rationẽq; dicendi vel faciendi aliqui. est igitur sensus: Siquis velit habere recte aliquam artem, incipiat a teneris annis. ¶ Fit. i. perficitur. Iuue. Hic fiunt homines. ¶ Vbi. i. quando. ¶ Crimen. s. amandi. ¶ Condiscitur: tota est vna dictio composita. ¶ Teneris an. quia postea crescens fit in eo doctior: & aliquid quotidie addit. Iuue. Nemo repente fuit turpissimus. ¶ Quæ. s. mulier. ¶ Venit: ad amorem. ¶ Exacto tempore: prætenito tpe ipsi amori conuenienti. ¶ Peius. i. vehementius. vt infra: Peius adulterio turpis adulter obest. ¶ Tu no. allicit eum commendatione suæ pudicitiæ. ¶ Libamina: gustamenta. ¶ Noua: prima. i. tu eris primus qui me vitiaueris: & pudicitiam meam abstuleris. nam in marito nõ aufertur mulieri pudicitia vel fama castitatis: sed ab alieno. dicit ergo se semper fuisse intactam hactenus ab hominibus: præterq̃ a Theseo marito. & Hippolytum fore primum, qui eius pudicitiam delibet. ¶ Seruatæ: custoditæ. ¶ Nocẽs pa. i. vterq; pariter, & vno eodẽq; tempore amittemus pudicitiam: quia adhuc fuisti ignotus mulieribus: & ego intacta aliis, præterq̃ marito meo. ¶ Est aliquid. q. d. non contemnendum. ¶ Carpere po. i. poma. locum posuit pomorum pro ipsis pomis. & pomarium est repositorium pomorum pomerium vero locus vbi sunt arbores pomorum. sed interdum confundunt poetæ significata. Ouid. in Meta. Id metuens validis pomaria clauserat Atlas Mœnibus. ¶ Deligere: colligere. ¶ Primam: quia gratia maior solet esse primis rosis. nam videtur quodãmodo sibi felix: qui potest primã rosam decerpere: ita & qui primum concubitum alicuius mulieris consequitur. ¶ Sic tñ est quasi quædam hippophora ad seipsam. & est sensus: Illa integritas meæ pudicitiæ, qua ante florui. ¶ Erat no. ab insuetudine peccandi. i. debueram diligenter seruare: vt non peccarem quẽadmodum nunq̃ ante peccaueram cum aliquo. & ad hoc respõdet quod sequitur. ¶ At bene successit ille can. s. castitatis. ¶ Quo: candore. ¶ Gessi me. s. ante. ¶ Sine crimine: quia nunq̃ feci aliquid quo possem esse infamis. ¶ Erat no. i. considerandus, & seruãdus. ¶ Ab labe insolita. i. delicto & stupro insolito. hoc fuit quod sibi ipsi ipsa obiecit. ¶ At bene: responsio est ad obiectionem. & hoc dicit: Licet seruanda esset castitas mea inuiolata: tamen bene euenit: q; in ea violanda elegi virum dignum.

HUBER. Regnare qd verbũ sit,

Ars quid agat

Pomarius quid sit Pomerius, quid

¶ ADsit: idest auxilio sit: scilicet Cupido. Tu noua seruatæ &c. Callide appetendum docet lasciua mulier: quod honesta conscientia cum primis refugiat. Primum: scilicet esse famæ læsorem, & pudicitiæ potitorem. nam cum virginitatem iactare non posset: pudicitiam coniugalem eatenus seruatam iactat. Deligere vngue: idest delectam carpere. Alludit ad florem pudicitiæ intactum. sicut Maro in Rosa: Collige virgo rosas: dum flos nouus & noua pubes: Et memor esto æuũ sic properare tuum. Digno igne: idest formosi videlicet iuuenis amore.

ASCEN.

ANTO. Thesei fabula. Diana vbi locoꝝ nata sit. Eleleides vñ nomen traxere. Sacrorum genera quot sint. Cybeles quæ sit. Olympi quot sint. Mistri bacchi & cybelis quo nomine nuncupentur. Dryadum fabula. Fauni qui sint: & a quo nomẽ sortiti fuerint.

¶ Turpis ad. Theseũ signat, qui Helenã rapuit. deinde ad inferos. vt Plutoni pserpinã raperet, accessit. ¶ Fratremq; vi. Iouẽ intelligit: cuius Iuno ẽ soror & cõiux. ¶ Iã quoq; vix cre. studio & voluntate Hippolytũ sibi conciliat. ¶ Ignotas ar. in venationem, cuius erat Hip. studiosus. ¶ Delia: Diana in Delo insula nata venationis Dea est. ¶ Prima: ante oẽs deos maxime venerãda. ¶ In retia: quæ lydia arachne inuenit: & ex lino cãpano cæteris pferuntur. ¶ Iuuat tor. fre. delectat me cohibere currentes equos. ¶ Seruare: moderari. ¶ In puluere: in aperto cãpo. ¶ Eleleides: bacchi ministræ dñr a Bacche: quæ ab Helo oppido Heliconio, siue ætholo: vbi illius orgia celebrantur, Eleũ i metamorphosi diximus nũcupari. in quo quã tum alii a vero desciuerint, nisi sepultoꝝ manibus pcerẽ: referendum putarẽ: sed satis sit diligẽtiores admonuisse. ¶ Actæ: furiis Bac. numine afflatę. Sacra alia sunt tradita & mystica. Alia cũ afflatu numinis, adhibitisq; oium generũ instris apta: qualia sunt orgia Bacchi, & cybelis: quæ græci ενθουσιαστικα vocãt. ¶ Quæq; sub id. tympa. col. mo. Cybelis ministras signat: quæ afflatæ deũ matris numine sacrificantes discurrebant ab ida phrygiæ monte ad olympũ: qui est ad Antãdri plagã: vt Euripides i Palamede auctor est. Sunt enim olympi quatuor: in thessalia: in myssia: in phrygia: de quo Sophocles i polyxena tradit: quartus in æthiopia. Sunt enim sacra Liberi patris & Cybeles cõia: vt Stra. placet. eoꝝ ministri dñr Sileni, Satyri, tityri, Bacchę, Lenę, thiades, Mimallones, Naides, Nymphæ, Bassarides, Eleleides, ¶ Aut quas se. dryades eas intelligit, quæ qm fontana numina, aut nemorea vidissent lymphatæ dicebantur: eas resipiscere ac furere nõ posse magis tradebant: nisi talpaꝝ sanguine spargerent: vt auctor est Pli. ¶ Fauni bicor. nocturnis numinibus agitati: alii furebant veluti hi, qui a faunis noctu in pellibus responsa petere solebãt in latio. Nã faunus pici filius (vt scri. Caius Bassus) primus Saturno auo in latio sacra instituit: patrẽ picũ iter deos retulit, Faunãq; sororem, eãdẽq; cõiugẽ cõsecrauit: quã M. Varro bonã deã appellatã tradit, mulieribusq; respõsa dare cõsueuisse: & Faunũ viris. ¶ Attonuere: lymphaticas fecerũt. ¶ Cũ se fu. il. re. postq̃ cessauit insania.

Peius adulterio turpis adulter obest.
Si mihi concedat Iuno fratremq;, virumq;
Hippolytum videor præpositura Ioui.
a Iã quoq; (vix credas) ignotas mittor in artes:
Est mihi per sæuas impetus ire feras.
c In nemus ire libet, pressisq; in retia ceruis,
Hortari celeres per iuga summa canes.
b Iã mihi prima Dea est arcu præsignis adunco
Delia, iudicium subsequar ipsa tuum.
Aut tremulũ excusso iaculum vibrare lacerto,
Aut in graminea ponere corpus humo.
Sæpe iuuat versare leues in puluere currus:
Torquentem frenis ora fugacis equi.
Nunc feror vt Bacchi furiis Eleleides actæ:
Quæq; sub Idæo tympana colle mouent.
Aut quas semideę Dryades, Fauniq; bicornes,
Numine contactas attonuere suo.
Namq; mihi referunt, cum se furor ille remisit,

HVBER. Amoris pceptum de mẽte Oui. Diana vñ dicta. Eleleides. Cybele. Ida mons vbi sit. Dryades vñ dictæ. Semidei q dicantur. Faunorũ effigies.

¶ Peius magis. ¶ Obest. i. nocet. ¶ Turpis: indignus. vt enim excusanda mulier: quæ cũ viro digno cõmittat adulteriũ. vñ Helena de matre sua leda q̃ cũ Ioue ɔcubuit, dicit: Illa bñ errauit, cui pãq; auctore redemit. ¶ Si mihi: pbat dignũ esse amorẽ suũ: qa si det sibi optio Iouis & Hippolyti: dicit se ppositurã esse Hippolytũ Ioui. ¶ Fratrẽ & virũ. i. Iouẽ fratrẽ & maritũ suũ. nam ambo Saturni & opis filii fuerũt. ¶ Præpositura: potius electura. ¶ Iam quoq;: sm pcepta ipsius Ouid. in arte amãdi: qbus rebus delectanf, quos amamus: eisdem debemus & nos delectari. iõ qa Hippolytus delectabat venatione: dicit phędra videri sibi sępe exire in venationẽ: & oia agere quæ ipse Hippol. agere solitus sit. ¶ Vix cre. parenthesis. & est secũda psona pro tertia. i. vix credat aliquis. ¶ Mittor: nõ ab aliquo sed meo pprio affectu. ¶ Ignotas: insuetas mihi. ¶ Impetus: magna voluntas. ¶ Per se. fe. quas tu insequeris per siluas. ¶ Libet: est voluntas. ¶ Presũs: agitatis. Virg. Aut spumantis apri cursum clamore pmentẽ. ¶ Hortari: instigare mea voce: vt faciunt venatores. ¶ Prima: pcipua: maxima. ¶ Delia: Diana a Delo insula: in qua nata dicitur. ¶ Præ signis arcu: quia eo vtitur. ¶ Iudiciũ tuum: qa sicut iudicas hanc venationis deã pcipuã, quã colas: ita & ego iudico: & qđ tu sentis, idẽ sentio ¶ Aut tremulũ: repetẽdũ est verbũ superius positũ Libet vibrare: quassare: mouere. ¶ Excusso: fortiter moto. ¶ Graminea: pro graminosa. i. plena graminis. i. herbæ in qua sæpe venatoribus suaue est requiescere. ¶ Versare: vertere: & arte regere. ¶ In puluerẽ: in campo pulureo. ¶ Torquentẽ. s. me. i. flectentem. ¶ Fugacis. i. celeris. Iuue. de equo: Cuius clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis. ¶ Nũc feror: dicit interdũ nimia vi amoris se fieri insanã: & similem sacrificantibus Baccho aut Cybeli. ¶ Feror: rapior impetu ai. ¶ Eleleides: Eleus vnũ est ex noibus Bacchi: vt Ouid. vi. met. Nycteleus, Eleusq; parens. inde Eleleides bacchæ dñr. ¶ Actæ: agitatæ: concitatæ. ¶ Furiis: quia credif immittere furias: quod fingif pp vim vini. ¶ Quæq; sub Id. mulieres dicit sacrificãtes Cybeli: quæ colitur in phrygia: cui sacrificantes tympana pulsabãt. Virg. Tympana vos, buxusq; vocat Berecynthiæ. Iuue. Aut resupinati cessantia tympana Galli. nam Galli sacerdotes Cybeles sunt. ¶ Sub Id. col. sub Ida monte phrygiæ. ¶ Aut quas: dicit se sæpe similẽ esse eaꝝ, quæ nymphaꝝ, faunorũq; spũ vexanf. sunt enim quasi furiosæ. inde lymphatæ: dñr: quasi nymphatæ a nymphis. Virgi. Et totã currit lymphata per vrbẽ. ¶ Dryades: nymphæ quercuũ. nã drys grecẽ signat. ¶ Semidæ: nõdũ in cælũ receptæ: nã semidei dñr nõdũ oino digni deitate: qualia sunt terrena numina: & id. o semideos appellant: quasi nõ plene deos. ¶ Bicornes: vt enim ostendit diuus Hieronymus in vita Pauli primi heremitę: effigiẽ hñt capraꝝ & cornua. inde alibi: Cornigerũq; caput pinu pcinctus acuta Faunus in imẽsis qua tumet Ida iugis. ¶ Attonuere. i. attonitas reddidere. ¶ Suo nu. quo eas mouent. ¶ Nãq; mihi: dicit se nõ sentire illã insaniã: sed postq̃ furor est remissus: dici sibi vel ab ancillis: vel ab aliis eam fuisse in hoc furore. ¶ Referunt: narrant omnia ista, quæ mihi accidere dixi. ¶ Ille fu. est remissus: quo ita agitabar. ¶ Remisit se: diminutus est.

ASCEN.

¶ Peius adulterio. Sensus est: Obest quidem nobis pater Theseus: sed ipse est adulter peius. i. magis & cum maiori malo suo. turpis adulterio. i. propter adulterium: quod cõmisit & cõmittere parat. Nam ipse qui cõiugem pulchrã habebat: aliã rapere non debebat: cum Hippolytus coniugem non haberet: nisi quã pater præripuerat. Obest ergo adulter: qui magis turpis est adulterio: & ita auctoritatem dãnãdi in nobis, quod in se admisit, nõ habet. Fratrẽq;, virũq;: vnde ipsa primo æn. Ast ego quę diuũ incedo regina, Iouisq; Et soror & cõiux. Ignotas mittor in artes: in venationẽ, qua scit Hippolytũ oblectari. & ob id Dianæ charũ esse. Vnde Horatius: Neq; enim Diana pudicũ Liberat Hippolytũ. Id aũt fingit se facere: quia cõformitas studioꝝ multũ facit ad amorẽ & amicitiã ẽt castam. Iam mihi prima Dea est: quia suus cuiq; Deus primus. i. sũmus est. Nunc feror vt Bacchi &c. Docet se tãto amore subinde capi: vt vbi sit, nesciat. Ordo est: Ego feror. i. agitor nũc: vt supple feruntf Eleleides. i. Elei: hoc est Bacchi sacerdotes. actæ. i. impulsæ & agitatæ. furiis Bacchi. i. a Baccho immissis, dum eius sacra peragunt, quæq;. i. & vt illæ: quæ mouent tympana. i. instrumenta illa sonora. ab extendendo (τυμπανιζω enim dicif extendo) dicta: qa pellem ouinã extensam habent. In colle. Idęo. i. monte illo phrygio: hoc est sacerdotes Cybeleiæ. aut vt supple feruntur illæ quas dryades. i. arboꝝ deæ, semideæ, qa cum arboribus post longissimã ætatem interire dicuntur. & fauni. i. dii illi siluestres. bicornes: vt ægipanes. attonuere. i. attonitas & lymphaticas: hoc est furiosas fecerunt. suo numine. i. diuinitate sua infusa. Et si quæras quomodo id sciat, cum furiose quid agant, nesciant: respondet. Nam supple comites & satellites mei referunt: i. dest narrant mihi omnia: cum ille furor remisit se.

¶ Tacita

Omnia, me tacitam conscius urit amor.
Forsitã hunc fato generis reddamus amorem,
Et Venus ex tota gente tributa petit.
Iuppiter Europam (prima est ea gentis origo)
Dilexit, tauro dissimulante Deum.
Pasiphae mater decepto subdita tauro
Enixa est, utero crimen, onusq; suo.
Perfidus Aegides ducentia fila secutus
Curua meæ fugit tecta sororis ope.
En ego ne forte parum Minoia credar
In socias leges ultima gentis eo.
Hoc quoq; fatale ẽ placuit domus una duabus
Me tua forma capit, capta parente soror.
Thesides, Theseusq; duas rapuere sorores:
Ponite de nostra bina trophea domo.

ANTO.

¶ Tacitã: quæ amorem hunc hactenus pressi. alii, inquit, putant me numine afflatam: sed amor me furibundam reddit. ¶ Forsitan hũc fato generis: locus apertus est a fato sumere & duis: unde suum purgat facinus. omnes, inquit, ex mea familia amarunt: & id fortasse deorum accidit uoluntate. ¶ Petit: exigit. ¶ Iupiter Eu. ut versum in taurum Iouem taceam, id Nigidii non uidetur omittendum: Neptunum, inquit, Ioui taurum dedisse humani intellectus, illumq; Europã ex Phœnicia in Cretam ad Iouẽ abegisse. ¶ Pasiphae mater: Solis & Cretes filia amauit taurum cum quo Dædali ope cõcubuit: fabricatam ex ligno uaccam corio illius texit: quam taurus amabat. alii ducem Minois: alii athletam (ut diximus) taurum tradiderunt. ¶ Decepto: quoniam amatam uaccam putabat. ¶ Crimen & onus: Minotaurum significat. ¶ Aegides: Theseus. ¶ Secutus ducentia fila: Labyrinthum filo euadere Dædalus Ariadnam docuerat. Ariadna id Theseo monstrauit. Higinius coronam a Vulcano factam cum gemmis indicis Bacchum Ariadnæ dedisse scribit: Ariadnam Theseo: cuius fulgore Labyrinthum resoluit. ¶ Curua tecta: Labyrinthum. ¶ Ne forte parum Minoia credar: ut uidear esse ex Minois genere. ¶ Eo in socias leges: in fati necessitatem meæ gentis: quod est ut omnes ament. ¶ Hoc quoq;: ut & Ariadna soror, & ego te, & Theseum amemus. ¶ Domus una: Aegæi familia. ¶ Duabus: mihi & Ariadnæ sorori. ¶ Parente: Theseo. ¶ Thesides: Hippolytum intelligit. nam plures fuerunt Thesei filii ut retulimus. ¶ Rapuerunt: ad amorem allexerunt. nisi ad Ariadnam uerbum referatur: quam Theseus rapuisse traditur. ¶ Bina trophea: duas ob hanc uictoriam statuas uobis erigite.

Nigidii opinio
Pasiphae fabula cũ ipsius allegoria
Thesei fuga

HVBER

¶ CONscius amor. i. cuius ego sum conscia: quia ille est causa oĩum horum furorum. ¶ Forsitan: ne Hippolytus dicat hũc amorem omitti, & reiici a Phædra, dicit eum esse fatalem: & ideo non posse repelli. ¶ Reddamus: idest reddere: hoc est attribuere possumus. ¶ Fato generis: fortunæ meæ gentis. ¶ Et Venus ex tota: tangit fabulam. Venus enim, indicante Sole, deprehensa in adulterio cum Marte a Vulcano marito, ægre tulit iniuriam indicii: itaq; ut ulcisceretur se, immisit in omne genus Solis impatientiam amoris: ita ut nulla fuerit de gente Solis mulier quæ castitatem seruare potuerit: sicut nunc ostendit Phædra. ¶ Petit tri. quia propter iniuriam a Sole auo meo sibi illatam, uoluit tributa libidinis sibi solui a tota gente i non solum matris quæ filia fuit Solis: sed etiã a gente patris. nullam enim uoluit esse immunẽ. est autem translatio sumpta a subditis, qui superioribus pstant tributa. ¶ Iupiter: Europa Agenoris Tyrii filia formosissima cũ in littore maris, ubi armenta pascebantur, spaciaretur: Iupiter eius amore captus: in taurum candidissimum & placidissimum se cõuertit: cuius illa pulchritudinem admirata: accessit propius. quem cum uideret placidissimum: ausa est etiam eius tergum inscendere: at ille paulatim ad littus progressus: tandem mare intrauit: & eam in Cretam detulit: ibiq; cum ea cõcubuit: ex qua genuit Minoem. Re autem uera: Iupiter rex Cretæ captus amore Europæ: cum eam aliter habere non posset: naui, quæ signum tauri habebat, eam adduxit: unde a poetis datus est locus fabulæ, q a tauro sit abducta. ¶ Prima: quia ex ea natus est Minos pater meus. ¶ Origo principium. ¶ Gentis: familiæ nostræ. ¶ Dissimulante: occultante: quia in forma tauri Iupiter latebat. ¶ Pasiphae: non per æ diphthongum: sed per ae diuisas syllabas pronunciandum est. Fuit autem Pasiphae filia Solis: quæ tam turpi amore capta cum eo concubuit: ex quo genuit Minotaurum: ut plenius in secunda epistola super eum locum: Et tauri mistaq; forma uiri. ¶ Decepto: fraudato: quia facta lignea uacca supposita est pellis uaccæ, quam magis taurus amabat: & illa inclusa in illa uacca lignea: quã Dædalus fabricauerat: tauri coitũ excepit. ¶ Enixa est. i. peperit. ¶ Crimen, onusq;. i. onus criminosum & infame: endiadis est. ¶ Perfidus Aegides: aliud exemplum suæ sororis Ariadnes: quæ Thesei amore capta ei modũ dedit, quo Minotaurũ interficeret: & ex Labyrintho posset exire: dato ei filo: quod secutus ueniret ad egressum labyrinthi. narrata est alibi superius hæc fabula. ¶ Aegides: Theseus filius Aegæi. ¶ Perfidus: quia nõ seruauit fidem sorori meæ datam. ¶ Fugit: euitauit. ¶ Tecta curua: periphrasis est Labyrinthi. erat enim multis circuitibus factus. Virg. Ille dolos tecti, ambagesq; resoluit Cæca regens filo uestigia. ¶ Ope soro. auxilio quod et Dædalus indicauerat: qui ipsum Labyrinthum fabricauerat. ¶ En ego: fugit se supradictus, quarũ amorẽ fatalẽ esse dixit. ¶ En: ecce. ¶ Vltima gentis: quia omnes quæ me antecesserunt ita fecerunt: quia Minos & Pasiphae non habebant aliam filiam minorem nata Phædra. ¶ Socias: mihi & illis cõmunes. ¶ Leges: conditiones. ¶ Ne for. pa. cre. Mino. i. ne si aliter essem, non putarer esse de gente Minois: quæ fataliter amori subiecta est. ¶ Minoia: uel filia Minois: uel de eius gẽte. ¶ Hoc. s. quod sequit. ¶ Quoq;: sicut amor fuit fatalis. ¶ Placuit: ecce quod est fatale. ¶ Quia una domus, s. tua. ¶ Duabus: Ariadnæ sorori meæ & mihi. ¶ Soror: Ariadna. ¶ Capta: amore uicta. ¶ Parente: tuo. ¶ Thesides: Hippolytus. ¶ Ponite: erigite, & ostentate. ¶ Bina trophea: bina monumenta uictoriæ. ¶ De do. no. ex qua duas rapuistis translatio sumpta a militia. nam trophea dicunt belli ce uictoriæ monumenta: a uersis hostibus dicta. nam trepo significat uerto: nostri addunt aspirationem.

Veneris fabula
Iouis fabula cũ ipsius allegoria
Pasiphae quæ fuerit & quo pacto pnunciãda sit
Ariadne
Trophea quæ sint

ASCEN.

¶ Sed amor conscius urit me tacitam: idest celantem amorem & non dicentem quæ sit causa furoris mei. ¶ Forsitan hunc fato: reiicit culpam in fatum. quod tamen sacrilegum esse censet poetarum antiquissimus, dicẽs in persona deorum apud Aulum Gel. lib. vii. ca. ii. Hei mihi quid damnant mortales numina cæli: Esse aiunt enim per nos mala, cum tamen ipsis Vecordi præter fatum sint mente dolores. Quia ergo non fatis, sed nobis imputanda sunt peccata, adiectum est forsitan. Quod uero generi suo fatale putat, exemplis comprobare possit: & facit inductione quadam & ratione, quam Seruius affert ad sextum Aeneid. dicens: Indicato a Sole adulterio Martis & Veneris. Vulcanus minutissimis cathenis cinxit lectulum, quibus Venus & Mars ignorantes implicati sunt: & cum ingenti turpitudine resoluti sub testimonio cũctorum deorum. Hoc dolens Venus omnem Solis stirpem infandis amoribus prosecuta est. Vnde Pasiphae Solis filia Minois Cretensis regis uxor Tauri amore arsit, & arte Dædali inclusa in ligneam uaccam septam corio cum eo concubuit: hinc natus Minotaurus: qui Labyrintho inclusus carnibus humanis uescebatur. Hæc ille. Et reliqua ad principium sexti ad illud: Dædalus ut fama est &c. Phædra autẽ Pasiphaes filia altius orditur generis sui amores: ut in textu uidere est, quod satis patet cum superioribus cõmentariis. Scit tamen tirunculus literariæ militiæ, q Pasiphae & Phaeton, non Pasiphæ, nec Phæton legendum est. Perfidus Aegides: Theseus pater Hippolyti, quem perfidum dicit: quia se deceptam & sororem asserit: quinetiam ipsum Hippolytum & matrem eius: ut astruat illi fidem seruari non oportere. Me tua forma capit: non dicit se captam amore patris, ut inuitam in eius matrimonium uenisse significet. Thesides: Thesei filius Hippolytus. Sed quomodo rapuit, qui aspernatur eam. Nempe formositate qua capta est, & coacta sequi inuitum.

Tempore quo nobis inita est Cerealis Eleusis:
Gnosia me vellem detinuisset humus.
Tunc mihi præcipue (necnõ tñ añ placebas)
Acer in extremis ossibus hæsit amor.
Candida vestis erat præcincti flore capillis
Flaua verecundus tinxerat ora rubor.
Quẽq; vocant aliæ vultũ, rigidũq;, trucemq;
Pro rigido, Phædra iudice, fortis erit.
Sint pcul a nobis iuuenes vt fœmina compti:
Fine coli modico forma virilis amat.
Te tuus iste rigor, positiq; sine arte capilli:
Et leuis egregio puluis in ore decet.
Siue ferocis equi luctantia colla recuruas,
Exiguo flexos miror in orbe pedes.
Seu lentum valido torques hastile lacerto:
Ora ferox in se versa lacertus habet.
Siue tenes lato venabula cornea ferro,
Deniq; nostra iuuat lumina quicquid agis.
Tu modo duritiem siluis depone iugosis:
Non sum materia digna perire tua.
Quid iuuat incinctæ studia exercere Dianæ:

ANTO. De amore phædræ varia opio. Eleusis vrbs a quo Eleusina vbi locoꝝ sit

ℂ Tempore quo nobis: a loco & tempore ωαιον est. a Dio. dissentit aliã secutus historiam. Ille tamen nõ Phædrã Eleusina: sed Hippolytum Athenas ad sacra Cereris profectum esse tradit, cum Phædra illius amore capta est. ¶ Eleusis: vrbs actica: vbi mystica Cereris sacra celebrantur: vnde Eleusina mater dicitur. ¶ Gnosia: Cretæ oppidum Gnosos Minois regia. ex Gnoso ad sacra Cereris, quæ matronæ celebrabant Phædra cũ aliis Cretensibus puellis conuenit. ¶ Candida vestis erat: affectione suum crimen tutatur. circunscribit Hippolyti formam: eam quæ posset ad amorem etiam inuitas trahere. ¶ Candida vestis: Romanorum est iuuenum. vnde & toga pura dicebatur: q ua etiã in Saturnalitiis spectaculis vtebantur imperatores. Nam Argiuç in luctu candida veste vtebantur: vt scri. Plu. ¶ Flore: serto floreo. quod primum instituit Sicionia Glycere. ¶ Rigidum, tru. quod alii sæuitiæ & rusticitati, ego fortitudini tribuo. ¶ Rigor: supercliũ. ¶ Capilli po. si. ar. cultus negligẽtia. ¶ Luctantia: repugnantia. ¶ Recuruas: flectis: tuo arbitrio moderaris: licet equus sua ferocia repugnet. ¶ Miror pedes tuos flexos: optimi sessoris est: vt pedes in orbe altius figendo flectat. ¶ In exiguo orbe: in ciclo ferreo, quo equitis pedes sustẽtantur. quoniam prisci illi hoc non vterentur: ideo nõnulli ad equi pedes retulerunt: qui in exiguo spacio flecterentur: qd nõ placet. ¶ Torques hastilæ: qui fuit iuuenũ vetus exercẽdi mos: pserum in Latio. ¶ Ora ver. cõuertis me in admirationem. ¶ Venabula cor. ex cornu arbore: nec erat plus ligni q̃ ferri: primusq; Piseus reperit. ¶ Tu modo duritiẽ: rusticitatẽ exuendã esse suadet: & argumentatione colligit Dianæ studiosis amorem conuenire. ¶ Dianæ stu. venationũ. ¶ Incinctæ: expeditæ, & agili.

Venabula q̃ materia fuerant & qs primus ea reperit

HVBER. Eleusis cui sacrata fuerit

ℂ Tempore, cõmemorat tempus: quo primũ est capta amore Hippolyti. dicit enim fuisse cum mysteria Cereris Eleusinæ celebrarent. Est autem Eleusin, siue Eleusis (nam vtrunq; dicitur) vrbs Atticæ ita dicta ab aduentu Cereris. nam Eleusis græce aditum significat. In ea (vt scri. Stra.) fuit Eleusinæ Cereris templum & phanum mysticum: quod protinus apparuit. Dio. etiã scri. Cererem cum amplissimis sacrificiis cultam fuisse: tum Eleusinæ mysteriis quç antiquitate, castimoniaq; apud omnes homines sunt vulgata. in his igitur sacris dicit Phædra se vidisse Hippolytum: & eius amore exarsisse: quo tẽpore optat se fuisse in Creta: qa nõ incidisset in tantas curas amoris. ¶ Eleusis Ce. i. Cereri sacrata: vel in qua Ceres colitur. ¶ Inita: itrata: adita. ¶ Vellem: cuperem. ¶ Tellus Gno. i. terra Cretẽsis, in qua sum nata. ¶ Detinuisse me: habuisset me: qa nõ incidissem in tantas curas: tunc eum vidi te apud Eleusinã. ¶ Necnõ. i. et. ¶ Ante: alio tpe. ¶ Acer: vehemens, & inexpugnabilis. ¶ Hæsit: affixus est. ¶ Extremis os. i. in medullis, quæ sunt intra ossa. extrema autem non exteriora, sed interiora hoc loco intelligamus. i. vltima. extrema autem ossa sic dicimus, sicut primum & vltimum. primam enim terram dicimus vicinam littoris si ex mari veniamus. vt Virg. in Aenei. Primaq; vetant consistere terra. at si in mare eamus erit vltima. sic intelligi debet hic locus: vt dicamus extrema ossa magis propinqua medullis: in quibus maxime dicitur esse amoris calor. Virg. Est mollis flamma medullas. ordo est: Amor acer tunc præcipue hæsit in extremis ossibus &c. reliqua dicta sunt per parenthesin. ¶ Candida: ostendit ea quæ excitauerunt tantam flammam amoris. s. cultum Hippolyti: & naturalem quendam decorẽ. ¶ Candida: aut quia Hippolytus insignum integritatis & pudicitiæ delectaretur tali veste: aut quia mos sacrorum fortasse talem exigeret habitum. ¶ Præcincti: ornati. ¶ Flore: floreis corollis. ¶ Tinxerat: pinxerat. ¶ Flaua: alba cum rubore. flauus enim color (vt scri. Au. Gel.) ex albo, viridi, & ruffo constat. vnde appellamus flauas segetes cum sunt iam maturitati propinquæ: tunc enim habent talem colorem. ¶ Verecundus: iuuenilis: & qualis ex verecundia prouenire solet. ¶ Quemq; vocant: quia Phædra non poterat negare in Hippolyto esse quandam vultus seueritatem: ascribit eam virtuti. & dicit non appellandum rigidum, aut truculentum vultum Hippolyti, vt aliæ mulieres dicunt: sed suo iudicio esse fortem. i. virilem. nam fortitudo proprie est virorum. ¶ Pro rigido: i. loco rigidi. ¶ Sint procul: non placent, inquit, nobis isti muliebres ornatus in viris. ¶ Cõpti: ornati. ¶ Coli: ornari. ¶ Modico fine: apparatu & mensura moderata: & nõ nimis vt mulieres. de quibus Teren. Dum molliuntur, dum comuntur, annus est, ideo in primo de Arte dixit: Forma viros neglecta decet. & idem paulo post: Hyppolytum Phædra, nec erat bene comptus, amauit. ¶ Te tuus. dicit illum rigorem, quem aliç mulieres dãnant, in Hippolyto decere. ¶ Rigor: seueritas in aspectu sine aliqua lasciuia. ¶ Positi: relicti. ¶ Sine arte: quia ars etiam est in ordinandis capillis. ¶ Leuis: tenuis. ¶ Puluis: qui significat exercitium. ¶ In ore: in facie. ¶ Decet. s. te. ¶ Siue: discurrit Phędra per varios actus & exercitia Hippolyti: quibus omnibus dicit se delectari. & primũ arte equitandi. ¶ Recuruas: reflectis. ¶ Luctantia: dura, resistentia freno. ¶ Ferocis: fortis. ¶ Miror: laudo, & cum admiratione aspicio. ¶ Pedes. s. equi. ¶ Flexos: reuolutos. ¶ In exiguo orb: in exiguo spacio terræ & circulo. nam hoc magnæ est artis equitandi. ¶ Seu lẽtum: aliud exercitium iuuenile in iaculando. ¶ Torques: iacis. ¶ Lentum: molle: non asperum tactu. Codex quidam vetustus habet vastum pro lentum. ¶ Lacertus. i. brachium tuum. ¶ Ora. s. mea: quia aspicio quanta arte iaculeris hæc enim iuuenum exercitia quæ sunt fortitudinis inditia: solent mulieres maxime capere. vnde Ouid. in. viii. Meta. dicit Scyllam filiam Nisi regis Megarensium: non solum pulchritudine Minois: sed etiam talibus virtutibus esse captam. ¶ Venabula: tela apta venationi. ¶ Lato ferro: pro lati ferri: qualia solent esse venatoria tela. ¶ Cornea: nõ a cornu animalis, sed a corno arbore dura, ex qua fiũt venabula optima, est deductum deriuatiuum. ¶ Lumina: oculos. ¶ Tu modo. q. d. hoc solum velim vt non sis durus. ¶ Siluis iugosis. i. in siluis montium: vbi soles plurimum versari. ¶ Tua materia: tua causa. ¶ Quid iuuat. q. d. nihil. ¶ Studia: exercitia. ¶ Dianæ: idest venationis: cuius (vt supra diximus) Dea est Diana.

Medullç q̃ sint

Flauus color quis sit

ASCEN. ℂ Inita Eleusis. i. initiata sunt festa Cereris Eleusinæ. i. cũ Athenis propter festa Eleusinia essemus. Quemq; vocant aliæ &c. ordo est: Et supple is vultus quẽ vultũ aliæ vocant & rigidũ, & trucẽ. i. truculentũ. Erit fortis. i. præ se feret fortitudinẽ & robur animi, Phædra iudice. i. iudicante, aut iudicio Phædræ: hoc est iudicio meo. nam ipsa de se quasi de alia loquitur: hoc est: licet vultus tuus videatur aliis forte trux, & inimicis: quia non colitur: tñ est (meo iudicio) placidus: & iudex fortis animi. Notandũ aũt quia iudex, & index cõis sunt generis: vnde hic Phædra iudice dicitur. Fine coli modico: hoc in sniam transit. Tu modo duritiem: docuit mulier callida sibi placere iuuenem: nunc suadet docere vt & ipsa ei placeat: cum nõ sit pulchrum iuueni sic venationi incumbere: vt amicam aspernetur, idq; docet exemplo aliorꝝ venatorum.

ℂ Numeros

¶ NVmeros eripuisse: potestatē imminuisse: q nō implet numerū, vim iminuit. ¶ Quod caret alterna requie: qđ nō hēt intermissionē. Nō est durabile: diuturnū eē non pōt. ¶ Nouat: reficit & fouet post labores. ¶ Arcus & arma: similitudine sniam firmat. ¶ Clarus erat siluis Cephalus: optimus venator. exēplo firmat factū: in venatione claruerunt (vt scri. Xeno.) Cephalus, Himalion, & Aeneas. Aurora Cephalū amauit. Sapiens: qm relicto sene iuuenē petebat. ¶ A sene viro: a Tithono marito. ¶ Cyniraq; creatū: adonē Cynirę filiū ex Myrrha significat: quē Venus amasse traditur, pcussus apro interiit. Cyniras (vt scri. Anacreon) Cypriorum rex. c. &. lx. annos vixit. ¶ Oenides: Meleager Oenei filius. ¶ Athalāta mœnalia: arcadica fuit Athalanta: quam Meleager amauit Schenei filiam: eandem amauit Mimalion. licet alii non recte Schenei alteram tradant filiam, alteram Lasii: cum Scheneus fuerit Lasii filius. ¶ Spolium ferae: apri Calydonii caput: quod illi Mele. dedit in fidem amoris. ¶ In tur. ista: amores nostros his similes posteri referent. ¶ Si tol. Ve. si non amori succubueris, rusticitate infamandus es. ¶ Nec me sa. aspera. nulla tecum vitabo pericula: sequar tua studia. ¶ Hic te. tro. co. Troezen vrbs prope Isthmon: distans a mari. vi. mil. pas. nuncupatur a troezene Pelopis filio: qui cū fratre Pytheo ex Pysea terra cōmigrans illic regnauit: eo mortuo regnum obtinuit Pytheus Thesei minus auus. apud quē diximus Hippolytū nutritū. ¶ Regna py. vbi reghauit Pytheus. ¶ Isthmos: angustiae sunt peloponessi: quae. xl. stadiis ab Ionio ad aegeum distāt. Peloponessum insulam facere voluerunt, Demetrius, C. Iulius Cae. Calligula imperator, & Nero. coeptum est semper infausto exitu.

ANTO.

Venabula q̄ materia fuerant & qs primus ea repent

Et Veneri numeros eripuisse suos.
Quod caret alterna requie durabile non est,
Haec reparat vires, fessaq; membra nouat.
Arcus & arma tuae tibi sint imitanda Dianae,
Si nunq̄ cessas tendere, mollis erit.
Clarus erat Cephalus siluis, multaeq; p herbas
Conciderant illo percutiente ferae.
Nec tñ Aurorae male se praebebat amandum,
Ibat ad hunc sapiens a sene diua viro.
Saepe sub ilicibus Venerē, Cyniraq; creatum,
Sustinuit positos quaelibet herba duos.
Arsit & Oenides in Mœnalia Athalanta,
Illa ferae spolium pignus amoris habet.
Nos quoq; iā primū turba numeremur in ista,
Si Venerem tollas, rustica silua tua est.
Ipsa comes veniā, nec me salebrosa mouebūt,
Saxa, nec obliquo dente timendus aper.
Aequora bina suis oppugnāt fluctib⁹ Isthmō,
Et tenuis tellus audit vtrunq; mare.
Hic tecum Troezena colam, Pythela regna,
Iam nunc est patria charior illa mea.

Troezen vrbs vbi locoꝝ sit & vñ dicta Isthmos qd & vbi locoꝝ sit

¶ Eripuisse: i. minuisse. ¶ Suos. sibi debitos. ¶ Numeros: gradus amoris: q dnr esse quinq;: visus: & auditus: cōtactus: oscula: & factū. vel numeros. i. affectus. ¶ Quod caret: snia est. ¶ Alterna: variata: & vicissim post labores sumpta. ¶ Durabile nō est: nō diu durat. ¶ Haec: requies. ¶ Reparat reficit. ¶ Fessa: fatigata & debilitata. ¶ Nouat, in pristinū statum reducit. ¶ Arcus: proponit ei exemplū notum. Et arma: εφηξηγησισ. i. declaratio. nam ponitur pro. i. arcus enim sunt arma Dianae. ¶ Mollis erit. s. arcus: & per cōsequens inutilis. ¶ Si nunq̄ cesses tendere. i. si semper fuerit tentus: & in vsu, & nunq̄ cesset. ¶ Clarus erat: adducit Phaedra exemplum quorundā: q in simili vitae studio versati sunt, quo hippolytus. quos dicit ab Hippolyto esse imitandos in amore, sicut in venatione. ¶ Cephalus: atheniēsis fuit: filius (vt qdā dicunt) aeoli: sed (vt Strabo scri. lib. x.) Deionei filius fuit: a quo Dulychiū insula Cephalenia dcā est. is vxorē hūit Procrin Erichthei Atheniensiū regis filiā: a qua ardenter amatus est: nec minus eam mutuo amore psecutus. verū cū studiosus venationis in Hymeto atticae regionis monte ab aurora visus & amatus fuisset: atq; in amore mutuū ab ea inuitatus: tandē ei assensus creditur. verū cū eū suspectū hēret vxor de alieno amore exiuit: vt eū dephenderet: & ille fatigatus venatiōe peteret aurā a qua refrigeraretur, credidit Procris esse nymphā aliquā, quā ille amaret. Cumq; in fruticibus occultata se mouisset, credidit Cephalus esse feram: & emisso iaculo ineuitabili eam interemit. hęc fabula plenius scribitur ab Ouid. lib. vii. meta. in fine. ¶ Clarus: notus pp studiū venationis. ¶ Cōciderant: interfectae fuerāt. ¶ Illo: Cephalo. ¶ Tamen. s. quis daret operā venationi. ¶ Male: inuitū, immo libēter adhaerebat eius amori. ¶ Diua: aurora. ¶ Sapiēs: q̄ puideral sibi amatorē pulchrū & iuuenē. ¶ A viro sene. i. a Tithono marito suo sene. Virg. Tithoni croceū linquēs Aurora cubile. fuit āc Tithonus Laomedōtis filius: & Priami frater: qui ex Aurora filiū suscepit Mēnona: quē supra in prima epistola in auxiliū Troianoꝝ venisse diximus. is Tithonus lōgissimā vitā assecutus: postremo in cicadā versus traditur. ¶ Saepe: aliud exēplū hois ēt soliti versari in siluis: quem nihilominus amori indulsisse dicit. ¶ Cyniraq; creatū: Adonin dicit filiū Cynirae & Myrrhae eius filiae incaesto cōcubitu genitū: vt scri. Oui. lib. x. Meta. Nam Myrrha insano amore patris accensa: cū ob desperationē eius potiundi de suspēdio suo cogitaret: a nutrice quę eius gemētis vocē audierat intellecta cā: in spē adducta potiundi patris destitit a proposito mortis: & tandē opera nutricis noctu sub ptextu alterius puellae deducta ad patrē occulte cum eo cōcubuit: & Adonem cōcepit. verū post aliquot noctes cū pr voluisset videre: quaenā puella esset: illato in cubiculū lumine: cognouit esse filiam suā: quā cū stricto ense insequeretur: illa in siluis pfugit: vbi deoꝝ miseratione in arborē sui nois cōuersa est: quę ēt lachrymans guttas emittit: ex qbus gumi myrrhae est. Adonis aūt puer sub cortice creuerat: & tandem tpe maturo Lucina dea partus fauēte in lucē editus est: qui mox factus adolescēs formosissimus a Venere nō minus amatus est, q̄ ipsa Myrrha patrē amauerat. hūc monuerat Venus vt vitaret feras a natura armatas: q̄les sunt leones: vrsi & apri. verū cum ille cupiditate ludis oblitus monitoꝝ Veneris aprū insequeretur, ab eo interfectus est. quē Venus multū fleuit: & eius sanguinē in florem purpureū cōuertit. ¶ Positos. i. iacētes. ¶ Ilicibus: sunt enim ilices arbores magnae & glādiferae. ¶ Oenides. i. Meleager. ¶ Arsit: amore incensus est. ¶ Athalanta mœnalia. i. arcadica a Mœnalo monte Arcadiae. narrata est haec fabula supra in epi. Briseidis super eum locū: Cōiugis Oenides versus in arma pce est. ¶ Illa: athalāta. ¶ Spoliū: caput: aut (vt alii volūt) pellē. ¶ Ferę apri. ¶ Pignus amo. quo cōprobatus ē amor Meleagri erga eā. ¶ Nos: ego & tu. ¶ In ista t. in numero istoꝝ: qui licet venatione delectati sint: tñ ab amore nō abhorruerūt. ¶ Si tol. Ve. i. amorē. ¶ Silua. i. venatio tua. ¶ Est ru. nihil habet pulchri, aut iucundi. ¶ Ipsa: ego. ¶ Latebrosa: cauarnosa: vbi saepe latent ferae. ¶ Mouebūt: terrebunt. ¶ Obliquo dente: aut q vere sit incuruus dens apri, aut q obliquū ferat ictum. ¶ Aequora: dicit Phaedra se nō derelicturā Hip. & futurā cū eo in Troezene vrbe, quā ille libenter habitabat. dicit aūt Troezen esse in Isthmo Achaiae. est aūt Isthmos terra angusta inter duo maria. duo aūt Isthmi celebres memorant: vnus achaicus, in quo fuit Corinthus: & alter thracius. in eo Isthmo est troezē vrbs in sinu argeo: qui Saronicus dicit. in ea regnauit Pytheus pater aethrae auus maternus Thesei. Oui. li. xv. meta. Est ppe pytheā tumulus troezena &c. cuius loci habitatione delectatus est Hip. dicit igit Phaedra se habitaturā cū eo troezena: & eā habitationē, qa placet Hip. placere ēt sibi plus patria sua. ¶ Illa: troezē. ¶ Charior: quia ea tu delectaris.

HVBER

Gradus amoris qui sint

Cehpalus

Tithonus qui fuerit

Adonis de quo supra

Ilices arbores quę

Mœnalus mons vbi locorū sit

Troezen

Sinus saronicus qui

Isthmus Thracius vbi locoꝝ sit

¶ Si nunq̄ cesses tēdere. Vñ ē puerbiū: reddit inualidus nimiū si tēdit arcus. Sapiēs diua: id petulāter dictū q̄si q̄ sapet q̄tū ad Venerē pstet seni iuuenis. creatū Cynira: Adonin dicit. Ipsa comes veniā purgatio est obiecti taciti. Nā dicere posset Hippolyt⁹: esto amicā diligā: nō tñ cōtinuo nouercā. Ad qđ illa se pferendā cęteris argumētat cū sit parata obsequi & possit: qa vix abest: cui fidē seruare non debeat, quā neq; ipse seruauit: neq;, vt sibi seruetur, meruit: vt in exemplis probat.

ASCEN.

ANTO. Fortunæ ludibrium Iyiō vbi se gnauerit Locus enodatus Iphitus p̄/do qui fuerit a quo trucidatus Ariadnes historia Amazões quo teli genere in prælio vtebantur Quæ amazonū a theseo interfectæ fuere Amazonius loc⁹ vbi nam sit Demophoon & Athamantus q fuere

¶ Tpe ab. soluit q̄ obesse potuissent. Primū fore rē facilē demōstrat Thesei absētia. deinde in odiū ducit grauia recolēs facinora, q̄ in vtrūq; gessit. ¶ Diu ab. quo nos facilius nřam seqmur volūtatē. ¶ Heros Ne. Theseus q se apud Minoē Neptuni filiū iactauit ꝓbauitq; sem anulus, quē in mare ꝓiectū, iterū ad Minoē retulit. ¶ Ora pris: signat Thessaliæ orā, q̄ circa Peneū erat: vbi potētatū Ixionē Pirithoi pſem tenuisse ser. Diod. ¶ Nec in. vt Pirithoi amicitiā mihi & tibi ꝓponat Theseus. ¶ Mei fra. Minotauꝝ itelligit: quē sustulisse Theseū diximus. ad Deucalionē referri nō placet: quē aiunt theseū peremisse in aditu labyrinthi. Quo ergo sororē, siue filiā Phaedrā Theseo despondisset: si in pugna Minotauri cecidisset. ¶ Claua tri. clauā Iphito p̄doni trucidato sustulit Theseus non ꝓcul a troezene: gessitq; postea more herculeo in signum victoriæ. ¶ Soror: Ariadna rapta a Theseo in Naso relicta est: quam omitus Bacchi sacerdos excepit: vt: au. est Plu. alii tradūt diu apud Theseum permansisse: & ex eo genuisse Oenopionem & Staphilū. Peon amatusius tradit Ariadnā i Cypro Theseū deseruisse grauidā: exceptamq; a mulieribus cypriis anteq̄ pareret interiisse. ¶ Securigeras pu. amazonas quę securi vtebātur in prelio a pēthasilea eaꝝ regina inuēta. ¶ Parens: hippolyte vna amazonum. ¶ Digna fa. na. nō absīlis filio fortitudine. ¶ Vbi sit: mř tu. i. inuidiose obiicit mřis interitū. ¶ Latus en. pe. theseus illā trucidauit. ad qđ vř accedere Didimus q ser. Hippolytam cū Theseo cōgressam. Dio. tñ & Plu. tradunt a molpadia amazone trucidatā: cū ꝓ Theseo pugnasset in eo prelio: qđ amazōes cum theseo gesserūt in eo loco atticę, qui amazonius est appellatus. ¶ Tanto pi. nec filius potuit vitā mři seruare apud patrē. ¶ Nec nu. q. nō vxor, sed cōcubina. ¶ Nothus: nō matrimonio genit⁹: q in pſno regno succedere nō possit: latinū nomē hac significatione no hēmus: vt Ci. ser. in oratore. ¶ Fres: demophoontē, & athamātum signat. ¶ Tollendi: nutriēdi. tua cā illos, inqt, trucidassem. ¶ Medio ni. inter pariēdum. ¶ Forēt ru. visc. abortus emisissem: ne tibi regni successio tolleret. ¶ I nunc ironice ē. inhibit eni sed cōcedere videat. ¶ Reuerere: venerare. nō te moueat pietatis pſnę veneratio: qn eius thalamū ineas. ¶ Et fa. abdi. oī conatu a successione deiicit. ¶ Nec quia p. soluit q̄ obesse potuissent primū nō eē nefariū: si iūcti sanguie coeāt in fœdera Veneris. a deoꝝ auctoritate ꝓbat. Non terreatis noium pietatis. ē eni vanū id vereri.

Tēpore abest, aberitq; diu Neptunius heros:
Illum Pirithoi detinet ora sui.
Præposuit Thes[e]us, nisi nos māifesta negam⁹:
Pirithoum Phædrę, Pirithoumq; tibi.
Sola [nec] hæc ad nos iniuria venit ab illo:
In magnis læsi rebus vterq; sumus,
Ossa mei fratris claua perfracta trinodi
Sparsit humi, soror est pręda relicta feris,
Prima securigeras inter virtute puellas
Te peperit, nati digna fauore parens.
Si quęras vbi sit, Theseus latus ense peregit,
Nec mater tanto pignore tuta fuit.
At nec nupta quidē: tędaq; accepta iugali.
Cur? nisi ne caperes regna paterna nothus
Addidit & fratres ex me tibi, quos tñ omnes
Non ego tollendi causa, sed ille fuit.
O vtinam nocitura tibi pulcherrime rerum
In medio nisu [vi]scera rupta forent.
I nunc, & meriti lectum reuerere parentis,
Quem fugit, & factis abdicat ille suis.
Nec quia priuigno videar coitura nouerca
Terruerint animos nomina vana tuos.
Ista vetus pietas æuo moritura futuro,

HVBER. Gestamen Tesei Telū amazonum Nothus ꝑ illegitimo quo pacto scribatur Demophoon & Athamas Nitor & enitor ꝓprie qd significet Priuign⁹ q & vn̄ dicat Nouerca q̄ & vn̄ dca Victricus quis sit

¶ Tpe abest: arguit a commoditate qđ theseus eius př absit. ¶ Tpe: in tpe, opportune. ¶ Diu: per longum tps. ¶ Neptunius he. Theseus Neptūi nepos. nā Aegeus filius fuit Neptuni. ¶ Ora: regio. ¶ Sui: amici quē charū hēt. ¶ Præposuit: adducit Theseū in odiū Hipp. dicens eū pluris facere Pirithoū q̄ eū & q̄ ipsam Phædram ¶ Manifesta: quæ apparent & nō indigent ꝓbatione. ¶ Sola: pgit amplificare odiū thesei. hæc sola iniuria. s. qđ plus amet Pirithoū q̄ nos. ¶ Vterq;: ego & tu. ¶ In ma. rebus. i. in rebus maioris momenti. ¶ Ossa: ecce cōmemorat prius iniurias sibi a Theseo illatas. ¶ Mei fr. Minotauri. ¶ Claua: telū fuit quo Theseus ad imitationem Her. est vsus. ¶ Sparsit: dilacerauit. ¶ Soror: Ariadne. ¶ Præda: rapina: vt in eius epla ad Theseū videbimus. ¶ Prima: nunc narrat iniurias illatas Hipp. & vt iniuria videatur maior ꝓponit laudē eius matris: in qua accepit iniuriam. ¶ Prima: maxima, excellentissima. ¶ Inter puel. secu. inter amazonas: quæ securi pro telo vtebantur. ¶ Parens: Hippolyta mater tua. ¶ Digna fauore nati: digna tale filiū peperisse. ¶ Vbi sit: mř tua. ¶ Peregit. i. transegit, & trāsfixit. ¶ Nec fuit tu. tanto pignore. i. nec pp te pater tuus habuit respectū eā interficiēdi. ¶ Tanto pi. i. rāro filio. plerūq; enim mariti cauēt inferre iniuriā vxoribus nō pp ipsas, sed pp filios quē qdē respectū dicit nō habitū fuisse a Theseo. ¶ At nec nupta qdē: alia iniuria: q nō acceperit vxorē legitima Hippolytā matrē Hippolyti: idq; factum fuisse dicit a Theseo in odiū Hippolyti: vt nō legitime natus nō posset succedere pñæ hæreditati. ¶ Cur. s. nō est accepta. ¶ Tęda iugali. i. legitimo matrimonio, nā in nuptiis tædas deferebant accensas. ¶ Nothus: nō legitime natus. & scribitur p th. nā sine aspiratione; ventum signat. ¶ Addidit fratres tibi ex me. i. genuit et alios filios ex me, qui sunt fratres tibi. nā si amasset te: nō curasset ex alia muliere suscipere filios: ne te offenderet. ex Phędra enim natus est Demophoon: vt supra diximus, & Athamas. ¶ Quos oēs: filios pris tui: & tibi fratres. ¶ Ego nō fui cā tollēdi: excusat se: qa posset Hippolytus dicere: quare ergo aluisti si sciebas hoc esse mihi nociturum. dicit se nō fuisse, sed Theseū, qui aluerit. ¶ Tollēdi: alendi, educandi. Terē. Quicqd pepisset decreuerunt tollere. & Iuue. Tollere dulce cogitat hæredē. ¶ O vtinā: optat se fuisse mortuā in partu: si filii quos ex Theseo genuit, sunt nocituri Hippolyto. ¶ Viscera: mea. ¶ Forēt rupta: fracta. ¶ Nisu: partu. nā niti parere signat. in quo significato frequētius vtimur cōposito eniti. sunt qui volūt intelligere: Viscera. i. filii: sed prior sensus videt ondere maiorē amoris affectū. ¶ I nūc: irrisio. ¶ Meriti: ironice. q. d. immo nō meriti. ¶ Reuerere. i. honora: & caue ne violes. ¶ Quem: te. ¶ Fugit: pater tuus. ¶ Abdicat: amouet, exdudit. ¶ Nec quia: quia Hippolytus posset dicere magnū esse nefas priuignū cū nouerca coire: ideo magna auctoritate refellit hanc obiectionē: cū dicit hoc a Ioue ꝓmitti. ¶ Noia vana: priuigni, & nouercæ: qui licet noie ipso videant hēre affinitatem: tñ nō hnt. & ideo dixit vana. i. nullius effectus. ¶ Terruerint. i. terreāt. ¶ Coitura: cōmiscenda. ¶ Priuigno videar: priuignus dicitur quasi primus genitus: hoc est anteq̄ nouerca adducta sit. nouercā aūt quasi nouē arcam: hoc est nouā vxorē dici quidam volunt. sunt aūt noia ad aliquid dicta, sicut pater & filius. vitricus etiā priuigno opponitur. dicitur enim cui mater alicui nupsit post prioris mariti mortē. ¶ Ista: hoc pronomen ad contemptū refertur. ¶ Vetus: & ideo iam digna deponi. ¶ Moritura: quæ deficiet. ¶ Pietas: religio & reuerentia concubitus inter affines. ¶ Aeuo futuro: sæculo venturo.

ASCEN. Saturnus quo tpe regnauerit

¶ I nunc & meriti. aperta ironia, quæ sub forma præcipiendi, vim negandi habet: quasi dicat: non esse verendum adire lectum talis patris: præcipue cum ipse pater fugiat & abdicet eum. At si Hippolytus dicat solis se nominibus posse terreri: nam satis est: quia pater est cui contumeliam faciat, & nouerca per quam. Ad quod callida mulier docet consanguinitatis & affinitatis nomina nihil fecisse apud priscos. Nam apud eos sororem duxit frater: vt Iunonem Iupiter. licet simplex rusticitas tempore Saturni pium putauit abstineri a lecto alieno. quod Iuuenalis expresse docet in principio Sextæ Satyræ dicens: Crede pudicitiam Saturno rege moratam In terris &c. Et paulo post: Viderunt primos argentea sæcula mœchos. Auctoritate igitur Iouis vtuntur fere perditi mortales: cum is & primus & summus adulter prædicetur. Sed (auctor Plinio libro. ii.) dicere inter deos connubia, aut adulteria proxime ad dementiam accedit.

¶ Rustica

¶RVstica regnãte Saturnõ nullo cultu mortales vixerunt. regnante Saturno fuit hæc pietatis obseruãtia: nõ virtute, sed rusticitate. ¶Facit eẽ fas: ostẽdit eẽ piũ qcqd delectaret suo exẽplo. ¶Illa co. cũ viro iungit̃. ¶Suos no. ligauit. ¶Firma cathena generis amoris vinculo cũ aliquo ex sua gẽte. ¶Nec la. est cæ. nois iacturã soluit. cælabimus facile, inquit, crimen. ¶Ab illa: Venere. ¶Cognato noie: sub noie affinitatis. ¶Nõ ti. p tene. difficultatẽ amouet. ¶Tutus eris me. ab omni periculo & infamia liber. ¶Laudẽ: quoniã (qd rarũ est in nouercis) videbimur mutua beneuolentia teneri. ¶Tolle mo. cũ sit in operatione, a deprecatione cõmiseratione mouet. ¶Properata fœdera: amoris pignora. ¶Sæuit: me cruciat. ¶Pareat: tibi nõ sit molestus. ¶Non ego dedi. sup. τabor a mutata fortuna. ¶Humilis: demissa. teorq; timorẽ exprimit: qui interdũ mutatis vestibus ad genua iudicũ procumbebant. ¶Certi si quid ha. am. in amore nihil est certum. ¶Victa: nimio amore: Precor: ad preces descendo. ¶Quid dec. multa quę amantes extra eorum officium faciunt. ¶Depuduit: pudorem omnem abiecit. ¶Sua signa: honestatem. translatio a militibus, qui in bello ordinem deserunt.

ANTO. Mortaliũ ornatus saturni tpe qui fuerit

Signa quę sint

Rustica Saturno regna tenente fuit.
Saturnus periit, perierunt & sua iura.
Sub Ioue nunc mundus, iussa sequare Iouis.
Iuppiter esse pium statuit quodcunq; iuuaret:
Et fas omne facit fratre marita soror.
Illa coit firma generis iunctura cathena,
Imposuit nodos cui Venus ipsa suos
Nec labor est, cælare licet, pete munus ab illa,
Cognato poterit nomine culpa tegi.
Viderit amplexus aliquis, laudabimur ambo
Dicar priuigno fida nouerca meo.
Non tibi per tenebras duri reseranda mariti:
Ianua, nec custos decipiendus erit.
Vt tenuit domus vna duos, dom⁹ vna tenebit:
Oscula aperta dabas, oscula aperta dabis.
Tutus eris mecum, laudemq; merebere culpa:
Tu licet in lecto conspiciare meo.
Tolle moras tñ, properataq; fœdera iunge,
Qui mihi nunc sæuit, sic tibi parcat amor:
Non ego dedignor supplex, humilisq; precari:
Heu, vbi nunc fastus, altaq; verba iacent.
Et pugnare diu, nec me summittere culpæ
Certa fui, certi si quid haberet amor.
Victa precor, genibusq; tuis regalia tendo
Brachia: quid deceat non videt vllus amans.
Depuduit, profugusq; pudor sua signa reliquit:
Da veniam fassæ, duraq; corda doma.

¶FVIT. i. seruata est. ¶Saturno: qui regnauit in Italia primis tẽporibus cũ Iano. ¶Tenẽte regna rustica. i. regna, q̃ nullum habebãt cultum vituperat aũt illa tpa vt etiam vituperet mores, qui in eis seruabantur. & cauendũ ne dicatur fuit rustica. ¶Esse pium. i. licere, & recte fieri. ¶Quodcunq; iu. i. quicquid liberet. ¶Statuit: iudicauit: vel legibus sanciuit. ¶Marita. i. nupta ¶Fratre: vel cum fratre: vt præpositio subaudiatur. vel fratre pro fratri: vt sit casus pro casu. vt apud Iuue. Quæ molle Culenũ Porrectura viro miscet sitiente rubetam: pro sitienti. licet hic posset stare ablatiuus absolute positus. ¶Illa: laudat vinculum necessitudinis amoris & coitus: quod quidem dicit esse firmissimum. ¶Cathena: vinculo. ¶Iunctura: coniunctio generis consanguinitatis, vel affinitatis. & est sensus: Illa coniunctio affinitatis: vel cõsanguinitatis: quæ Veneris nodis est ligata: est valde firma, & inseparabilis. ¶Cui: iuncturæ gñis. ¶Nodos. i. nexus. ¶Suos: quibus ipsa solet omnia animalia inter se ligare. ¶Nec labor est cælare: arguit nunc ab opportunitate cælandi: quã ostendit esse facilem. ¶Nec labor: ordo est: Nec labor est cælare. i. occultare: scilicet concubitum nostrum. ¶Pete munus: scilicet cælandi. ¶Ab illa. s. Venere. ¶Licet. i. est licitum tibi vt petas. interponitur autem quasi per parenthesim. ¶Culpa: peccatum nostrum. ¶Tegi: occultari. ¶Nomine cognato: idest sub nomine cognationis. ¶Viderit: idest si viderit. ¶Laudabimur: quia decet nos hæc facere ex charitate & pietate, quæ debet esse inter filium & matrem: & non credet esse ex turpi affectu. ¶Fida: bona, & nõ isidiosa: quales (vt plurimum) solent esse nouercæ. Virgi. Est mihi nãq; domi pater, est iniusta nouerca. ¶Nõ tibi: arguit a facilitate negocii. dicit q cum ambo sint in eadem domo: non erit multum laborandum, vt habeat aditum ad concubitum Phædræ: quẽadmodum sæpe laborant alii amantes. ¶Referanda: aperienda. ¶Per tenebras: idest nocturno tempore. quod solet esse aptum amantibus. Tibullus: Hæc mihi te adducit tenebris &c. ¶Duri: inexorabilis: vel crudelis: qui plus æquo sæuit in adulteros deprehensos. Iuue. Et pœnas metuet quascunq; mariti Exigere irati. & paulopost: Exigit autem Interdũ dolor plus, q̃ lex vlla doloris Concessit. ¶Custos: qui solet adhiberi ianuæ. Iuue. Sed quis custodiet ipsos Custodes &c. ¶Vt tenuit: idest sicut alias mecum fuisti in eadem domo patris tui: ita nũc erimus: & nihil quod faciemus erit suspectum. ¶Vt: sicut. ¶Vna: idest eadem. ¶Aperta: idest in conspectu omnium ex affectu charitatis. ¶Dabis aperta: ex affectu amoris venerei. ¶Culpa merebere laudem: idest peccando laudaberis. ¶Licet: idest quamuis: tantummodo. q. d. cum nihil sit quod obstet. ¶Properata: idest sine dilatione facta. ¶Fœdera: idest nostri coitus. ¶Sic parcat tibi: scilicet vt mihi: scilicet sæuiat sic tibi vt mihi. vel sic ponatur adiuratiue & deprecatiue: sicut diximus supra in eo loco: Sic oẽs Peleus pater impleat annos &c. idest sic amor non te lædat: sed sit tibi mitis. ¶Ego: quæ sum neptis Iouis & Solis. habet aũt emphasim hoc pronomen: vt apud Virg. Ast ego quæ diuum incedo regina. ¶Heu vbi nunc fastus. i. superbia & elatio mei generis. q. d. Amor omnia depressit. ¶Et pugnare: ad excusationem suam hæc subdit. ¶Pugnare: resistere. ¶Certa fui. i. deliberaui. ¶Si quid cer. correctio, quia amor leuis est, & inconstans. ¶Victa. s. ab amore. ¶Genibus tuis: hæc enim erant dicata misericordiæ. vnde supplicantes (vt supra diximus) ad pedes eorum, quibus supplicabant, iacebant: & genua amplectebantur. ¶Quid deceat: quid sibi sit honestum: quia multa facit cõtra dignitatem suam. ¶Depuduit. i. pudorem abiecit. de enim hoc loco nõ augmentum significat, sed priuationẽ. ¶Profugus: qui a me discessit. ¶Sua signa: translatio sumpta a militibus: qui fugiẽtes relinquunt signa. i. vexilla: & hic est verus sensus. nam q reliquerit signa. i. ruborem &c. aut q sit translatio a literis sigillatis non conuenit. ¶Fassæ. i. mihi quæ confessa sum tibi amorem meum. ¶Doma: flecte. translatio sumpta ab equis.

HVBER

Nouercaꝝ sæuitia in priuignos

Custos qs sit

Sic quot habeat significata

Hoc pnomẽ empha sim semper habet

Genua cui dicata sint

¶SVOS nodos: idest nexus coniugales. nam casto ligat Venus legitime nubentes. verum vult maiorem esse amorum vim inter consanguinitate, aut affinitate coniunctos. Nec labor est cælare: docuit religionem deorum non obstare. docet pudorem mundanum non posse officere: cum facile sit cælatu. quandoquidem nemo sit habiturus suspitionem de affinitate coniunctis, & vna domo societatis. Itaq; oratorie: quæ illi obiicere posset, hæc posse facere docet. Dicar priuigno fida nouerca: quod rarum est. nam in Buc. dicitur: Est mihi namq; domi pater, est iniusta nouerca. & in Georg. Hippomanes, quod sæpe malæ legere nouercæ. Est enim nouerca patris vxor, non mat. r tamen. Priuignus vero coniugis filius, sed non eius cui priuignus est: quasi ex priore genitus. Laudemq; merebere culpa: quia quod lasciue facies, pie fecisse putaberis. Sed non vera est ea laus, quam Deus, & conscientia damnant. Non ego dedignor: docet se vero amore capi, quem ad humilitatem compellit. Vnde Aenei. iiii. Improbe amor quid non mortalia pectora cogis Ire iterum in lachrymas, iterũ tentare precando Cogitur: & supplex animos summitere amori. Genibus tuis i quia (vt dicit Serui. ad illud Aeneid. iii. Et genua amplexus) Physici genua Misericordiæ consecrata volunt: vt aures Memoriæ: frontem Genio: dexteram Fidei. Quid deceat non videt vllus amans: diuerbiale est. inde cæcus amor dicitur.

ASCEN.

ANTO. Ioui fulmina attribuuntur Iupiter vbi natus & educat⁹ sit Creta Iouis insula Pan qui Aegipā q̃s

ℭQuod mihi sit genitor: a genere commiseratio est. ¶Qui possidet æquota Minos: maris imperium obtinuit: vt scribit Dio. ¶Proaui: Iouem significat, cui assignantur fulmina. ab eo erat prima Phædræ origo: vt in argumento diximus. ¶Auus vallatus radiis acutis: Solis filia fuit Pasiphae Phædræ mater. Solis caput diademate acutis radiis ornabat. ¶Nobilitas sub amore iacet: amore victa generositatis meæ rationem habere non potui. ¶Miserere priorum: meorum maiorũ decus respicias; ne turpis amoris exitu violetur. ¶Est mihi dotalis: suasio ab vtili. dabo, inquit, dotem insulam Cretam. ¶Iouis insula: vbi Iupiter natus est, & educatus. Virg. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto. ¶Regia tota: q: regđ est paterni regni oratorio more non historico loquitur. Non enim dos Phædræ Creta est constituta. ¶Flecte feros animos: alia perorationis pars. ¶Mater: Pasiphae. ¶Per Venerem: pathos ab obsecratione. ¶Plurima: violens plusquam satis est. ¶Dea agilis: Dianã significat: quam in cinctam dixit, nunc agilem nũcupat. ¶Saltibus secre. vbi lustra ferarum sunt. ¶Montanaq; numina Panes: Euemerus scri. ex Vesta & Cælo natum esse Pana: cuius vxor fuit Aeger ex qua Iupiter filiũ substulit: quẽ Aegipana nuncuparunt: q: ɔgest: idest capræ i & panos filius crederetur. Hero. tradit Pana hircino ore, & cruribus amendesits in Aegypto coli. colebatur præterea in Arcadia, Hispania, & Latio: quod Arcades incolentes Panos sacra instituere. ¶Sitim: æquam plurimum venatores æstu fatigati desiderant. ¶Lachrymas: inter scribendũ collachrymauimus. ¶Verba precantis: preces tu leges. ¶Finge videre: quarum signa in epistola non restiterunt.

Qđ mihi sit genitor, q̃ possidet æquora, Minos:
Quod veniant proaui fulmina torta manu.
Quod sit auus radiis frontem vallatus acutis,
Purpureo tepidum qui mouet axe diem.
Nobilitas sub amore iacet: miserere priorum,
Et mihi si non vis parcere, parce meis.
Est mihi dotalis tellus Iouis insula Crete:
Seruiat Hippolyto regia tota meo.
Flecte feros animos, potuit corrumpere taurum
Mater, eris tauro sæuior ipse truci?
Per Venerem parcas oro, q̃ plurima mecum est.
Sic nunq̃, quæ te spernere possit, ames.
Sic tibi secretus agilis Dea saltibus adsit:
Siluaq; perdendas præbeat alta feras.
Sic faueant Satyri, montanaq; numina Panes:
Et cadat aduersa cuspide fossus aper.
Sic tibi dent nymphæ (quamuis odisse puellas
Diceris) arentem quæ leuet vnda sitim.
Addimus his precibus lachrymas quoq; verba precantis
Perlegis, & lachrymas finge videre meas.

HVBER

Torquere a quo participiũ tortus iprope qđ signat Quis deorum fulmina iaciat Creta insula quæ sit Iouis fabula Curetes & corybãtes qui fuere Pan vbi colitur

ℭQuod mihi: legitur etiam: Quid mihi? & melior est lectio: quasi dicat: Quid prodest nunc mihi nobilitas? quid mei maiores? nã nobilitas ab amore vincitur, & ei cedit. ¶Quid mihi: scilicet est vel prodest. ¶Qui possidet æquo. idest qui dominatur Cretæ, & multis insulis, quæ in mari sunt. ¶Quod veniant ordo: Quid prodest mihi quod fulmina veniant. ¶Torta: idest iacta. participium est: nam torquere significat iacere. ¶Manu proaui: idest Iouis. qui Iupiter licet ex parte Minois, cuius est pater, sit auus Phædræ: tamen ex parte matris Pasiphaes est proauus. nam Phœbus filius est Iouis: Pasiphae vero mater Phædræ filia Phœbi. Iupiter autem est qui iacit fulmina: vt ipse apud Ouidium. Ego sum qui fulmina mitto. ¶Quod sit: subaudi quid prodest: quod sit auus: scilicet Phœbus, qui & Sol dicitur. ¶Vallatus: circundatus. ¶Temporas caput. ¶Radiis: quibus illustrat orbem terrarum. ipse libro secundo Metamor. At genitor circum caput omne micantes Deposuit radios. ¶Axe: idest curru. ¶Purpureo: aut pulchro: aut rubicundo: quia Sol mane rubet. ¶Iacet: prostrata est. ¶Priorum: idest supplicantium tibi: & qui te amant. de se autem intelligit: licet pluraliter loquatur. ¶Est mihi: post reliqua, quibus conata est persuadere Hippolyto amorem suũ, subdit etiam spem dotis. ¶Crete: nominatiuus est casus. est autem insula vbi Iupiter dicitur esse nutritus. Virgil. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto. de Ioue autem a Ser. talis refertur fabula. Saturnus ab oraculo Themidis comperit se posse a filio regno depelli: quod timens, natos ex Rhea filios deuorabat: quæ natis Iouis pulchritudine delectata: nymphis clam commendauit in monte Cretæ Dictæo. Ibi eum aluerunt apes: & adhibiti sunt Curetes & Corybantes qui tinnitu æris pueri vagitum audiri prohiberent: vnde ipsi sunt matris deum ministri. ¶Seruiat Hippolyto: idest sit sub potestate Hippolyti. ¶Feros: duros. ¶Potuit: argumentum a maiori ad minus. ¶Mater: scilicet mea Pasiphae. ¶Corrumpere: in coitum suum impellere. ¶Truci: fero. ¶Per Venerem: adiurat Hippolytum. ¶Quæ: Venus. ¶Est plurima mecum: idest tota est mecum. vel plurima pro plurimum: nomen pro aduerbio. ¶Sic: adiuratiua particula. ¶Ames quæ nunquam possit fallere te: idest sic amor tuus sit certus & potiatur votis suis: & ea mulier quam amabis: nunquam fallat te. ¶Sic: adiurat per alia. & est sensus: Sic tibi faueat Diana dea venationis: vt non desint tibi feræ: quas possis interficere. ¶Dea: Diana. ¶Agilis: velox, qualem oporteret esse venatricem. ¶Adsit: præsens sit & fauens. ¶Saltibus: nemoribus & campis. ¶Secretis: remotis, nõ frequẽtatis. Talia enim loca solẽt nutrire multas feras. ¶Perdendas: interficiendas. ¶Sic: alia adiuratio. ¶Satyri & Panes: dii siluestres. quod ipse declarauit, cum dixit Numina montana. ¶Fossus: percussus. Teren. Noli me fodere. ¶Cuspide: idest hasta: scilicet tua. ¶Aduersa: opposita. nam venabula solent opponi apris in pectus: supra quæ se sæpe immittunt. ¶Cadat: moriatur. ¶Sic tibi: hæ omnes adiurationes conueniunt. nam adiurat Hippolytum per ea quæ scit optari a venatore. ¶Sic tibi: ordo. ¶Nymphæ: scilicet quæ præsunt vndis & fontibus. ¶Dent: tibi vndam. ¶Quæ leuet: idest quæ minuat. ¶Sitim arentem: idest quæ ex ariditate & siccitate corrumpitur. ¶Quamuis dic. &c. hæc dicta sunt per parenthesim: quasi dicat: Quamuis Nymphæ hoc minime deberent facere quia diceris habere odio puellas: cum ipsæ sint puellæ. ¶Lachrymas quo etiam lachrymas, cum ipsæ solæ preces deberent sufficere. ¶Finge: puta: idest existima ita videre me flentem. sicut legis verba mea. Hyppolytus, prout poetæ fabulantur, virginitatis & Dianæ cultor, spreuit Phædræ turpem petitionem. qua ex re indignata falso illum apud patrem Theseum detulit: quod ei vim voluisset inferre. ille patrem Aegæum, vt se vlcisceretur, rogauit: qui agitanti currum Hippolyto, phocam immisit: quare equi territi, eum dilacerauerunt. Tunc Diana eius castitate commota: ab inferis eum ad vitam per Aesculapium filium Apollinis & Coronidis reuocauit: Hippolytumq; in Aricia nymphæ Egeriæ commendauit: & eum Virbium: quasi bis virum iussit vocari. quod Virgi. vii. Aenei. ostendit. Phædram vero audita morte Hippolyti, alii gladio, alii laqueo vitam finisse dicunt. Quo exemplo deterreantur mulieres omnes ab illicito, detestabiliq; amore: ne vel idem, vel etiam miserabilior finis eas sequatur.

Satyri qui Sitis ex labore

Hippolyti exitus Hippolytus qui & virbius

ℭQVAMVIS odisse puellas. Muliebre genus inuisum fuit Hippolyto. quod apud Euripidem detestatur. Eius etiam meminit & Plutarchus.

PAR Rh.

ℭQVOD mihi sit genitor &c. docet non pauca amori subdita esse: cum omnem generositatem suam illi summittat. & simul laudat se a se genere, & prius ab amore. Est mihi dotalis: laudat se a dignitate & fortunis. Sic nonquam particula sic (vt diximus) apta est comprecationibus. Omnia facilia sunt: quocirca paucis rem absoluimus.

ASCEN.

ℭIn quintam

In quintam Epistolam Argumentum.

HEcuba Cisei filia: Priami vxor: grauida in somnis parere se ardentem facem visa est. Ideo (vt apud Actium in Hecuba) ex oraculo voce diuina edidit Apollo: puerq; primus Priamo qui foret post illa natus tpa & tolleret: eum esse exitiū Troiæ: pestē Pergamo. Priamus igit̃ q̃ primū ptus ederet, iussit exponi. mr̃ nati fortunā misera ta, pastori regio clā alēdū mādauit. Is cū adolesceret in siluis inter armenta: nymphā Oenonē Iphritæ fluminis & Creusa filiā amauit: quā vxorē duxisse (auctore Stra.) nōnulli tradiderūt. ex ea quoq; duos genuit liberos, Daphnim, & Idæū. Cognitus deinde a parētibus suis mittit̃ Spartē ad Menelaū ad repetendā Hesionē Priami sororē: Helenam Menelai vxorē rapuit. & licet Herodo. neget Troiā adductam: alii tamen, & in primis Home. vnicā Helenam suo thalamo Paridē contēptus cæteris probasse tradunt. Oenone cū se destitutā videret: ex Cebria Troiadis vrbe, vbi Paridis & Oenones sepulchrum videri Demetrius refert, ad Alexandrū hāc scri. epi. cuius tāto amore flagrauit: vt cū a Philoctete sagittis Herculeis cōfossus ad Oenonē ferret̃: ipsa cadauer cōplexa fouēs vulnera: expirauerit: vt Septimius auctor est. Querit̃ pmū Oenōe q̃ deserta sit: deinde reposcētib⁹ Græcis Helenā reddi, & se recipi suadet.



OENONE PARIDI.

PErlegis? an coniux prohibet noua? perlege, non est
Ista Mycenæa littera scripta manu.
Pegasis Oenone phrygiis celeberrima siluis,
Læsa queror de te, si sinis ipse, meo.
Quis Deus opposuit nostris sua numina votis?
Ne tua permaneam, quod mihi crimen obest?
Leniter ex merito, quicquid patiare, ferendum est:
Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.

ANTO.

PErlegis, an cōiux phibet noua? Nō sine inuidia nouā cōiugē dixit, Helenā significās. id instādi interrogatio detegit. Manu Myce. Agamēnonis aut Menelai: qui tibi hostes sunt. Mycenæ Pelopōnesi vrbs Menelai, & Agamēnonis pfu. Pegasis Oenone: se nymphā sigñat. fuit Xāthi fluminis filia ex Creusa: nō Scamādri: vt aliqui pbauerūt. Pegasides .n. naiadas dñt & fontiū nymphas & musas ipsas: qm̄ fontiū sunt cultrices. απο τησ πηγησ verbo græco: qd latina interptatione fontē sigñat. in quo nō viderūt Oenonē filiā fuisse Iphritę amnis: q stagnū pegaseū pellit: vt scribit Pli. & nos i Propertio id latius exposuim⁹. In siluis phrygiis: in Idæ phrygiæ mōtis siluis. Meo: cōiuge ante excepta Helenā. Opposuit suā nu. qd numē nobis obstitit. in deos culpā reiicit ne suo crimie accidisse putaret̃. Q d m. cri. ob. cū nihil cōmiserim: nescio qd mihi obsit, qn i tuo nō pstē cōiugio. Leniter ex mer. snia duplici iustā q̃rimoniæ cām oñdit. Ferēdū tolerādū ē si tua culpa multa patiaris.

Mycenæ vrbs
Oenone q̃ fuerit & cuius filia secūdū varias opiniones
Pegasides siue Naiades q̃ & vnde dictæ

HVBER. Epistolæ argumētū

PErlegis. Qui plura de Paride velit videre: repetat argumētū primę epi hic satis est dicere q̃ ad hūc locum pertinēt. Cū Paris in siluis phrygiis apud pastorē siue armētariū (vt supra dixius) viueret, coniugio Oenones visus est: q̃ nympha erat illoꝝ locoꝝ: cui Paris coniugii fidē pmiserat. Sed postea q̃ iudiciū de pulchritudine triū deaꝝ tulit: & Venerē duab⁹ ppošuit: vt Helenā sibi ob p̄riū iudicii pmissam peteret, Lacedęmōa accessit. Cūq; ia fama eēt: qd eā fecū adduxisset: & Oenone & hoc vidisset: dolēs se piorē cōiugē a Paride relictā eē, q̃ ei semp fida fuisset, hanc epist. ad Paridem scripsit: in q̃ fidē sui amoris erga eū cōmemorat: & pmissa Paridis sibi facta. Et cōqueritur q̃ se relicta adulterā accepit. nititurq; adducere eam Paridi in odium & in contemptum: cōmemorans eius impudicitiam: & fraudem factam Menelao eius priori marito. & contra dicit Oenone q̃ constans & fidelis semper fuerit ipsi Paridi: cū tamen habuerit multos amatores: a quibus fuerat sollicitata. Perlegis: interrogatiue pronunciandū est. Noua cō. Helena quā nuper duxisti. Prohibet: vetat te legere epi. meā. Perlege: hortatiue ponit̃ non imperatiue. Facta. i. scripta. Mycenæa: Menelai: qui fuit ex Mycenis. q. d. non est scripta manu alicuius tui hostis. nam Menelaus propter raptam cōiugem suā debuerat scribere litteras, quas Paris nō libenter legeret. Pegasis: vt & dictionū & locoꝝ quorūdam Græcoꝝ ratio omnino me nō fugiat: effecit Ioānis placētini: al's fratris carmelitani: nunc monachi singularis in me beneuolētia & studium: qui hospitio, domoq; mea supra annum visus: nō minus moribus, & religione: q̃ vtriusq; linguæ doctrina mihi probādus visus est. is p id tempus quo vna fuimus, quantū per occupationes meas licuit: mihi nōnulla græce interpretatus est: nōnulla etiam extra lectionem ostendit. Inter quæ apud Apolloniū pri. argonauticon versum monstrauit: in quo est Pegas nomē esse fontis. dicit enim primo: statim hic fontē peruenit: quē vocāt pegas. vult igit̃ ipse ab eo Oenonē pegasida appellari. est etiā pege (vt scri. Pli. lib. iiii.) oppidū Bœotiæ. verū qm̄ musas pegasidas appellamus a Pegaso equo alato nato ex sanguine Medusæ: vel a fonte ab eodē equo facto: qa græce fons pege dicit̃: & ipsæ musæ nymphæ dñr. non erit fortasse incōueniēs Oenonē appellatā pegasida quasi nymphā nō tā a pege pprio noie fontis, q̃ a pege appellatiuo: hoc est a fonte. nā & ipsa se nympham fuisse testatur, cū dicit: Edita de magno flumine nympha fui. ergo. Pegasis. i. nympha. Celeberrima: notissima. Læsa: quæ accepi iniuriā a te. Meo: quæ es meus cōiux. Si sinis. i. pateris me q̃ri. i. si non remoues cām q̃relæ. Quod crimen. q. d. nullum. Leniter: sententia est. & est sensus: Ferendum est æquo aio quicquid accidit homini merenti. at illud dolenter fertur, quod pter meritum euenit. Patiare: pro patiat̃ aliquis. secūda persona pro tertia. Ex merito .i. pro merito & iuste. Ferēdū: tolerandū, patiendū. Leniter. i. molliter, æquo animo. Dolenda. i. cum dolore ferenda.

Pege fons
Pega oppidum
Pegasides vnde
Pege græce qd significat

PARRH.

PEGAsis: Nympha Nais. i. amnis Cebreni filia: atq; eo pacto se distinguit ab eiusdē nominis aliis. Oenone enim fuit etiam Budionis filia: a qua Aegina insula appellata Oenone prius est: vt autumat Pythonetus Aegmetarum primo. Oenotrum præterea celebrat Eurypides in Iphygenia Aeaco patre natam. Meo: viro: nam priusquam Paris Helenam raperet: Oenone Paridi nupsit: ex eoq; Corythum peperit: vt est apud Lycophronem.

ASCEN. PErlegis &c. Nonnulli codices habent hos versiculos in capite: Nympha suo Paridi, quamuis suus esse recusat, Mittit ab idæis verba legenda iugis. Quos qđe reor a grámaticis additos. maior enim multo vis est ex abru pto inchoasse vt fideles codices: Perlegis? an coniux prohibet noua. Mycenæa manu: Agamēnonis. aut potius Menelai, cuius cōiugē rapuisti. Pegasis. i. fontiū Dea, seu nympha. & qa musæ fontibus psunt, nymphę qs sunt, etiā pegasides dici solēt. Leniter. i. leni: hoc est trāquillo & modesto aio. Et trāsit vterqȝ versus in prouerbiū.

Nondum tantus eras, cum te contenta marito
Edita de magno flumine Nympha fui.
Qui nunc Priamides (absit reuerentia vero)
Seruus eras, seruo nubere Nympha tuli.
Sæpe greges inter requieuimus arbore tecti.
Mixtaqȝ cum foliis præbuit herba torum.
Sæpe super stramen fœnoqȝ iacentibus alto
Depressa est humili cana pruina casa.
Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos?
Et tegeret catulos qua fera rupe suos?
Retia sæpe comes maculis distincta tetendi,
Sæpe citos egi per iuga summa canes.
Incisæ seruant a te mea nomina fagi:
Et legor Oenone falce notata tua.
Populus est (memini) fluuiali consita ripa:
Est in qua nostri littera scripta memor.
Et quantum trunci, tantum mea nomina crescunt,
Crescite & in titulos surgite rite meos.
Popule viue, precor, quæ consita margine ripæ
Hoc in rugoso cortice carmen habes:
Cum Paris Oenone poterit spirare relicta,
Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.
Xanthe retro propera, versæqȝ recurrite lymphæ,
Sustinet Oenonem deseruisse Paris.

ANTO. NONdum tantus eras: demonstrat qualis fuerit erga Paridem: vt crimine vacua videatur: accusandusqȝ sit Paris, q̄ illa destituerit. Tantus: tanti nominis & potentiæ. nam pastoris regii seruus, non regis filius putabaris. Magno flumine: non Xanthum, sed Iphrytem intelligit: ex quo & Creusa Oenonem natam dicimus. Adsit reuerentia vero: ignoscas si vera narro. Eras seruus: regii pastoris, & armenta custodiebas. Tecti arbore: sub vmbra arborum. Casa humili: pastorea, quā lingua punica Magalia dicimus. Depressa est: desedit. Quis tibi monstrabat saltus: exprobrat beneficia. Qua rupe: in qua parte montis essent ferarum lustra. Maculis: macula in retibus significat plagam, siue foramina. M. T. C. Verrinarum li. iii. Reticulum ad naris admouebat tenuissimo lino minutis maculis plenum rosæ. Egi: inferas hortata sum. Incisæ seruant: enumeratione rerum gestarū auget querelas. Fagi: arbores sunt pceræ. Mea noia a te: quæ tu scripsisti. Populus: arbor nigra & alba: vt scri. Plini. gaudet aqua. Fluuiali riuo: ad ripas Xanthi fluminis. riuū fluuialē Xāthum intelligit: quæ amorē nostrum testatur. Trunci: populei. hi sunt quibus arbores nituntur. In titulos su. vt testimonium faciatis me Paridi nupsisse. Viue: in inuidiam Paridis ne nostrum possit dissimulari cōiugiū. Margine ri. in ripa Xanthi. Hoc carmen: quod Paris scripsit. Spirare: vitam ducere. Ad fon. Xanthi: Xanthi fontes sunt inter Thelmesiū, & Patarā Lyciæ vrbes: miscetur cum Simoente. Prius, inquit, Xanthus labetur in suū fontē: q̄ Paris viuat sine Oenone. Propera retro: in tuū fontē relabere.

Macula quid

Populus arbor quæ

Xāthi fontes

HVBER. NONdum: narrat suam in Parin beneuolentiam: & sua in eum merita. Tantus: tam magnus: quia tunc eras in numero pastorum: non in numero procerum, sicut nūc es. Nympha. s. ego. Edita: genita. De ma. flu. alii dicunt fuisse filiā Xanthi: alii Cebreni fluuii, quia quidam poetæ græci eam Cebrenida appellant, ego qui certum affirment Cebrenum fluuium esse Phrygiæ nondum memini me legere. Sed Cebrenidam, siue Cebriniam regionem esse Phrygię Strab. scrib. lib. viii. ibiqȝ dicit Alexandri, siue Paridis & Oenones sepulturam ostendi: quam dicunt Alexandri vxorem fuisse, priusquam Helenam raperet. Seruus eras: eras famulus. Qui nunc Priamides. i. qui nunc diceris filius Priami. Absit &c. per parenthesim hæc dicta sunt. Reuerentia absit vero. i. respectus non habeat veritati dicendæ. Tuli: passa sum. Nubere: fieri vxor. nā ad mulieres solū pertinet: nisi in opprobrium referatur. vt apud Iuuenalem: Nubit amicus. Martialis: Barbatus rigido nupsit Calistratus Afro. Idem: Nolito fronti credere, nupsit heri. Sæpe greges i cōmemorat consuetudinem, quæ sibi fuit cū Paride. Arbore tecti. i. sub vmbra arboris. Præbuit torum. i. fuit nobis pro toro. Cana: albæ epithethon pruinæ. Humili: nō alta. Stramen. a sternendo dicit: quicqd potest substerni: vt paleæ, & similia. Venatibus. i. venationibus, vel venantibus. i. venatoribus. Tibi: qui eras imperitus locorum. Catulos: filios. nam, vt quorundam domesticorum animalium, & quorundam volucrum filios dicimus pullos: vt pullum equi: pullū asini: pullum aquilæ: pullum hirundinis &c. sic quarundam ferarum filios catulos dicimus: vt catulos leonum: catulos luporum: catulos vrsorum &c. Tegeret: occultaret, & tutas haberet. Comes. s. tua: idest quæ tecū veniebam. Distincta maculis: plena nodis. Egi: impuli, instigaui. Per iuga: per montes. Incisæ a te. i. a te inscriptæ. Notata: scripta. Legor in aliis arboribus. Populus: arbor quæ aquis gaudet. Virgi. Populus in fluuiis, abies in montibus altis. Consita: posita, plantata. inde ager consitus dicitur: qui arboribus abundat. Memor nostri: quæ mei memoriam seruat: propter scripturam tuam. Tantum mea nomina crescunt: quia quanto maiores arbores fiunt: tanto magis apparent notæ mei nominis. Crescite: apostrophat ad arbores ipsas. Et surgite: erigimini. Recta: pro recte. nomen pro aduerbio. vt Rauca sonans amnis: idest rauce. In titulos meos: idest cōmemorationem mei nominis. Popule: apostropham facit ad quandam populum arborem: in qua dicit adhuc remanere promissionem Paridis erga ipsam Oenonem. Consita margine: extremitate. Rugoso: aspero: siue contracto, & pleno rugis: quales solent esse cortices arborum. Hoc carminis: hoc est carmē, quod in testificatione sui perpetui amoris in Oenonem Paris scripserat, cuius sensus erat: Tunc aquam fluuii Xanthi reuersuram ad fontem suum: cum Paris posset viuere Oenone a se derelicta: quasi dicat: q̄ sicut impossibile est, q̄ aqua Xanthi vnquam reuertatur ad fontem: ita erit impossibile, q̄ ego Paris possim sine Oenone viuere. Spirare: viuere. Versa: a cursu suo mutata. Xanthe: vertit Oenone sermonem ad Xanthum, dicens vt redeat: quandoquidem Paris potuit eam deserere. Lymphæ: aquæ. Sustinet: patitur, & potest.

Oenone cuius filia

Stramē vn

Catuli qui Pulli qui

Nomē pro aduerbio qñqȝ ponitur

PARRh. MAgno flu. Cebreni. interpres Licophronis. οινω νηθεγα τηρην κεβρηνος κοιναω. i. Oenona filia fuit Cebreni, vel Oenei. Absit reue. ve. recedat, inquit, personæ respectus, & omnis pudor: vbi quid ex fide narratur. Seruus: pastor antiquo Romano ex more: sm quem loquitur Ouidi. omnes pastores fuisse seruos, ex Strabone dum de brutiis agit, Suetonioqȝ, & Liuio constat. Depressa: corrige defensa & vitata sub humili casa. Sed hæc in Claudianum copiosius. Itaqȝ ut Iouis (vt aiunt) Corinthus: inculcare supersedebo.

ASCEN. De magno flumine. s. Xantho. Qui nunc Priamides: supple es. Adsit reuerentia vero. i. ne contemnatur: quia veritas odium parit. Tuli. i. sustinui, passa sum, dignata sum. Quis tibi monstrabat: docet se quoqȝ magistram eius, qua pollet, artis fuisse. Fagi incisæ: sic in Buco. Immo hæc in viridi nuper quæ cortice fagi Carmina descripsi &c.

Illa

ANTO.

ILLA dies:pathos a tpe. Hyems amoris:a nautis translatio esse enim in amore hyemē & tranquillitatem dicimus: cum dissidium, aut pacē significamus. Qua ve. & Iuno:in nuptiis Thetidis quae in Pelio monte gestae sunt: dii oēs cō/ uenerāt pter Discordiā, quā a nuptiis alienā esse decet:illa pomū iecit:quod de pulchritudine certamē inter Iunonē, Pal/ ladem, & Venerem excitauit:placuit Paridis stare sentētiae. Venus pmissa Helena pro se iudiciū tulit. Sumptis ar. aegis & hasta arma sunt Palladis, quae cum sit belli Dea, armata est spectabilior, qualē Home. descri. q̄ nuda. Sinus mic. atto. cor mihi exercet artem lubricam, dicit Plau. cum illius trepidationē exprimit. Vt nar. pmissam tibi Helenā. Consului anus, & lōgaeuos senes, responsa sortilegoꝝ tuli. Constitit es. ne. retulerunt mihi aliquod mali portendi. Caesa abi. narrat simplici ter rem & gesta est. Abies arbor procera in altis montibus nauigio rum materia, vt scri. Pli. Classe paratas quā Pherechus fabricauit: vt suo loto dicemus. Rates ce. id ad nauigioꝝ picturam, quae te/ ra illiniebat, referendū nō censeo, quod est encaustices genus: sed ce ratas cera occlusas significare ostendit Caius Balbus lib. primo Ar gonauticon, cum ad Argo loquit: Sors tibi ne qua Parte trahat ta citū puppis mare, fixaq; fluctu: Vel pice: vel molli cōcludere vulne ra cera. Discedens: a me vt peteres Spartē: quod amoris signum fuit. Parce nega. non neges me amasse. Iste pudendus amor: si te nō Helenam amare: nec te me amasse pudeat. Nam secūdus amor turpior est, q̄ primus. Non sic appo. pathos ab imagine. vlmus in Italia expetita est vitiū gratia: vt scri. Pli. Riserunt co. q̄m nō vē/ to tenebaris: sed amore nostro. Septimius solum ex Paridis comiti bus, qui in Graeciam nauigarūt. Aeneam nominat. Quam vix su. abiens prae dolore me salutarē potuisti. Aura sus. lin. secundo vē/ to nauigas. Eruta: impulsa. Canet: spuma albescit. Prosequor infelix: quid in discessu & post discessum Paridis egerit, exponit. Humet harena: magna hyperbole est. nam lachrymis harena hu/ mectari nō potest. Virides Ne. Nereides marinas nymphas Plini/ us non esse fabulosas tradit: visas, auditasq; interdum.

Paridis iu dicium

Abies ap/ ta nauigiis

Illa dies fatum miserae mihi duxit ab illa
Pessima mutari coepit amoris hyems,
Qua Venus & Iuno, sumptisq; decentior armis
Venit in arbitrium nuda Minerua tuum.
Attoniti micuere sinus, gelidusq; cucurrit,
Vt mihi narrasti, dura per ossa tremor.
Consului (neq; enim modice terrebar) anusq;,
Longaeuosq; senes, constitit esse nefas.
Caesa abies, sectaeq; trabes, & classe parata:
Caerula ceratas accipit vnda rates.
Flesti discedens, hoc saltem parce negare.
Praeterito magis est ille pudendus amor.
Et flesti, & nostros vidisti flentis ocellos:
Miscuimus lachrymas moestus vterq; suas.
Non sic appositis vincitur vitibus vlmus,
Vt tua sunt collo brachia nexa meo.
Ah quoties cum te vento quererere teneri,
Riserunt comites, ille secundus erat.
Oscula dimissae quoties repetita dedisti?
Quam vix sustinuit dicere lingua vale?
Aura leuis rigido pendentia lintea malo
Suscitat, & remis eruta canet aqua.
Prosequor infelix oculis abeuntia vela,
Qua licet, & lachrymis humet harena meis.
Vtq; celer venias, virides Nereidas oro,

Hypboles quae Nereides quae

HVBER.

Illa dies: narrat originem suoꝝ maloꝝ: qui incepit quando tres deae supposuerūt se iudicio Paridis. Fatū: isortuniū. Hyems: tē/ pestas. tractum a mari. Coepit: incepit. Ab illa. s. die, qua Venus &c. Decentior armis sumptis. i. quae eēt honestior armis sumptis, q̄ depositis vestibus. In arbitrium: in iudicium tuum de pomo. de quo diximus in argumento primae epistolae. Attoniti: terrefacti. Micuere: tremuere. vt in prima epistola: Vsq; metu micuere sinus Gelidus tremor: qui facit gelidos. Virgil. Extemplo Aeneę soluū tur frigore membra. Vt: postquā. Narrasti mihi: dixisti mihi tres deas ad iudicium tuum venisse. Consului: interrogaui. Anus: quae plerumq; interpretantur talia. Et senes longaeuos. i. longae aetatis. Neq; enim terrebar modice: idest multum terrebar. est enim liptote, & per parenthesim legendū est. Cō stitit per illos apparuit: & iudicatum est. Esse nefas: esse malum. Caesa abies; breuis narratio apparatus Paridis ad ra/ piendam Helenam. Abies: arbor montana apta nauibus aedificandis. Caesa: incisa. s. est. Trabes: ligna. Vnda caeru/ la: coloris caerulei. est autem caeruleus color inter viridem & nigrum: & eiusmodi solet esse color maris. Ceratas: cera vel pice illitas. Parce: abstine, & noli negare hoc, te fleuisse cum a me discederes. Iste: amor Helenae. Est magis pudendus praeterito. i. est turpior tibi q̄ meus. s. magis deberet te pudere amare Helenam. q̄ cōfiteri amasse me: quia amor meus erat licitus & honestus. Et flesti, & nostros. q. d. vterq; fleuimus. Nostros ocellos flentis. i. oculos mei flentis. est enim flentis genitiuus casus: quia habet vltimam breuem. nō aūt est accusatiuus pluralis: vt quidam falso existimant. nam tales accusa tiui plurales in is desinentes semper habent is finalem longam. Suas: proprias. i. nostras. vt Quisq; suos patimur manes. Non sic: comparatio amplexus Paridis. Vlmus: arbor vitibus apta: praesertim in Italia. Virg. Vlmisq; adiungere vites. Vincitur: ligatur. Vitibus appositis. i. adhaerentibus, tanq̄ maritis suis. Vt: sicut. Nexa: implicita. Ah quoties: di/ cit tantum fuisse Paridis erga se amorem: vt cum esset discessurus: quereretur ventum esse aduersum: cum tamen reuera esset secundus: sed pigebat eum discedere. Teneri: impediri. Riserunt: quia videbant non esse verum quod querebaris: sed te hoc facere, quia pigebat te me discedere. Ille: ventus. Secundus: felix. Quoties. q. d. saepissime. Repetita: renoua/ ta: quia cum me dimisisses. sepe reuertebaris, vt me oscolareris. Quam vix. i. quam difficile. Sustinuit: potuit. Aura: ex ponit processum discessus Paridis. Malo: ab arbore nauis. declinatur hic malus. Suscitat: monet. Eruta: cōmota. Ca/ net: spumescit. Prosequor oculis. i. prospicio. Qua licet. i. quatenus licet. i. quantum possum. Humet: madescit. Vtq; celer. i. precor & facio vota pro celeri reditu tuo. Neteidas: nymphas maris Nerei filias.

Abies ar/ bor quae Caeruleus color

Malus p nauis ar/ bore Nereides q̄

PARRh.

ANVS & lōgęuos senes: Sagos intelligit & cōiectores: ex quo genere fuisse Pitheū Pelopis Taethron patrē diximus ex Plutarcho. Constitit: vno ore pdixerunt. Iste amor: adulterae q̄ virum reliquit, & liberos vt externum sequeretur.

ASCEN.

Illa dies &c. Ordo est. Illa dies qua Venus & Iuno & Minerua nuda. decentior. i. pulchrior sup. futura. sumptis armis .i. si sumpsisset arma. Venit in tuū arbitriū. s. q̄libet earum. Duxit. i. attulit. mihi miserae fatum. i. fatale exitium. & hyems .i. tempestas incerta amoris. pessima. s. in me. coepit mutari ab illa. i. post illam diem. Postq̄. s. Veneri pulcherrimā puellam pollicenti data est a Paride sententia. Nota est fabula. Cum enim ad Thetidis cum Peleo nuptias oēs dii, deaeq;, praeter Martē & Bellonā inuitati essent: id aegre ferētes exclusi, Mercuriū demiserunt cū aureo malo, seu pomo: in quo scriptum erat Deę pulcherrimae. qd piectū inter sūmas deas, Palladem, Iunonē, & Venerē: cū singulae sibi vendicare vellent: relatū est ad Paridem, qui pro Venere iudicauit mercede pulcherrimae puellae ̄iectus: cū Minerua sapiētiā, & in bello victoriā: & Iuno regnū, & gloriā pollicerent. Diserte & graphice dicit: Sūptisq; decētior armis: qa Veneri nuditas, Mineruae ar/ matura cōpetit. ad qd alludit Ausonius noster vt fere legit sic: Armatā Venerē vidit Tritonia Pallas: Nunc certemus ait iudice vel Paride. Tū Venus, armatā qd me mala sana lacessis. Quę quo te vici tpe nuda fui. Vincit: a q̄rta ꝯiugatione me dia lōga. i. circūligat. Quereretur: sic legēdū est: vt sit qui venit a q̄rerer, cuiꝰ scda est psona q̄rereris vel q̄rerere pe. lōga, reliqs breuibꝰ. Ille sec. erat: .i. ē vētꝰ de quo q̄rebaris, erat scds: & ita ꝯueniēs nauigatiōi. vñ cōites sciētes te inuitū amor: riserūt.

ANTO. ❡IN mea damna: ad meum exitium. Alii Helenam intelligunt, quæ marito Paride fruebatur. ❡Blanda: chis [?] supplex. ❡Pro dira pellice: pro Helena. ❡Aspicit immensum: pathos a loco: Sigæum promontorium describit. vnde Paris nauigaturus in Græciam oram soluit: quoue rediens applicuit. ❡Moles natiua: locus natura editus, non industria. ❡Resistit: non reiicitur: sed restat immotus. ❡Hinc: ex Sigæo. ❡Ire per fluctus: vt citius te complecteter. ❡Fulsit mihi purpura: pathos a loco, qui dicitur præter spem. ❡Purpura: purpurata Helena. purpura est conchilii genus sanguinem habens in gutture: quo inficitur purpura. commendatur tyria & lybica in Menynge insula. ❡Tuus: tibi non conueniebat. ❡Fœmineas genas: tres rapuit fœminas Alexander: Helenam, Clymenem, & Aethram. ❡Non satis id fuerat: rapuisse fœminas. ❡Amica turpis: per adulterium & rapinam parta. ❡Rupi sinus: vestes laceraui. ❡Secui madidas genas: contra legem. xii. tabularum: in qui bus erat: mulieres genas ne radunto. sunt genæ quibus oculi vallantur oræ extremæ. ❡Sacram Idam: vel propter Cybeles cerimonias, & sacra quæ in Ida celebrabantur: vel quoniam montes & siluæ sua habeant numina. Has lachrymas: has imprecationes cum lachrymis. ❡In mea saxa: quæ conscia erant nostri amoris. ❡Sic: tanto incendio. ❡Ipsa ferat: patiatur mala quæ ego sentio. ❡Nunc tecum veniunt: commiseratio a mutatione fortunæ. ❡Nunc: quod Priami filius diceris: & quod diues es. ❡Tecum veniunt quæ te per aperta sequuntur Aequora: fœminę fugitiuæ & adulterę placent. ❡Non ego miror opes: non me fortuna, aut diuitiæ impellunt: sed amor & vetus coniugium.

Purpura quid

Genę quę

Cybeles sacra

Scilicet vt venias in mea damna celer.
Votis ergo meis alii rediture redisti:
Hei mihi, pro dira pellice blanda fui.
Aspicit immensum moles natiua profundum:
Mons fuit, æquoreis illa resistit aquis,
Hinc ego vela tuæ cognoui prima carinæ:
Et mihi per fluctus impetus ire fuit.
Dum moror, in summa fulsit mihi purpura prora,
Pertimui, cultus non erat ille tuus.
Fit propior, terrasque cita ratis attigit aura,
Fœmineas vidi corde tremente genas.
Non satis id fuerat (quid enim furiosa morabar?)
Hærebat gremio turpis amica tuo.
Tunc fleui, rupique sinus, & pectora planxi,
Et secui madidas vngue rigente genas.
Impleuique sacram querulis vlulatibus Idam.
Illuc has lachrymas in mea saxa tuli.
Sic Helene doleat, desertaque coniuge ploret,
Quæque prior nobis intulit, ipsa ferat.
Nunc tecum veniunt, quæ te per aperta sequuntur
Aequora, legitimos destituuntque viros.
At cum pauper eras, armentaque pastor agebas,
Nulla, nisi Oenone, pauperis, vxor erat.
Non ego miror opes, nec me tua regia tangit.

HVBER ❡SCILicet: certe. & est quasi irrisio sui ipsius: quæ in damnum suum reditum Paridis optauerit. ❡Rediture: qui eras rediturus. ❡Alii ad vtilitatem alterius: scilicet Helenæ. ❡Hei mihi: dolet quod precata sit ad vtilitatem alterius. ❡Blanda: supplex. ❡Pro dira pellice: idest in vtilitatem pellicis, quæ mihi nocet. ❡Pellice: scilicet mea: idest Helena. Pellex autem dicitur respectu mulieris & non viri: vt Calisto fuit pellex Iunonis & non Iouis. est autem pellex (vt Massurius iurisconsultus scripsit) quæ cum vxor non sit: cum aliquo tamen viuit: vt vxor: quam nunc vero nomine amicam & concubinam appellant. C. Fla. scribit vt est. ff. de verbo. significa. eam pellicem nunc vulgo vocari: quæ cum eo, qui vxorem habeat corpus miscet: quosdam eam vocare; quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit: quam Græci pallacem vocant: vnde non bene sentiunt, qui a pelliciendo dictam volunt: nam & Nonius a græco vocabulo significantiam trahere testatur. Festus dicit non solum mulieres alienis viris succumbentes: sed etiam mares pellices dici. apud antiquos pellicem dictam quæ vxorem habenti nubebat: cui generi mulierum a Numa Pomp. etiam pœna constituta erat hac lege: Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget Iunoni crinibus demissis agnam fœminam cædito. ❡Aspicit: describit locum: vnde primum vidit Paridem reuertentem a græcia cum Helena. ❡Moles: altitudo: magnitudo. ❡Natiua: naturalis: non autem arte facta. ❡Aspicit: dat sensum rei inanimatæ. non enim ipsa aspicit: sed qui in ea sit aspicere potest. ❡Immensum: maximum: quasi quod sit sine mensura. ❡Profundum: mare. alias pro cælo ponitur. ❡Mons fuit. s. illa moles. ❡Resistit: opponitur: & eas frangit. ❡Hinc: ex illa mole. ❡Prima: non prima vela: sed ego prima: idest ante alios. affectus enim facit vt plerunque primi sentiamus: quod alii minime possunt cognoscere. Ouid. de Pyramo & Tisbe: Quid non sentit amor? primi vidistis amantes: Et vocis fecistis iter. ❡Fuit impetus: vehemens voluntas. ❡Ire per fluctus: vt tibi obuiam irem. ❡Dum moror: dum expecto. ❡In summa prora. i. in summa parte proræ. ❡Purpura: vestis purpurea: qui habitus erat muliebris. ❡Tuus cultus. i. quem tu solebas gestare: aut qui tibi conueniret. ❡Propior: propinquior. s. nauis. ❡Cita aura. i. volucri vento. ❡Genas. i. vultum: partem enim pro toto posuit. nam genas (teste Festo) alii palpebras dici putant: alii eas partes quæ sub oculis sunt: alii eas partes quibus barba primum oritur. ❡Corde. s. meo. ❡Id. s. vidisse faciem muliebrem. ❡Non sa. fue. ad dolorem meum. ❡Quid enim: parenthesis est. ❡Hærebat tuo gremio: sedebat in sinu tuo: & hoc erat mihi acerbius. ❡Tunc: cum vidi amicam esse in gremio tuo. ❡Rupi: dilaniaui. ❡Sinus: vestes. ❡Planxi: percussi. ❡Secui: incidi & laceraui. ❡Vngue rigente. i. vnguibus duris. ❡Impleui. i. exclamaui alta voce. ❡Idam: montem. de quo Virg. Iamque iugis summæ surgebat lucifer Idæ. ❡Sacram. s. Cybele. ❡Illuc: in Idam. Has lachrymas: quas fundo præ dolore. ❡In mea saxa. i. in saxa montis Idæ: in quibus soleo habitare. ❡Sic Helene: imprecatur nunc Oenone similem infelicitatem Helenæ: ut quemadmodum priuauit Oenonem marito: sic ipsa remaneat priuata suo. ❡Helene: nominatiuus est græcus. ❡Sic: sicut ego. ❡Quæque: duæ sunt dictiones. ❡Quæ. i. &. ❡Ipsa ferat. i. patiatur ea: quæ intulit nobis: idest similem iniuriam quam nobis intulit. ❡Nunc tecum: conatur inducere in odium Helenam paridi commemorans eius impudicitiam. ❡Veniunt: inuidiose & ad contumeliam vsa est plurali pro singulari. sic Teren. Potiusquam perpeti meretricum contumelias. ❡Legitimos vi. i. iusto matrimonio sibi iunctos: quos non relinquunt nisi impudicissimæ mulieres. Iuue. Nupta senatori comitata est Hippia Ludum &c. ❡At cum: quasi dicat non sequuntur te: sed fortunam tuam. Ego autem secuta sum te: quæ in paupertate tua tibi nupsi & te amaui. ❡Agebas: ducebas & bene. nam proprie dicuntur agi pecora. Virgil. En ipse capellas protinus æger ago. & idem: Et potum pastas age Tityre: & inter agendum Occursare capro, cornu ferit ille caueto. ❡Non ego miror: occurrit obiectioni. ❡Miror: idest suspicio: & cupio. i. non habeo respectum tuarum opum: & tuæ magnæ potentiæ. ❡Tangit: mouet.

Pellex quę sit

Profundum cælo attribuitur

Genæ

Agi quid proprie sit

PAR Rh. ❡Mons fuit: hoc ex eorum sententia qui putant elementorum mutua vicissitudine. s. dum aliud in aliud transit rerum faciem mutari: mareque nunc esse quod antea fuit terra: & econtrario. lege matrona. Arist. & Senecæ quæstiones naturales: hoc expressum in epistola Ariadnæ: Mons fuit: apparent frutices in vertice rari: Nunc scopulus raucis pendet adesus aquis.

ASCEN. ❡Votis ergo tu rediture. i. qui debebas redire meis votis. i. ad vota mea. redisti aliis: scilicet Helenæ. extra tamen diceret aliis rediturus redisti &c. Terrasque cita: coniunges: cita aura: non cita ratis: vt quantitas indicat. Sic Helene doleat: vtitur nunc imprecatiue a particula sic: quia oppositorum sæpe effectuum vna sunt arma. Desertaque coniuge: idest a marito, seu a te, seu alio. Nunc tecum veniant: dissimulanter imprecatur. Docet enim iniquum & inhonestum esse.

❡Vt dicat

ANTO. ❡ Vt dicar vna nurus de tot: quinquaginta nurus habuit Priamus: & generos.xii. vt in Iliade tradit Home. ꝑ Nurus dissimulanda: ab honesto recepi deberi suadet. non, inquit, improbãt meum cõiugiũ Priamus, aut Hecuba: nec si velint possunt. ꝑ Digna sum: tuo coniugio. sum enim nympha. ꝑ Matrona: ea est, quæ ex legitimo matrimonio viri peperit. ꝑ Quas possunt sceptra decere: non sum ignobilis, sed qualem decent regna. ꝑ Toro purpureo: conuenit mihi regius thalamus. ꝑ Denique tutus amor: suasio ab vtili. ꝑ Nulla parantur bella: qualia imminent ex Helenæ rapina. ꝑ Vltrices: Græcorum classem ad vindicandã Helenæ rapinã, quæ fuerũt naues mille centũ & quinque & septuaginta, vt Thucydides meminit lib. histo. primo. ꝑ Tyndaris: Helena Tyndari filia ex Leda. ꝑ Reposcẽt armis: Palamedes, Vlyxes, & Menelaus legati ad Troiam venerunt vt Helena cũ bonis omnibus redderetur. cũ nõ impetrassent, bellũ indixerunt. ꝑ Vel Hectora fratrẽ: honesta ꝓhibitio. Non, inquit, a fratribus quæras an sit reddẽda Helena: sed ꝓpriis ꝯsulas. Filii Priami & Hecuba suadebãt Helenã nõ esse reddendã. Sed cũ repetẽtibus legatis in ꝯcione omnis populus raptũ ægre ferret: Priamusque cũ populo sentiret, oẽs in sñiam Priami iuerunt ꝑter Deiphobum & Hecubã. quæ cum Priamũ, tum filios ꝑcata: oẽs demũ in suã voluntatẽ induxit. ꝑ Quid grauis Antenor: præ iudicio arguit. audiẽdã, inquit, esse maiorũ sententiã. Antenorẽ enim pacis & reddẽdæ Helenæ cũ oib⁹ bonis suasorẽ fuisse Home. in primis: & Liuius in principio suæ historiæ tradidit. ꝑ Aetas ma. qbus longa ætas rerũ experiẽtiã dedit. ꝑ Turpe rudimẽtũ: inqua sunt tuæ causæ principia. Rudimenta oium disciplinarum dicimus initia. ꝑ Ptiæ ꝑponere raptã: si saluti totius patriæ ꝑponas fœminã, & eã quã rapina tibi cõparasti. ꝑ Pudenda: est tua causa inhonesta. ꝑ Vir: Menelaus. ꝑ Iusta arma: qm̃ pro rapta cõiuge bellum mouet. ꝑ Nec tibi si cupias: arguit a violenta diffinitione. retorquet enim in cõtrariũ rẽ oẽm. nõ est, inquit, amare q te secuta sit: sed suã facilitatẽ captare. ꝑ Vt minor Atrides: exemplo perfidiam Helenæ demonstrat. ꝑ Atrides minor: Menelaum significat, qui pauciores agebat annos, q̃ Agamemnon. ꝑ Fœdera temerati lecti: corruptum matrimonium.

Priami nurus

Græcorũ classis in troiam

Tyndaris helena

Helena p legatos repetita

Antenor auctor reddẽdæ helenæ

Rudimenta quæ

Nec de tot Priami dicar vt vna nurus.
Non tñ vt Priamus Nymphæ socer eẽ recuset:
Aut Hecubæ fuerim dissimulanda nurus.
Digna q sum, & cupio fieri matrona potentis.
Sunt mihi quas põt sceptra decere manus.
Nec me, faginea q tecum fronde iacebam,
Despice: purpureo sum magis apta toro.
Denique tutus amor meus est, tibi, nulla parantur
Bella, nec vltrices aduehit vnda rates.
Tyndaris infestis fugitiua reposcitur armis:
Hac venit in thalamos dote superba tuos
Quæ si, sit Danais reddẽda, vel Hectora frẽm.
Vel cum Deiphobo Pulydamanta roga.
Quid grauis Antenor, Priami⁹ qd suadeat ipse
Consule, quis ætas longa magistra fuit.
Turpe rudimẽtũ est, Patriæ præponere raptam:
Cã pudẽda tua est, iusta vir arma mouet.
Nec tibi, si cupias, fidam promitte Lacænam,
Quæ sit in amplexus tam cito versa tuos.
Vt minor Atrides temerati fœdera lecti
Clamat, & externo læsus amore dolet:

HVBER ❡ De tot, s. nuribus, erãt. n. plurimæ. Virg. ii. Aene. Vidi Hecubã, centũque nurus. Idẽ: Quinquaginta illi thalami spes ampla nepotũ Procubuere. siue. n. singulas vxores habebãt filii Priami: siue plures sm morẽ barbarorum, plurimas fuisse necesse est. plurimi enim fuisse dicũtur filii Priami. ꝑ Non tñ s. est. ꝑ Vt. i. quod. ꝑ Recuset: spernat, & dedignetur. ꝑ Nymphæ. s. mei. ꝑ Dissimulanda: tacenda: & occultanda. i. quod Hecubã debeat pudere dicere me esse nurum suã. ꝑ Dignaque sum. i. & mereor. ꝑ Matrona. i. vxor. nã (vt voluit Au. Gel.) Matrona ꝑprie dr̃ quæ cum viro in matrimonium conuenit. licet aliter eã diffiniat Nonius. ꝑ Potentis. s. tui. ꝑ Decere. i. sunt mihi aptę manus ad ferendum sceptrũ honestæ: licet in siluis habitauerim. & ideo dicit: Nec me &c. ꝑ Faginea fronde: aut sub arbore fagi: aut quia ex frondibus arborum fiebant plerũque tori: & præcipue ab his, qui habitabant siluas. Iuue. Siluestrẽ montana torum cum sterneret vxor Frõdibus & culmo &c. ꝑ Purpureo toro. i. regia, & purpura ornato: q̃les sunt tori potẽtũ virorum. ꝑ Denique suasit hactenus a parte honesti. ꝑ Nunc vero & a tuto, & ab honesto simul arguit se esse retinendam, & Helenã reiiciendã. ꝑ Tutus: sine periculo. ꝑ Vltrices: quales pro Helena repetenda parantur. ꝑ Tyndaris: Helena filia putatiua Tyndari. nã te vera filia Iouis fuisse dr̃. ꝑ Infestis: inimicissimis. ꝑ Reposcitur: repetitur a marito, & a tota Græcia. ꝑ Hac dotei densiue. q. d. pro dote affert tibi bellũ. ꝑ Superba: qa videt bellũ pp se moueri. ꝑ Quę. s. Helena. ꝑ Roga. i. interroga. ꝑ Polydamãta: Polydamãs vir Troianus fuit ex primoribus. hẽt aũt naturaliter primã breuẽ: sed poetæ aut addunt vnũ. I. aũt per diphthongũ græcã dñt pulydamas: sed nři potius addunt. I. ꝑ Grauis: venerabilis, prudens. ꝑ Quid sua. qd sentiat an reddẽdam, an retinẽdã Helenã. nã Antenor (vt scri. Home.) in cõcilio suasit Helenã oino reddendã. ideo Hora. Antenor cẽset belli perscindere cãm. ꝑ Cõsule: interroga. sed interrogamus ẽt minores & pares: cõsulimus aũt maiores & prudentiores. ꝑ Quis. i. qbus. ꝑ Aetas longa fuit magistra. lõga enim ætas hoiem facit prudẽtiorem, quia multarum rerũ vsum. i. experientiam habet. Nestor apud Ouid. lib. xiii. Met. Nõ oia grãdior ætas Quæ fugiamus habet: seris venit vsus ab annis. ꝑ Turpe rudi. i. turpis institutio. ꝑ Raptã: abductã. nõ aũt legitime tibi iũctã. ꝑ Ptiæ: aut est adiectiuũ. & subauditur vxori. i. q̃ sit de pria tua. aut certe ptiæ. i. ciuitati tuæ. i. malle eã retinere, q̃ seruare patriã tuã: quæ pp ipsam est petitura. ꝑ Vir: Menelaus. ꝑ Iusta: pro recuperãda vxore. nã si pro repetitione aliarum rerum bellũ dicitur iustum: quanto iustius pro repetitione vxoris. ꝑ Pudẽda: turpis: digna pudore. ꝑ Arma. i. bella. metonymia est. ꝑ Nec tibi reddit eã suspectã infidelitatis: qa priori marito nõ seruauerit fidẽ. ꝑ Si: idest q̃uis. ꝑ Cupias. i. optes. ꝑ Lacænã. i. Helenã a Laconia regione, vnde fuit oriunda. masculinum est. Lacõ: fœmininũ est Lacæna: neutrum nõ dicimus Lacænũ: sed Laconiũ. ꝑ Quę. s. Helena. ꝑ Sit versa. i. mutata. s. ab amore Menelai. ꝑ In tuos amplexus: in tuũ amorẽ & concubitum. ꝑ Vt minor: dicit Oenone successurum Paridi id quod Menelao euenit: vt. s. ab ea deseratur. ꝑ Vt: sicut. ꝑ Minor: iunior: scilicet Menelaus. nam ab Agamẽnone minor natu fuit. ꝑ Clamat: conqueritur. ꝑ Temerati: adulterio viciati & læsi. ꝑ Externo: peregrino: scilicet tuo.

Mrona q̃

Tori qua materia fiebant

Polydamas qui

Aetas prudẽtẽ hominẽ reddit

PARRh. ❡ Hectora f. nõ ꝓhibet: vt qdã putãt: oio suadet vt ad hectorẽ referat. Hector. n. ꝯnubii fidẽ sanctissime coluit. Adiecit Deiphobum, nõ ex historia qppe quẽ ꝯstat auctorẽ fuisse ne Helẽa redderet. Sed opiniõis errore: & puellari bõitate: quã nõ decebat eẽ suspitiosã. ꝑ Polydamãta: scribe pulydamãta: vt apud Persiũ: Nõ mihi pulydamas. exẽplo Hõ. ri notissimo.

ASCEN. ❡ FAginea fronde: est enim arbor glandifera latis frõdibus. Vñ Tityre tu patulæ recubãs sub tegmine fagi. Et põt scribi per ph: quia venit a græco φαγειν: quod est comedere. Tyndaris: idest Tyndari filia, saltem putatiua: cum sit Iouis & Ledæ Tyndari vxoris progenita Helena. sic Virgi. lib. ii. Tyndarida aspicio. Sic & Amphitryoniades ab eodem dicit̃ Hercules, cum sit Iouis filius ex Alcmena Amphitryonis vxore. Polydamãta: Polydamas vnus erat ex proceribus Troianis etiam Hectori reuerendus. ad quem alludit Persius, dicens Satyra prima: Ne mihi Pulydamas vel Troiades Labeonem prætulerint. Dicitur autem quasi multorum domitor. & declinatur hic Polydamas: huius Polydamantis vel tos, sicut Calchas: vnde accusatiuus est Polydamanta. Consule consilium pete. vnde consultus, a quo petitur consilium. Quis: idest quibus ætas &c. Patriæ: idest incolumitati & saluti patriæ tuæ: quæ nisi reddideris Helenam, serua permanere nequit, reddenda ergo est. Nec tibi: aliud argumentum: quia & ipsa statim reddi volet.

Tu quoq; clamabis, nulla reparabilis arte:
Læsa pudicitia est, deperit illa semel.
Ardet amore tui, sic & Menelaon amauit:
Nunc iacet in viduo credulus ille toro.
Felix Andromache certo bene nupta marito
Vxor ad exemplum fratris habenda fui.
Tu[…]leuior foliis tunc, cum sine pondere succi,
Mob[…] ventis arida facta cadunt.
Et minus est in te, q̃ in summa pondus arista:
Quæ leuis, assiduis Solibus vsta riget.
Hæc tua (nã recolo) quondã germana canebat
Sic mihi diffusis vaticinata comis.
Quid facis Oenone? qd harenę semina mãdas?
Non profecturis littora bobus aras.
Graia iuuẽca venit: quæ te, patriãq;, domumq;
Perdat, Io prohibe, Graia iuuenca venit.
Dum licet, obscenã ponto demergite puppim:
Heu, quantum Phrygii sanguinis illa vehit.

ANTO. ¶ Clamabis: cum te deceperit. ¶ Deperit illa semel: pudicitia cum corrupta est reparari non potest. sententia est simplex. ¶ Credulus: qui pudicam Helenam fore credidit. ¶ Felix ¶ Ardet amore tui: te amat. ¶ Menelaon: quem deseruit te secuta. Andromache: pathos a fortuna aliena. Andromache: Eetionis filia Hectori nupsit: cui puerum peperit: vt scribit Hom. quem alii Scamandrum, alii Astyanacta appellarunt. ¶ Certo: vni & constanti. ¶ Ad exemplũ fratris: vt Hector vna vxore contentus: & ita tibi satis Oenones coniugium esse debuisset. ¶ Tu leuior foliis: non crimen, sed tua leuitas aliã admisit. ¶ Hæc tua: nã recolo quæ pericula immineãt, nisi reddatur Helena, de vaticiniis arguit. ¶ Germana: Cassandra excidiũ Troianum prædixit: quę apud Actium in Polyxena ita loquit, cũ vaticinaretur: Deus inclusus corpore humano iam non Cassandra loquitur: iam mari magno classis cita texitur. Exitiũ examen rapit, aduenit: Et fera belli volãtibus nauibus compleuit manus littora. Quid facis Oenone: Cassandræ vaticinium de Troiano excidio. ¶ Quid harenæ semi. man. frustra Paridem amas. Vaticinãtiũ mos est contorta & translata longius oratione proloqui. ¶ Graia iuuẽ. ve. Helenam significat. ¶ Quæ perdat patriam & domum: in excidium Troianæ vrbis, & Laomedõtis familiæ. ¶ Io phibe: vox furentis est. exoptat deos hanc pestem auertere. ¶ Puppim obscęnam: infausti auspicii Paridis nauem eã Helena submergite. eadẽ apud Actium ita loquitur: Adest fax obuoluta sanguine: atq; incendio: multos annos latuit, ciues ferte opem, & restinguite.

Pudicitia semel corrupta ẽ irrepabilis

Andromache quæ

Cassãdra troianũ excidium vaticinata ẽ

Io q̃ pars orõnis sit

HVBER. ¶ Tu quoq;: sicut ipse. ¶ Nulla repa. distinguendum est: vt hoc cõiungatur cum inferioribus sic, vt sit sensus & ordo: Pudicitia læsa est reparabilis nulla arte: quia illa deperit semel. i. pudicitia amissa nunq̃ amplius reparari potest, sicut pleraq; alia: vt fides: beneuolentia: & similia: quę amissa possunt etiam reparari. quod nõ idem pudicitiæ contingit: quia mulier corrupta non potest esse omni tempore non corrupta. ¶ Illa: scilicet pudicitia. ¶ Deperit: idest amittitur. ¶ Semel: statim & vno tempore: non autem sæpius. ¶ Ardet: obiectio. ¶ Sic & Mene. respõsio ad obiectionẽ. q. d. nõ est fidendũ eius amori. ¶ Sic. s. vt te amant: non vero amore. ¶ Ille: Menelaus. ¶ Credulus: qui nimium facile credidit se amari. ¶ Felix: ex commendatione Hectoris Oenone vituperat Paridem. ¶ Andromache: vxor Hectoris fratris tui. ¶ Certo. i. fido: & stabili. Ad exemplum fra. quia sicut ille diligit Andromachen: ita me diligere debueras. ¶ Tu: o Pari. ¶ Leuior: mutabilior. ¶ Tunc: quasi dicat non omnibus foliis, sed aridis, quæ solent esse leuiora. ¶ Volant: sparguntur: & per aera feruntur. ¶ Et mi. alia comparatio leuitatis Paridis. cõparat enim cum spicis siccis & maturis. ¶ Arista: quæ ita dicta est ab ariditate. licet contra naturam sui primitiui corripiat primam syllabam. ¶ Quæ. s. arista. ¶ Vsta: cocta. vt Persi. Insana Canicula messes, Iãdudum coquit. ¶ Assiduis so. i. continuis caloribus Solis. nam Soles in plurali pro caloribus, vel diebus accipimus. vt Tris adeo incertos cæca caligine Soles Erramus: idest dies. ¶ Hæc tua: dicit Oenone hæc sibi fuisse pronunciata a Cassandra sorore Paridis vaticinatrice: ponitq; verba eius vaticinii. ¶ Tua ger. i. soror. s. Cassandra. fuit autẽ Cassandra Priami filia: cuius amore captus Phœbus promisit ei diuinandi artem, si sibi obsecuta esset. quod cum illa se facturam dixisset: postea accepta arte & potestate diuinandi, negauit. Quam rem Phœbus ægre ferens: cum ei auferre non liceret, quod semel dederat. abstulit ei fidem diuinationis. effecit enim vt ei nõ crederetur. vnde Virgi. Aenei. ii. Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora Dei iussu: non vnq̃ credita Teucris. dicit igitur Oenone Cassandrã prædixisse sibi aduentum Helenæ perniciosum sibi, & Troianis. ¶ Canebat: diuinabat. ¶ Hæc: quæ nunc euenerunt. ¶ Comis diffusis. i. sparsis. ¶ Per humeros: quẽadmodũ vaticinantes habere solent. vt Virgi. de Sybylla: Non comptæ mansere comæ. ¶ Quid facis: verba Cassandræ: quasi dicat frustra amas Paridem. ¶ Quid ha. se. man. translatio ab agricolis. sicut enim amittunt semina, qui ea in harena spargunt: ita dicuntur amittere laborem, qui in ea re laborant, quã assequi nequeunt. ¶ Non pfe. i. reddituris fructũ. Iuue. Nos tñ hæc adigimus, tenuiq; in puluere sulcos Ducimus & sterili litus versamus aratro. ¶ Graia: ecce impedimentũ sui laboris. ¶ Iuuenca: per contumeliã. nam mulieres impudicæ iuuencæ & vaccæ dicunt. nec ob aliã causam Io, & Prœtides in vaccas conuersæ dicuntur: nisi q̃a factæ sunt impudicæ. Ouidi. lib. i. de Arte: Nec fuge linigeræ mẽphitica tẽpla iuuencæ: Multas illa facit, quod fuit ipsa Ioui. i. multas mulieres facit vaccas sicut ipsa fuit. ¶ Perdat: euertat, & destruat. ¶ Io: exclamantis est, nõ aũt nomen pprĩũ. nã pro nomine pprio prima lõga est. Iuue. Si Cãdida iusserat Io. Cũ vero habet primã breuẽ est aduerbiũ exclamãtis, vt hic. interdum lætãtis, vt apud Oui. in pri. Amo. Miles: o magna vocet triumphe canet. dicit ergo. ¶ Io phib. i. ob phibe. s. ne veniat. ¶ Dum licet: dum nõdũ attigit littus. ¶ Obscęnam puppim. i. quę vehit obscęnã mulierẽ. ¶ Heu quantũ. q. d. multũ.

Semel improprie qd signat

Arista vñ dicta est

Soles in plurali

Cassãdræ historia

PARRh. ¶ Semel: irreparabiliter. Hora. Et semel emissum volat irreparabile verbũ. semel enim fieri dicitur id, quod infectũ reddi nõ potest. ¶ Andromache: Eetionis (vt est apud Homerũ) filia. Xeno. aũt tradit ex Andræmone natam lyrnessio. cui suffragatur Aeschylus, qui lyrnessiam vocat Andromachen in Phrygibus. ¶ Certo marito: qui p̃ter Andromachẽ iusto matrimonio nullam sibi iunxit. & si liberos ex pellicibus eum suscepisse licet ex Euripide suspicari. quod & Anaxicrates Argolicorum. ii. videtur affirmare. ¶ Iuuenca: per ambages vaticinium. Nam q̃ iuuenca significet adulteram quæq; sui copiam facit, assamiæ sunt, & meræ nugæ. quippe cum dicit Ouidius in Arte: Multas illa facit, quod fuit ipsa Ioui. intelligi voluit in Ionso. i. insidis in æde puellas exemplo Deæ suis amatoribus obsequi. itaq; morem gerere vt ipsa Io o'ĩm Ioui.

ASCEN. ¶ NVLLA reparabilis arte, Læsa pudicitia: pulchrum & nimis verum diuerbium. Deperit illa semel. i. ex toto. ita vt nihil restet quod secundo perire possit. In toro viduo: idest deserto, ipse viduus. Hæc tua (nã recolo) docet a Cassandra se quoq; admonitam: sed Teucrorum neminem illi fidem adhibuisse. vnde est illud Aenei. ii. Tunc etiã fatis aperit Cassandra futuris Ora Dei iussu: non vnquam credita Teucris. Apollo enim petiit ab ea stuprum, quod illa se concessuram negauit, nisi prius donum prophetiæ & vaticinii perpetuum daret: quod ille cum iuramento detulit, sed vbi se a puella deceptum agnouit (non enim consensit) abstulit ab eius vaticiniis veri fidem, seu crudelitatem. Hanc Bacchilides vaticinantem futura Troiani belli mala, dum classis in Græciam pararetur, inducit: quem imitatur Horati. lib. primo Carminum. Sed Nereã vatem Inducit dicens: Pastor cum traheret per freta nauibus Idæis Helenam &c. Diffusis comis: vaticinantes enim furore raptæ capillos dissoluebant. Vnde Aenei. vi. de Sibylla: non comptę mansere comę, sed pectus anhelum, Et rabie fera corda tument. Graia iuuenca venit: alludit ad boues oratorios perstans in metaphora.

¶ In cursu

ANTQ.

¶ In cursu: in medio vaticinio sublatiuerunt: nam furore conciderat. ¶ Ah nimium miseræ vates: apostrophe vtitur. ¶ Possidet en saltus. Helena præripuit mihi coniugem. ¶ Sit facie insignis: inuidiosa concessio. esto sit pulchra: est tamen incesta. ¶ Deos socios: Hymenæum, & Iunonem, & deas quinque: quas Plutarchus præesse coniugiis scribit. ¶ Illam de patria: absens Theseus (inquit Diodo.) persuasus a Pirithoo Spartē profectus in templo Dianæ Helenam, quæ decimum agebat annum, rapuit post Phædræ interitum: id cum grauiter Athenienses ferrent, custodiendam matri & Aphidno amico in Aphidnam vrbem misit: Castor & Pollux diruta Aphidna puellam in patriam retulerunt, quamquam alii puellam Theseum fratribus reposcentibus reddidisse tradant. ¶ Nisi nomine fallor: historiam nō recte se habere comminiscitur puellari simplicitate. ¶ A iuuene, & cupido: duo sunt quæ pudicitiæ maxime obstant, amor & iuuentus. Nō est, inquit, credibile quod iuuenis, & amans Theseus castam reddiderit Helenam. ¶ Hæc compererim: a quo hanc historiam nouerim. ¶ Amo: nihil est quod amor nō sentiat. ¶ Toties rapta: primum a Theseo: deinde a te. Primus tamen qui Helenam violauerit Oenophorus Hippocoontis filius traditur. ¶ At manet: ducta in inuidiam Helena se, & suum cōiugium cōmendat a fide, & pudicitia. ¶ Manet: seruat. ¶ Casta inuiolata. ¶ Marito: Paridi. ¶ Tuis legibus: quibus tu vsus es. Nam tu aliam ademisti vxorē: recte & virum aliū ego quærere potuissem. ¶ Me Satyri: peccandi opportunitatem ponit, ne forte crederetur occasione defuisse. ¶ Turba proterua: libidinosa, Satyrorum multitudo me sollicitabat. ¶ Faunus: habet instar capri cornua, pinuque coronatur. ¶ Tumet: eminet. ¶ Troiæ munitor: Apollinem intelligit: quem adiutorem diximus habuisse Laomedōtem cum Neptuno, dum Mœnia Troiana erigeret, Oenonem amauit: & in mercedem stupri medicinæ artem ostendit.

Coniugales dii

Dixerat, in cursu famulæ rapuere furentem:
At mihi flauentes diriguere comæ.
Ah nimium miseræ vates mihi vera fuisti:
Possidet en saltus illa iuuenca meos.
Sit facie quamuis insignis, adultera certe est,
Deseruit patrios hospite capta deos.
Illam de patria Theseus (nisi nomine fallor:)
Nescio quis, Theseus abstulit arte sua.
A iuuene, & cupido credatur reddita virgo:
Vnde hæc compererim tā bñ quæris? amo.
Vim licet appelles, & culpam nomine veles:
Quæ toties rapta est, præbuit ipsa rapi.
At manet Oenone fallenti casta marito:
Et poteras falli legibus ipse tuis.
Me Satyri celeres (siluis ego tecta latebam)
Quæsierant rapido turba proterua pede.
Cornigerumque caput pinu præcinctus acuta
Faunus, in immensis qua tumet Ida iugis.
Me fide conspicuus Troiæ munitor amauit:

Oenone violata ab Apolline

HVBER.

Dirigeo vnde diriguere

¶ In cursu: idest in processu: scilicet sui sermonis. ¶ Furentem: diuinantem. nam furor etiam de diuinatione dicitur. ¶ Diriguere: idest rigidæ factæ sunt ex metu. declinatur autem non dirigo, sed dirigeo secundæ coniugationis. ¶ Flauentes: albe, vel pulchræ. de flauo colore dictum est supra. ¶ Nimium vera: quia venit illa iuuenca, & expulit me. ¶ Meos saltus: translatio est. nam iuuencæ solent pasci in saltibus: idest nemoribus vbi sunt pascua. dicit ergo: Illa iuuenca est in possessionem eorum pascuorum: idest possidet te, quem ego deberem possidere. ¶ Sit facie: adducit nunc Helenam in contemptum: ostendens eius infidelitatem & impudicitiam. ¶ Insignis: egregia. ¶ Capta hospite: idest Helena capta amore tui hospitis sui. ¶ Deseruit: fugiens a patria. ¶ Deos socios: vel connubio præsidentes, vel socios: idest patrios. ¶ Nescio quis: solemus ita loqui de ignotis. ¶ Abstulit: exportauit. ¶ Sua arte: suis dolis. Virgi. At Cytherea nouas artes: noua pectore versat Consilia. ¶ De patria. s. sua. vnde Paris in epistola ad Helenam: Ergo arsit merito qui nouerat omnia Theseus: Et visa es tanto digna rapina viro. ¶ A iuuene: reddit eam suspecto stupri cum rapta fuit. ¶ Credatur. i. debeat ne credi: quasi dicat non. ¶ Reddita: restituta. ¶ Virgo. i. intacta, & inuiolata. ¶ A iuuene: argumentum ab ætate. nam iuuenes proniores sunt in venerem. Scri. tamen Hellanicus Theseum iam quinquagenarium fuisse cum Helenam rapuit. ¶ Et cupido. i. amante. argumentum ab effectu animi. ¶ Vnde. i. a quo. ¶ Compererim: cognouerim, dicerim. ¶ Hæc: quæ dixi de Helena. ¶ Amo: & ideo amor cogit me ista inuestigare. Virg. Quis fallere possit amantem. ¶ Licet: quis. ¶ Vim violētiam illatam a Theseo. ¶ Veles. i. tegas. ¶ Nomine: scilicet violentiæ, & non voluntarii delicti. ¶ Quæ toties: sensus est: Ipsa Helena quæ toties est capta, voluit capi. est autem sententia Herodoti. lib. pri. loquentis de ipsa Helena: Prudentium esse pro nullo habere raptarum pulchritudinem: quippe quæ nisi voluissent, haud dubiæ raptæ non fuissent. ¶ Toties: inuidiose dixit: cum bis tantum fuerit rapta. primum a Theseo: deinde a Paride. ¶ At manet: commemorata impudicitia Helenæ: nunc commemorat Oenone pudicitiā suam. & loquitur de se tanq̄ de tertia persona. ¶ Fallenti: tibi qui me fallis. ¶ Tuis le. quia quo iure vtitur maritus in vxorem, eodem potest vti vxor in maritum. ¶ Me Satyri: cōmemorat copiam amantium, a quibus dicit se sollicitatam. ¶ Satyri: dii siluestres. ¶ Turba proterua. sunt enim libidinosi multum. Ouid. Et in Venerem Satyrorum prona iuuētus. ¶ Rapido pede. i. celeri persecutione. ¶ Siluis &c. parenthesis. ¶ Faunus præcinctus caput pinu acuta: quia coronas ex frondibus pineis ferre dicitur. ¶ Qua: subaudi ea qua: scilicet parte. ¶ Ida: mons Phrygiæ. ¶ Tumet: altus est. ¶ In iugis. i. altitudine. ¶ Me fide: dicit se etiam amatam a Phœbo: ab eoque per vim raptam virginitatem suam. ¶ Munitor: mutator. vnde mœnia dicuntur quasi munia: mutata œ diphthongo in u. Constat autem ex fabulis Phœbum cum Neptuno promissa sibi mercede a Laomedonte Troiæ muros fecisse. ¶ Conspicuus: insignis. ¶ Fide: cithara.

Iuuenes in libidinem proniores

PARRh.

¶ In cursu: in medio vaticinandi calore: cum longe plura prædicenda sibi restarent. ¶ Famulæ rapuere: nam Priamus imperauerat: vt quoties Cassandra solueret os in oracula, toties eam famulæ coercerent in marmorei thalami claustris vt insanam. meminit Lycophron, & eius interpres. ¶ Iuuenca: aut oratorie mentitur vt Helenam adducat in suspitionem stupri: aut certe iuuencam produxit sententia Varronis ad annum: v. & xl. Nam cū Theseus Helenam rapuit agebat annum fere quinquagesimum.

ASCEN.

¶ Capta hospite: idest pulchritudine eius, nō vi. At manet Oenone: plena laus ex alterius vituperatione, & sui cōmendatione. nam se castam & fidelem viro adultero probat permansisse: Helenam vero incastam, & viro fideli infidelem fuisse criminatur. Me fide conspicuus: a nominatiuo fides huius fidis, quamuis Priscianus velit dici hæc fidis, non fides in ea significatione, qua chordam plectri, seu citharæ significat. nec est a nominatiuo fides fidei: vt etiam quantitas probat: quia corripitur ablatiuus tertiæ, & producitur quintæ. Est ergo Apollo munitor Troiæ conspicuus fide: idest lyra, quia (vt dicit Hora. in Arte) Ne forte pudori Sit tibi musa, lyræ solers & cantor Apollo est. Item est munitor Troiæ. Vnde Aeneas ad eum lib. sexto: Phœbe graues Troiæ semper miserate labores, Dardana qui Paridis direxit tela, manusque. Is autē medicinæ repertor dicitur. Vnde ipse alibi apud hunc poetam: Inuentum medicina meum est. Et potissimum ex herbis. quod ideo fingitur, quia Apollo Sol est qui herbis, radicibusque vim medicinæ influit. Est idem oraculorum & vaticiniorum Deus, quia certissima sunt Solis iudicia. vnde Solem quis dicere falsum Audeat? Veruntamen quia a summo Deo omnia dependent: ne ergo Apollo quidem futura nosceat, nisi ab Ioue disceret. Vnde. Aenei. iii. Quæ Phœbo pater omnipotens: mihi Phœbus Apollo Prædixit, vobis furiarum ego maxima pando.

ANTO. ¶ Spolium virginitatis: meam virginitatem delibauit. ¶ Aspera: quoniam vnguibus illa fecit ante, q̃ potuisset me po/tiri. ¶ Gemmas, aurumq;: mundum muliebrem significat. ¶ Corpus ingenuum: puellæ liberæ non debent pretio prostitui. Ingenuus est, cuius maiores semper fuerunt liberi, nec vnquam seruiuerunt. ¶ Ratus dignam: commendat se ab artificio, & Dei iudicio, cum me tanto munere Apollo dignam existimasset. ¶ Medicas: medicinæ artem me docuit: cuius inuen/tionem multi ad Apollinem retulerunt. ¶ Ad sua dona: ad medicinam, cuius est auctor. ¶ Quæcunq; herba potens: recte hoc. nam ex herbis medicinam tantum Appollinem reperisse legimus. ¶ Ipse repertor opis: exemplo monstrat amorem nulla arte medicari posse. Apollo captus amore Alcestæ Pelei filiæ, Admeti regis pauit armenta. Admetus rex Pheratum fuit: & eius fi/lius Eumelus: qui nauibus .xi. (vt scribit Hom.) ad obsidionem Troianam profectus est. Pheræ oppidum est Thessaliæ. Alii tra/dunt amasse Appollinem Issen Macharei filiam, cum Admeti pauit armenta. vt in Metamorphosi diximus. ¶ Nostro igne: meo amore flagrauit. ¶ Quod neq; graminibus: commiseratio est a facili. po/tes, inquit, sanare mea vulnera: quæ nec arte, nec Dei ope coirent. ¶ Merui: quoniam tot beneficiis de te bene merita sum. ¶ Non fe/ro arma cruenta: non sum tibi hostis: nec mea causa bellum subibis. ¶ Sed tua sum: pathos a tempore.

Ingenuus qs dicitur

Appollinis & alce/stæ amor

Admetus quis sit

Oppidum pheræ vbi nam loco/rum sit

Ille meæ spolium virginitatis habet.
Id quoq; luctando, rupi tñ vngue capillos,
Oraq; sunt digitis aspera facta meis.
Nec pretiũ stupri gemmas, aurumq; poposci:
Turpiter ingenuũ munera corpus emunt.
Ipse ratus dignã, medicas mihi tradidit artes,
Admisitq; meas ad sua dona manus.
Quæcũq; herba potẽs ad opẽ, radixq; medẽdi
Vtilis in toto nascitur orbe, mea est.
Me miserã: q amor nõ est medicabilis herbis
Deficior prudens artis ab arte mea.
Ipse repertor opis vaccas pauisse Pheræas
Fertur: & a nostro saucius igne fuit.
Qđ neq; graminibus tellus fœcunda creatis,
Nec Deus, auxilium tu mihi ferre potes.
Et potes, & merui, dignæ miserere puellæ:
Non ego cum Danais arma cruenta fero.
Sed tua sum, tecumq; fui puerilibus annis:
Et tua, quod super est temporis, esse precor.

HVBER. ¶ ILLE: scilicet Phœbus. ¶ Spolium: translatio a victore. nam spo/lium dicitur quicquid victo eripitur a victore. ¶ Id quoq;: scilicet spolium virginitatis. ¶ Luctando: scilicet habet: idest pugnando: & non voluntate mea. ¶ Rupi: laniaui. ¶ Capillos: ipsius Phœbi. ¶ Ora: Phœbi. ¶ Gemmas, pretium &c. appositio est: vel declaratio. ¶ Pretium: mercedem. ¶ Turpiter: sententia est exornatio rhetorica. ¶ Ingenuum: liberum: idest turpe est liberæ mulieri corpus suum pro quæstu prostituere. vnde & meretrices dicuntur a merendo. ¶ Ipse: scilicet Phœbus: quasi dicat sponte sua, me nihil petente. ¶ Ratus: arbitratus. ¶ Medicas artes: idest artes medendi. ¶ Admisit: accepit, vel adhibuit. ¶ Herba & radix: in his enim magna est vis ad curan/dos morbos. ¶ Potens: efficax. ¶ Mea est: idest mihi cognita, & meæ arti subiecta. ¶ Me miseram: conqueritur q hæc ars: eius morbo: idest amori non possit mederi. ¶ Prudens artis: idest perita medicinæ. ¶ Deficior: derelinquor. ¶ Ipse: scilicet Phœbus. ¶ Repertor opis: idest medicinæ: quam appellat opem: quia hominibus etiam de vita periclitantibus opitulatur. hanc autem artem a Phœbo inuentam ipse Meta. lib. primo demonstrat, dicente Phœbo: Inuentum medicina meum est: opi/ferq; per orbem Dicor: & herbarum subiecta potentia nobis. ¶ Pauisse: idest ad pascua duxisse. ab eo quod est pasco. ¶ Phe/ræas: Thessalicas: idest vaccas Admeti regis Thessaliæ. Pheræ enim pluraliter declinatum vrbs fuit Thessaliæ. neq; le/gendum est Pharæas. Fabula autem hoc habet: Cum ob Hippolytum discerptum ab equis (vt supra diximus) interces/sione Dianæ ab Aesculapio ad vitam reuocatum, indignatus esset Iupiter, noluit Id cuiquam nisi sibi licere: & Aescula/pium fulmine interemit. Apollo pater Aesculapii, id ægre ferens, Cyclopas qui fulmina Ioui fabricauerant, verberauit. Quare Iupiter eum deitate priuauit: vt quidam volunt per annos nouem: quo tempore dicitur pauisse in Thessalia ar/menta regis Admeti. ¶ Saucius: percussus. Virgil. Ac regina graui iamdudum saucia cura. ¶ Nec Deus: scilicet Phœbus. ¶ Merui: quia te dilexi: & semper tibi fida fui. ¶ Dignæ: merentis. ¶ Non ego: reuocat etiã odium Helenæ: propter quã significat bella a Græcis moueri. ¶ Cum Danais: cum Græcis, sicut Helena. ¶ Puerilibus: pro puellaribus: quia puer (teste Pri/sciano) apud antiquos cõmunis erat generis. ¶ Temporis: subaudi id temporis. ¶ Quod super est: quod restat. & sic finis est epistolæ. Paris autem non flexus est verbis Oenones: sed ea relicta, Helenam accepit: quæ (vt supradictũ est) causa fuit euersionis Ilii, & totius Troiæ. Dicit tamen a Strabone in Cebrenia regione monstrari sepulchrũ Paridis, & Oeno/nes eius vxoris: ex quo videtur non eam penitus dereliquisse. sed (vt diximus) magna est opinionum varietas.

Vis radicũ in morbis curandis

Admetus

Phera

Aesculapii iterit?

Apollo deitate priua/tus

Puer quo pacto apud anti/quos ple// ctebatur

PARRh. ¶ TVR ba proteruæ: allusit ad originem vocabuli. Satyros enim dictos a σάθη: quæ prisca Græcorum lingua signifi/cat mentulam. Macrobius auctor est, quia salaces & libidinosi sunt.

ASCEN. ¶ Me miseram, q amor: vt Valla docet, quoties o particula subticetur, nõ tam vehemens est excandescentia: nec vel or quo circa modestius dicit Me miseram, q̃ o, aut heu me miseram, regitur tamen ab o subintellecto: aut me miseram iudico aut censeo. q: idest quia. amor non est medicabilis herbis: Non ego cum Danais: sic Dido: Non ego cum Danais Troianã excindere gentem Aulidæ iuraui. Et tua, precor esse tua: sic alibi: Me tamen excepto, qui precor esse tuus. vbi (auctore Valla) dicere potuisset, sed non tam eleganter, Quem precor esse tua. ordo autem est: Et precor: idest precibus cupio, esse tua: supple illud temporis: idest per illud tempus, quod super est: idest reliquum est nobis.

¶ In sextam Epistolam Argumentum.



LEmnos insula in Ionio adiacet Macedoniæ contra Athon montem: vrbes habet Myrinam maritimam, & Ephestiam mediterraneam. hic cum regnasset Thoas Bacchi filius: bellum contra Thracas multos annos gessit. Mulieres Lemniacæ, quoniam hircum olerent, quod indignata Venus effecerat, viris destitutæ: Po/lyxus consilio redeuntes viros vna nocte omnes peremerunt: sola Hypsiphyle Thoantem patrem seruauit. Ea tempestate Iason Aesonis filius cum quatuor & quinquaginta Argonautis; ad rapiendum aureum vellus in Colchos nauigans: in insulam delatus a Lemniacis puellis hospitio, & thalamo sunt excepti. Iason Hypsiphylem, quæ regnum paternum tenebat, grauidam fecit. Discedens si ex expeditione Colchica rediisset, de coniugio spondet. Tertio anno post Medeæ ope Aeetæ regis filiæ aureo rapto vellere in Thessaliam rediit: inito cum Medea coniugio: Nauim Argo Neptuno Isthmio dedicauit: ipse Ad Creontem Corinthiorum regem diuertit: cum quo decem annos cum Me/dea commoratus est. Id cum Hypsiphyle forte aut nuncio, aut coniectura suspicaretur: per epistolam Iasonis perfidiam expostulat. Primum coniecturam ponit se esse a Iasone destitutam; deinde perfidiam notat: demum in Iasona, & Me/deam sæuissime imprecatur.

¶ Littora

Ittora Thessaliæ reduci tetigisse carina. Vt posteritati cõsulã, Domitii manes ignoscant, falsum, inquit, esse Iasonẽ in Thessaliã redisse. In quo dũ alios accusat, falso tabellas ipse signauit. Nam Diodo. iiii. histo. scribit Iasonẽ cũ rediert Iolchon: quod est Thessaliæ oppidũ: & Peliæ regia: tres Peliæ filias viris tradidisse. Admeto Alcestẽ. Andremoni Amphimonẽ: Aenocephali Phoceorum regi Euadnẽ. Orpheus quoq; de reditu Argonautarum refert: Illi igit' vẽtis actu referuntur Iolchõ. quẽ in Meta. secutus Ouid. de Iasone tradit. Victor Iolchiacos tetigit cum coniunge portus. ¶ Tessaliæ: Thessalia a Thessalo Aemonis filio nuncupatur: Dio. a Thessalo Medeæ & Iasonis filio. ¶ Carina redu. Argo naui incolumes redisses in patriam. ¶ Auratæ ouis: arietem velleris aurei. non ouem dicere debuisset, quem alii filium Theophantes & Neptuni scribunt, natum in Orchomeno Bœotiæ: alii in Thessalia: alii hunc fuisse Phryxi pædagogum narrant: cuius pellem Aeeta Marti dicauit.

ANTO. Loc' enodatus Iolchos vbi nã locorum sit. Alcestes ãphimões euadnes q̃ fuere. Thessalia vñ nomen accepit.



Ittora. Vt huius epistolæ argumentum plenius & melius percipiatur, aurei velleris fabula primum est referenda, quæ ab Ouid. lib. iii. Fast. circa finem ponitur. Athamas Aeoli filius, Nephelẽ vxorẽ primũ habuit: ex qua Phryxũ & Hellen genuit: qua amissa, & in nubẽ cõuersa, & facta Dea: duxit aliã vxorẽ Inonẽ Cadmi filiã. Quæ cum more nouercarũ odisset priuignos: coxit semina, q̃ agricolæ seminarẽt. quæ cũ eo anno nullũ fructũ ꝑduxissent: & magna frugũ penuria esset subsecuta: missus est sacerdos, qui oraculũ sciscitarẽt de remedio hu' mali. verũ sacerdos ab Inone corrupt' nunciauit oraculũ petere: vt Phryxus & Helle mactarentur ad placãdos deos. qđ cũ pater Athamas diu facere recusasset: tandẽ & ciuiũ cõsensu, & necessitate cõpellẽte, cũ Phryxũ & Hellẽ iã ante aras vittatos cõstituisset, vt eos mactaret: Nephele eorũ mater nube sua deuecta ad eos: vt fugerent, ꝓcepit: tradiditq; arietem lanã aureã habentẽ. qui eos trãsueheret vltra mare. Sed Helle vt puella: cũ timuisset, & male inhæreret arieti, cecidit: & mari in qđ ceciderat, nomẽ dedit. nã Hellespontũ ab ea appellauerunt. Phryxus vero in Pontũ ꝓfectus, in Colchida delatus est, vbi arietẽ sacrificauit: & pellẽ aureã ipsius arietis in tẽplo Martis suspẽdit. qđ Diod. ex oraculo monitũ fecisse dicit. Postea Aeeta in Ponto regnante, ex oraculo responsum datum est, illum tunc moriturũ, cũ ab externis nauigio delatis aureum illud vellus sublatũ fuisset. Hac causa ostẽtauit se innata crude-

Velleris aurei fab. HVBER. Argumentũ epl'ç de quo supra

Aeeta vbi regnauerit

HYPSIPHYLE IASONI.

Ittora Thessaliæ reduci tetigisse carina
Diceris, auratæ vellere diues ouis

litate hospites sacrificare: vt diuulgata tanti sceleris fama: externi oẽs ab eius regionis accessu, & ab aurei velleris raptu abstinerent. & (vt Dio. ii. hi. voluit) templum muro circundedit: custodesq; multos appe suit ex Taurica accitos. de quibus a Græcis fabulæ mirandæ fictæ sunt. Decantatum enim est tauros ignem spirantes circa templum esse: & a dracone peruigili custodiri vellus: qđ qui voluisset auferre sopiendũ draconem: domandos tauros ignem naribus vomentes: serpentis dentes serendos: ex quibus orituros hoies armatos: contra quos pugnandum esset: & deniq; eos vincendos: & sic aureum vellus auferendum. quæ oia fabulosa sunt. nam allegorice aliter intelliguntur, vt postea dicemus. Forte per ea tẽpora in Thessalia regnabat Pelias Aesonis patris Iasonis frater: qui virilis sexus liberos nullos habebat. Iason igitur cum esset robusti corporis: animiq; præter cæteros suæ ætatis magni: cupiensq; dignum aliquid facere ex superioram exemplo maximeq; Persei, aliorumq; plurimorum. quos ex claris, externisq; expeditionibus immortalem gloriam assecutos audierat: communicauit consilium cum Pelia rege patruo suo: qui eius desiderio assensus est: non vt Iasonis gloriam augeret: sed sperans illum tali expeditione periturum. nam quia se filiis masculis priuatum esse videbat: fratrem timebat: ne quando filii ope, & virtute adiutus sibi, regnoq; insidiaretur. Simul & territus oraculo, quo acceperat sibi Neptuno annua sacra redenti, pede nudo interueniente aliquo se cito moriturum. Acciderat autem vt eo sacrificante, Iason altero pede nudo interuenisset: quem discalciauerat: quia in aqua, siue limo Anauri fluuii madefecerat. Hanc igitur suspitionem occultam tenens Pelias, pollicitus est se Iasoni auxilia laturum: si expeditionem pararet in Colchos ad rapiendum vellus aurum. Et cum propter barbararum. efferarumq; gentium: quæ pontum habitabant crudelitatem, videret Iason quo difficilius sibi certamen propositum esset, eo sibi maiori gloriæ fore, necessaria sibi ad id bellum parauit. & primum iuxta Pelium montem nauem ædificauit: magnitudine longe maiori, q̃ quæ ad eam diem fieri consueuerant. erat enim antea paruarum nauicularum vsus. Huius vero eximiam magnitudinem stupentibus omnibus, diffusa per Græciam rei fama, multi egregii iuuenes vltro ad certamen, & eius belli cõmunionem allecti sunt. Iason in aquã deducta naue, & necessariis rebus fulta: optimos omnium, qui cum eo ire cupiebant, elegit: numero quatuor & .l. Ex eis clarissimi fuerunt Castor & Pollux, Hercules, Telamon, Orpheus, & ipse nauigii auctor Iason. Nauis Argos dicta est, ab Argo eius architecto: vt quidam scriptores asserunt: qui etiam inter nauigandum eius resarciendæ curam acceperat. Alii volunt a velocitate dictam. nam Argos græce velocem significat. gubernator Tiphis fuit. de quo Virgil. Alter erit tum Tiphis: & altera quæ vehat Argo Delectos heroas. & Ouidi. in primo de Arte: Tiphis in Aemonia puppe magister erat. Ipsi socii a naue Argonautæ dicti sunt. Ex Pegaseo igitur Thessaliæ sinu soluentes in Lẽnum delati sunt: vbi Iason consuetudinẽ habuit cum Hypsiphyle Thoãtis regis filia: quæ tunc Lẽni regina erat. nã viros oẽs (vt infra dicetur) Lẽni mulieres interfecerant, & fœmineo regebant imperio. verũ ꝯsumptis duobus annis cũ Hypsiphyle: & ea grauida facta, Iason tandẽ discedere coactus est. Itaq; ex Lẽno data fide Hypsiphyle: soluerunt: vt præpositam expeditionem perficerent. Cum igitur in Colchos delati essent, edoctiq; fuissent a Medea de crudelitate patris, qui hospites sacrificabat: pollicitaq; esset se adiutricẽ ad perficiendum certamen, & draconẽ sopiendũ, taurosq; vincẽdos: vt fabulç tradunt, Iason iureiurãdo data fide vxorẽ sibi futurã, quo ad vitam superstes esset, spopõdit. Ope igitur ipsius Medeæ victoriam adeptus Iason: eam secum adduxit, qđ cum

Pelias vbi regnum tenuerit

Anaurus fluuius vbi sit

intellexisset Hypsiphile dolens se relictam ab Iasone, & aliam sibi prælatam. hac epist. primum gratulatur Iasoni de redi/
tu incolumi: & victoria parta de aureo vellere. deinde cōqueritur φ eam reliquerit propter Medeam: quam nititur addu
Reduces q̄ cere in odiū: in inuidiā: & in cōtēptū ipsi Iasoni: ostendens eam esse crudelē, supbā, & ipudicā. Sed iam ad textū. ¶ Litto/
sint ra. i. portum. ¶ Thessaliæ: regionis tuæ. ¶ Reduci: incolumi: & ex magnis periculis liberata. Nam (Seruio teste) proprie
Vellus vn dicunt reduces: qui pericula euadunt. Virg. æneī. i. Nāq; tibi reduces socios, classēq; relatā Nuncio. & idem: Vt reduces
de dicatur illi ludunt strid̄ ntibus alis. ¶ Vellere: lana. dicit autem a vellendo: quia apud antiquos non tondebatur, sed vellebatur.

Gratulor incolumi, quantū finis, hoc tamē ipso
Debueram scripto certior esse tuo.
Nam, ne pacta tibi præter mea regna redires,
Cum cuperes, ventos non habuisse potes:
Quælibet aduerso signetur epistola vento,
Hypsiphyle missa digua salute fui
Cur mihi fama prior, q̄ nuncia littera venit,
Isse sacros Martis sub iuga panda boues:
Seminibus iactis segetes adolesse virorum:
Inq; necem, dextra non eguisse tua:
Peruigilem spolium pecudis seruasse draconem:
Rapta tamen forti vellera fulua manu:

ASCEN. ittora Thessaliæ. Quia arg. &c. explanatione digna vtiliter explanata sūt: paucis ordinē p/ sequar, qui talis est: O Iason tu diceris. i. vul/ go tetigisse littora Thessaliæ. i. patriæ tuę. vñ ad aureū ve lus in Colchon pvectus eras. Ca/ rina: idest naui. i. Argo. reduci. i. reducta, ac vos reuehente. sed reduces passiue fere dicimus: idest reductos. existēs dux vellere ouis auratæ: idest ariete aureo vellere tecto.

ANTO. ¶ Quantū finis: hoc notat gratulari non posse: qm̄ nec re/ dierit: nec scripserit Iason. ¶ Hoc ipso: φ incolumis redie/ ris vt gratularer. Spargit cōiecturas: qbus colligit se ab Ia/
Tēplum ī sone destitutam. ¶ Præter mea regna: ad Lēnon. ¶ Pacta ti/
quo erat bi: quæ tibi in dotem pepigi vt ad ea redires. ¶ Signetur:
aureū vel/ scribatur: & obsignetur. potuisti scribere si redire noluisses.
lus quantū ¶ Boues sacros Martis: tauri qui efflabāt e naribus ignem.
ab vrbe Vellus aureū Marti dicatū in tēplo: quod distabat a Col/
colchorū chorū vrbe stadia. lxx. custodiebant illi: nisi domarentur rapi vellus non poterat: hos edomuisse Iasonem alii scribunt Or/
distabat pheus vero a Medea edomitos tradit. ¶ Seminibus iactis: dentes serpentis intelligit: quos Pherecides Martē dedisse tra/
A quo vi/ dit: vt illos quoties hominibus indigeret ad opem, seminaret. Orpheus vero a Phryxo Aeetæ regi datos esse refert. ¶ Ado
petiui den lesse: creuisse. Iason acceptos dentes a Medea seminauit. nam ei erat rapiendi conditio: vt nati hoīes armati, cum primum
tes dati Iason magnū silicem piecisset, se mutuis peremerunt vulneribus. ¶ Segetes: multitudinē. apud Virg. Telorū seges. ¶ Tua
fuere dextra: quia se ipsos confecerunt. ¶ Peruigilē draconē: fagū ex qua pendebat vellus custodiens assidue vigilabat serpēs: q
Orphei cantu: & Medeæ carminibus consopitus est: Iason iuuantibus Castore, Polluce, & Mopso, vellus subripuit.

HVBER ¶ GRAtulor: gaudeo gratulamur aūt aliis: gaudemus nobis. Cice. Tibi gratulor: mihi gaudeo. gaudere tñ esse dicimus
Gratulari de aliis: cum de nobis nunq̄ dicamus gratulari. ¶ Quantum finis: idest quantum permittis. s. me gratulari. ¶ Hoc ipso: idest
& gaude/ de hoc ipso: scilicet quod redisses cum vellere aureo. ¶ Fieri certior: idest admoneri. ¶ Tuo scripto: idest per aliquā tu
re q̄d intet epistolam. ¶ Nam, ne: excusat ipsum Iasona φ non redierit in Lemnon, cum reuerteretur ex Colchis: vt magis eum accu/
se differāt set: φ postea q̄ rediit, nihil ad eam rescripserit. & est sensus: Possibile est φ non habueris ventos prosperos: vt redires ad
me, cum velles redire. ordo est. ¶ Potes: idest possibile est. ¶ Te: non habuisse ventos. ¶ Ne redires. i. ne redire posses. ¶ Præ/
ter. i. iuxta. ¶ Littora mea. s. Lemni. ¶ Pacta. i. promissa. s. a te. ¶ Cum cuperes: idest quamuis cuperes. ¶ Quælibet aduerso
ecce accusatio. & est sensus: Et si vento contrario non posiis redire: potuisti tñ aliquā scribere epistolam. ordo est. ¶ Quæ/
libet. i. quāuis. q. d. ēt breuissima. ¶ Signetur: nō assignetur vt aliqui dicunt. sed signetur. i. claudatur & scribatur. vnde resi
gnare epistolas contrarium est. i. aperire. ponit aūt signetur pro signata fuisset: tps pro tpe. ¶ Vento aduerso. i. contrario
tibi, ne liceret te venire. vel signetur. s. nunc. s. postq̄ es reuersus. vel, vt in aliis codicibus legitur. Quolibet &c. quolibet. i.
quantumuis aduerso. signetur. i. scribatur & mittatur. q. d. hoc facere potuisti vento quantumuis aduerso. ¶ Hypsiphile s
scilicet ego. ¶ Missa: a te. ¶ Cur mihi: conqueritur quod prius ex sermone aliorum, q̄ ex scriptis Iasonis intellexerit eius vi/
ctoriā habitā in Colchis: vt infra. ¶ Fama: publicus sermo omnium ¶ Quam litera: idest q̄ epistola tua. ¶ Nuncia: quæ nun/
ciaret mihi. ¶ Boues: tauros. ¶ Martis: erant Marti consecrati propter ferocitatem: quæ ipsi Marti attribuitur. ¶ Panda cur/
ua. Virg. Lancibus & pandis fumantia ponimus extra. deriuatur autem a pando: neq; pandibus dicitur: sed pandus. vt
Pādus vñ Priscia. voluit alternitatis vitandæ causa. ¶ Seminibus: subaudiendum est: q̄ fama nuncia. Segetes virorum. i. viros semi/
deriuatur natos. ¶ Iactis sparsis. ¶ Adolesse. i. creuisse. ¶ Tua dextra: quia se ipsos interemerunt. Nam cum Iason quædam, quæ Me/
dea dederat, in medios illos terrigenas proiecisset: illi arma in se conuerterunt: & mutuis vulneribus ceciderunt. ¶ Perui/
gilem: nunq̄ dormientē. ¶ Seruare: custodire. ¶ Spoliū: pellē. ¶ Pecudis: arietis. licet & interdum dicatur ouis sicut supra
Vellere diues ouis. Sed qm̄ pmisimus supra interpretaturos huius fabulę allegoriam, dicit Diodo. Custodes ideo tauros
Aurei vel/ dictos fuisse: φ robusti essent & fortes: ignem vero naribus efflasse propter crudelitatem cædis hospitum: draconem ve/
leris allego ro nomen fuisse diligentis custodis. ¶ Tamen: licet hæc omnia supradicta essent. ¶ Rapta: vi capta & expugnata.
ria ¶ EGO gratulor incolumi: scilicet tibi: hoc est lætor & applaudo tibi de tua incolumitate: supple tantum quantum fi/
ASCEN. nis: idest permittis me gratulari: quia gratulor tibi eo φ reuenisti incolumis: sed non eo φ cum pellice: neq; me celare vo
luisti aduentum tuum. tamen ego debueram esse: idest fieri certior. hoc ipso. i. deo ipso: de quo tibi gratulor: hoc est de pro
spero reditu tuo. Tuo scripto: idest per scriptum tuum: seu literas tuas. Nam ne pacta &c. reiicit excusationem. si enim di
cat Iason se voluisse scribere: sed habuisse ventos contrarios: ita vt literæ proferri nequirent. nam sub aduerso vento po
tuisset scribere modica epistola: videlicet salutatoria. qui aut nō perferri, aut videri sine periculo potuisset. vnde dicit: Nā
ne: idest vt non. Vt redires præter mea regna: idest prætereundo mea regna pacta. s. tibi: idest in contractu matrimoniali
tibi addicta. non potes quidē cum cuperes. i. etiam si velles: non habuisse ventos: idest quamuis cuperes & velles habuisse
ventos: qui obstarent: ne per mea regna redires. non poteras habuisse ventos tam contrarios: vt eis non potuisses etiam in
uitis ad nos redire. Quælibet epistola. i. breuissima & minimi momenti. signetur: idest signari debeat: hoc est claudi. vento
. s. existente aduerso. Hypsiphile: idest ego coniux tua & Lemni regina. fui. i. fuerim digna salute. Missa. i. quam mihi mi/
sisses cum periculo vento existente contrario. & non fuisse tam aduersum ventum: probat: quia iam accepit reditum eius,
dicens. Cur fama venit mihi. i. ad me prior. q̄ litera. i. epistola. Nuncia. i. nuncians mihi. Boues. s. igniuomos sacros: qa Mar
tis. Isse sub iuga: scilicet aratri. panda. i. incurua: hoc est te arasse bobus Marti sacris. Et super segetes: idest copias virorum.
Adolesse: pro adoleuisse. i. statim adultos natos. Et hoc seminibus. s. dentibus serpentinis. iactis. s. in sulcos illis bobus ta
ctis. φ pro &. segetes sup. virorum. i. ipsos viros e sulcis densis in morem segetum natos. Non eguisse tua dextra ad necē
quia se ipsos mutuis vulneribus interemerunt, & nuncians. Peruigilem. i. semper vigilem draconem. Seruare spoliū pecu/
dis. i. vellus aureum arietis, Et tamen vellera fulua. i. aurea, seu aurei coloris, rapta: supple esse forti manu. s. tua.

¶ Timide:

ANTO.

TIMIDE: sine certa fide. Quanta forem: summa contentione firmarem. Obsequium tuli: meo desiderio satisfactū putarem. Si maneo tua: ad tuum coniugium reseruor. Barbara narratur: coniecturam firmat a rumore. Barbara venisse: Medeam circumscribit: quæ suo obstare coniugio ferebatur. Nam relictis parentibus Iasonem secuta est in Thessaliam: eam sæuitia & ueneficio insimulat. Barbaram crudelem significare scribit Fabi. Medea licet primum fuisset clementissima & paternæ crudelitati obsisteret: demum in omne genus sæuitiæ inquinata est: fratrem Absyrtum in frustra discerpsit: filios trucidauit: & Creontis regiam incendit. eam fuisse ueneficam Diodo. & Stra. & Pli. scri. Temeraria dicar: temerarium dicimus non qui plus audet q̄ oportet: sed qui facile nullo adhibito consilio credit. Insimulasse: accusasse ducta falso rumore. Hospes Thessalus: arguit a testimonio: ne omnino temeraria uideatur. Aemoniis: Thessalis ab Aemone rege Thessalia Aemonia dicta est. Vix bene limen erat: non omnino limen superauerat. Aesonides: Aeson Tirus & Crethei filius ex Alcymede Iasonem genuit: unde Aesonides. Hæsit: respondere titubauit. nouerca se mihi rem minime gratam renunciaturum. Fixus lumina: pathos ab obtutu. Exilui: furore. Ait: Thessalus hospes. Timidum quod amat: legendum est: non quod ait, est enim, inquit, amor res timida. ut alibi: Res est solliciti plena timoris amor. Iurare: de uita tua. Vtq; redit animus: postquam ille furor abscessit. Aeripides: quorum pedes erant Aenei. Vipereos: illius: serpentis quem Cadmus peremit, erant dentes: nam cū reseruasset sibi partem: partemq; seminasset Cadmus: quicquid reliqui fuerat Phryxus Aetę dederat: ut diximus. Terrigenas: poetæ terrigenas: consueuerunt illos appellare, qui ex dentibus serpentinis nati sunt: siue Cadmus, siue Iason seminauerit. Ciuili Marte: non externo: sed inter se bello conserto. Fata diurna: quoniā uno die nati, & extincti sunt. Serpentem: peruigil draco & Medeæ carmine, & Orphei cantu ut diximus consopitus.

Barbarus crudelis p pria dicit Medeæ sæuitia

Temerarius quis sit

Aemonia a quo nomē acceperit

Iason cuius filius fuerit

Vnde serpētini dētes fluxere Antiquorum ritus

Hæc ego si possem timide credentibus ista,
Ipse mihi scripsit dicere, quanta forem?
Quid quærar officium lenti cessasse mariti?
Obsequium, maneo si tua, grande tuli.
Barbara narratur uenisse uenefica tecum:
In mihi promissi parte futura tori.
Credula res amor est: utinam temeraria dicar:
Criminibus falsis insimulasse uirum.
Nup ab Aemoniis hospes mihi Thessalus oris
Venerat, & tactum uix bene limen erat.
Aesonides, dixi, quid agit meus? ille pudore
Hæsit in opposita lumina fixus humo.
Protinus exilui, tunicisq; a pectore ruptis
Viuit an, exclamo, me quoq; fata trahunt?
Viuit, ait, timidumq; mihi iurare coegi.
Vix mihi, teste deo, credita uita tua est.
Vtq; animus rediit, tua facta requirere cœpi:
Narrat & æripedes Martis arasse boues.
Vipereos dentes in humum pro semine iactos:
Et subito natos arma tulisse uiros.
Terrigenas populos ciuili Marte peremptos
Implesse ætatis fata diurna suæ.
Deuictum serpentem. iterum, si uiuat Iason

HVBER

HAEC ego: dicit quod existimaret se fœlicem: si posset dicere hæc sibi ab Iasone scripta fuisse. Timide credentibus: idest uix credentibus. Ipse: Iason: idest propria manu. Quanta: idest q̄ magna, q̄ fœlix: quasi dicat fœlicissima. Lenti: idest tardi. Cessasse: defuisse mihi. Officium: scilicet scribendi. Tuli: idest accepi. Obsequium: idest rem gratam: idest satis mihi fecisti si modo remaneo tua: & non oportet quod querar quod nihil ad me scripseris. Venefica: incantatrix. s. Medea. nam uenefici dicunt, qui uel incantationibus, uel alio quouis modo hominum mentes peruertunt. nam omnia quæ hanc uim habent uenena dici possunt. Virgi. in Buco. Has herbas: atq; hæc ponto mihi lecta uenena Ipse dedit Mœris. Inde inferius ipsa inquit: Hanc tamen o demens, Colchisq; ablate uenenis Diceris Hypsiphyles præposuisse toris. & Hora. in pri. sermonum: Quantum carminibus quæ uersant atq; uenenis Humanos animos. Credula: quæ facile credit. Temeraria: audax, & sine ratione fingens. Insimulasse: accusasse. Nuper: narrat quomodo id intellexerit. Oris: regionibus: ut Troiæ qui primus ab oris. Aemoniis: Thessalicis. nam Aemonia Thessalia dicit. Limen: idest ingressus domus. Vix erat tactum ab eo: idest uix erat ingressus domum. Aesonides: Iason filius Aesonis. Meus: scilicet maritus. Ille: hospes. Hæsit: tacuit. Fixus lumina: synecdoche: sicut oculos suffusa: idest habens oculos fixos. Pudore: quia non audebat mihi dicere quod feceras. Protinus: statim. Exilui: egressa sum ad eum propius. Raptis: dilaceratis. An uiuit: quasi dicat: quia nihil mihi respondisti: an uiuit Iason meus an mortuus est. Fata trahunt: idest mors etiam me uocat si ipse mortuus est. Timidum: non ipsum timidum: sed id quod ait. timidum pro timide: idest quod non audacter dixit, uiuit. Deo teste: idest iurato ab ipso & adducto in testimonium: nam Deus iuratus dicitur testis eius, quod iuramus. Iuuena. Tam facile: & pronum est superos contemnere testes. Vt: idest postquā. Animus redit: idest postquam respiraui aliquantulum. Aeripides: idest habentes pedes ære munitos: ita enim dicunt poetæ eos habuisse. Vipereos dentes: non intelligamus fuisse dentes illius serpentis peruigilis: qui seruabat uellus aureum: sed alterius serpentis. Pro semine: loco seminis. Subito: statim: non per longum spacium temporis ut alia semina. Terrigenas: natos ex terra. Ciuili: suo proprio. Implesse: perfecisse. Fata diurna: idest uitam unius diei: quia quo die nati sunt: eodem sunt mortui. Deuictum serpentem: scilicet narrat ut serpens ille peruigil sit a te deuictus. Iterum: secundo: quia semel interrogaueram.

Venefici q sint

Aemonia

Iurat⁹ deus quis sit

ASCEN.

Quanta. quam magna putas. forem: idest essem. si ego possem dicere credentibus: idest iis qui credunt. ista: scilicet facinora tua. timide: idest cum timore de opposito. ut enim ut fama dicit. Virgilius in quarto Aeneidos: Ipsa est parua metu primo, mox sese attollit in auras. credo ergo timide, quia certum non habeo auctorem, sed si possem eis dicere. ipse: scilicet qui ista gessit. scripsit mihi: scilicet quod ea gesserit. quanta forem: quasi dicat maxima: hoc est gloriosissima. Quod idest ad quid. querar: idest conquerar. officium: idest obsequium debitum aut partes uiri lenti: idest tardi. cessasse: idest in mora fuisse: quasi dicat frustra: quia ego tuli: idest abstuli, & impetraui grande obsequium. si maneo: idest adhuc sum tua: scilicet coniux. sed uenefica barbara: idest feris & immitibus moribus: scilicet Medea. narratur uenisse tecum futura: idest quæ futura est in parte tori: idest in lecto coniugali. promissa mihi: scilicet per pacta nuptiarum. Et si dicat Iason: si tu credis ista de me: non es fidelis mihi. dicit q amor cogit ad hoc: quia amor est res credula: idest facile persuadens & cogens credere, quæ timentur. Vnde zelotypia fere ex amore nascitur. Vtinam dicar temeraria insimulasse uirum: idest maritum meum. criminibus: scilicet adulterii & uiolati tori. falsis idest non ueris. Nuper ab æmoniis: docet a quo ista audierit, quia ab hospite Thessalico: qui ab Aemoniis oris: idest a Thessalia uenerat. At: quia ordo perfacilis est, paucis percurram. Ille pudore hæsit: idest non audebat respondere: non quia Iason mortuus esset quod amatrix suspicabatur, sed quia nihil boni de eo dicere poterat, eo q pellicem adduxisset ueneficam. Boues æripides: idest æreos pedes habentes. Dentes uipereos quos Aeeta rex Colchorum spargi fecerat, Ciuili Marte: idest in bello intestino, quale inter conciues geri solet, qui se mutuis uulneribus interimunt.

Quærimur: alternant spesq; timorq; fidem.
Singula dum narrat, cursu, studioq; loquendi
Detegit ingenio vulnera facta tuo.
Heu: vbi pacta fides? vbi connubialia iura?
Faxq; sub arsuros dignior ire rogos?
Nõ ego sum furtim tibi cognita. pronuba Iuno
Adfuit: & sertis tempora vinctus Hymen.
At mihi nec Iuno, nec Hymen, sed tristis Erinys
Prætulit infaustas sanguinolenta faces.
Quid mihi cũ myniis? qd cum tritonide pinu?
Quid tibi cum patria nauita Tiphi mea?
Non erat hic aries villo spectabilis aureo:
Non senis Aeetæ regia Lemnos erat.
Certa fui primo (sed me mea fata trahebant)
Hospita fœminea pellere castra manu.
Lẽniadesq; viros nimiũ quoq; vincere norunt,

ANTO. Argo nauis q̃ materia fabrefacta fuerit & qs ipsi⁹ architect⁹ Tritõ fluui⁹ vbi locorum sit Pallas vñ tritonidis nomẽ accepit

CAL Termant: suspendunt: dubiam faciunt. ꝑ Vulnera nostra: Medeæ raptũ significat, quæ Hypsiphyles cõiugio obstitit. ꝑ Heus vbi pacta fides: firmata coniectura apertis agit q̃relis. ꝑ Faxq; sub ar. faces quas in nuptiis adhiberi diximus frangebant: ne forte rogo interuenirent. ꝑ Myniis: myniorum familia ex Orchomeno Bœotiæ oppido Olchon in Thessaliam commigrauit: vnde argonautæ myniæ sunt appellati. ꝑ Pinu trito. argo naui: quam nõ ex pinu: sed ex arbore Aeone fabricatam fuisse Alexander Cornelius scribit: quæ nec aqua, nec igni corrumpi potest. Architectus fuit Argus Actoris filius, Iunonis, & Palladis auxilio. Palladem tritoniam dictam Diodo. scrib. a Crete fluuio Tritone: vbi orta sit. Hero. vero a Tritone Africę Palude: vbi aiũt virgines annis singulis pugnare lãpadibus & lignis in veneratiõe Palladis. ꝑ Tiphis: argi filius. Arg⁹ nauis magr: quẽ nauigia mod. tãti Palladẽ docuisse scri. Balbus. Cur inqt in Lemnõ traiecisti. ꝑ Villo aureo: vellere aureo. nõ apud me erãt velleris aurei pecudes: quales apud Actium sibi a Thyeste subductus querit Argis Atreus: vt hesperides in lybia habuerunt: aut in Colchide Aeeta: quod finxisse poetas scrib. Varro de re rustica: qm̃ in maxima eẽnt pecudes charitate. ꝑ Senis. Aeetæ. Aeeta Solis & persæ filius Colchorũ rex & Medeæ pr. ꝑ Certa fui pri. fatis imputat, qd nõ in sñia perstiterit. ꝑ Castra hospita: argonautas cũ qbus primum pugnasse Lẽniades scribit Papinius: deinde mutato cõsilio, & domo, & Thalamo excepisse. ꝑ Viros: Lemniacos intelligit, quos vna nocte Lemniades interemisse diximus.

HVBER. CAL. Termãt: variãt, & dubiam faciũt. ꝑ Fidem. i. meum credere. ꝑ Spes: quæ faciebat credere. ꝑ Timor: qui prohibebat credere. sic Virg. Spemq; metumq; inter dubii. ꝑ Singula: omnia sigillatim & per ordinẽ. ꝑ Studio: dilectione. ꝑ Cursu: pcessu. ꝑ Detegit: aperit. ꝑ Vulnera: iniuriam. ꝑ Suo ingenio: nõ intelligamus facta suo ingenio: sed suo ingenio detegit. ꝑ Heus: accusat Iasona periurii & nõ seruatæ fidei. ꝑ Pacta. i. promissa. s. a te mihi. ꝑ Fax. s. connubialis. ꝑ Sub rogos arsuros. i. dignior quæ interfuisset funeribus & rogis

Adulteria quare furta dicãtur
Mynii

mortuorum: q̃ nuptiis: quia futura infelix. ꝑ Furtim: clam & per adulterium. inde furta dicuntur adulteria: quia clam fiũt vt Veneris nec dulcia furta. ꝑ Vinctus tempora: idest habens tẽpora: idest caput vinctum: idest ornatũ & cinctum. ꝑ Sertis: coronis. ꝑ At mihi: quasi contradicit sibi. ꝑ Tristis infelix. ꝑ Infaustas: infelices. vt in fabula Terei. lib. vi. Metamo. Eumenides tenuere faces de funere raptas. ꝑ Quid mihi: scilicet erat: quasi dicat. nihil. conqueritur autem q̃ Iason nunquam ad littus suum venerit. ꝑ Myniis: mynieum (Strabone teste) Orchomenon vocat Homerus a Myniarũ natione. hinc vero colonos quosdã deductos in Colchon Thessaliæ ex Myniis ferũt: vñ argonautas mynias dictos esse cõstat. ꝑ Cũ niis: cum argonautis. Ouid. lib. vii. Meta. Iamq; fretum myniæ pegasea puppe secabant. ꝑ Pinu. i. naue. ꝑ Tritonide. i. palladia: hoc est quæ erat in tutela palladis. nã Tritonia dr̃ pallas: a tritonide palude africæ: & ipsa nauis cura palladis est fabricata: vñ & palladiam ipse appellabit in Ibin: Qualis & ipse fuit quo pręcipiente columba: Est data palladiæ duxq; comesq; rati. ꝑ Tiphi: gubernator nauis Iasonis. alloquit̃ aũt ipsum absentem tãquam pñtem. ꝑ Quid tibi erat cum mea patria. i. quid negocii tibi erat quare deberes huc venire. ꝑ Nõ erat: hoc dicit si ibatis ad rapiendum aureum vellus, nõ erat hic. sed in Colchis. ꝑ Spectabilis: pulcher. ꝑ Villo: pilo aut lana. ꝑ Aureo: synæresis fit in scansione. ꝑ Aeetæ: Aeetes dicitur, & Aeeta per latinã declarationem: pater fuit Medeæ Solis filius & persę frater. scribit̃ autem per Ae diphthongum: & est trisyllabum: licet interdum abiiciatur vna syllaba: sed raro. ꝑ Non senis: ordo est: Lemnos nõ erat regia Aeetæ. ꝑ Certa fui. i. deliberaueram. ꝑ Castra hospita. i. vos hospites. castra autem etiam de nauibus dicuntur. Virgi. iii. Aenei. Nos castra mouemus. ꝑ Fœminea manu. i. muliebribus viribus & exercitu. ꝑ Sed me: parenthesis est. ꝑ Lemniadesq; viros: vt ostendat id potuisse facile fieri: dicit mulieres Lemniacas fortes esse, & assuetas vincere viros. de quibus hæc narratur fabula. Cũ Venus vxor Vulcani deprehensa fuisset cum Marte in adulterio in Lemno insula: Lemniacæ mulieres cum cæteris diis deabusq; sacra facerent, Venerem ob adulterii infamiam spreuerunt, & inhonoratam prætermiserunt: ob quam rem illa indignata hircinum foetorem omnibus immisit: quo ita grauiter olebant: vt a maritis spernerentur. Qui cum expeditionẽ bellicam aduersus thracas suscepissent: eorum vxores consilium cœperunt: domum reuertentes omnes interimere: & masculos omnes delere: quod cum omnes effecissent: sola Hypsiphyle Thoantis patris miserta ei pepercit: quẽ naui impositum Bacchus eius pater in Thoã insulam perduxisse dicitur. Ipsa vero in regia sua rogo constructo alterius hominis funus celebrauit pro patre: quem occidisse aiebat: & hoc est quod nunc dicit. ꝑ Lemniades. i. mulieres Lemni. ꝑ Norunt nimium. i. optime sciunt. ꝑ Vincere viros. i. masculos: quia deleuerunt maritos suos, & omnem prolem masculinam.

Pallas tritonia
Tritõ palus
Aeeta qũo scribatur

ASCEN. CAL Termãt fidẽ. i. crudelitatẽ: quia spes facit vt credã te adhuc viuere. timor aũt vt negem. Singula dũ narrat & c. callide vt cætera fere addit hoc mulier. nã si Iason dicat: Credis stulta hoi pfugæ, q̃ vt ea narret ad te subornatus venit: dicit q̃ nõ ex pposito, sed pter opinionẽ ẽt Medeæ raptũ, & eius auxiliũ narrat cursu. i. pcipitatione. & studio. i. auiditate loquẽdi. & ita detegit nostra vulnera. i. aperit cãm nostrorũ vulnerũ. cũ tuo ingenio. i. dum narrat ingeniũ tuũ: qui auxilio veneficæ callidissime in re tã ancipiti vsus fuisti. Hæc vbi: nõ vitiosus est versus, quia (vt dixi) monosyllaba nõ absorbetur. vt o vtinã. O & psidiũ & dulce decus meũ. sed cõnubialia in secũda corripit: sicut Vir. sępe cõnubiũ. vt Aene. pri. Conubio iũgã stabili & c. Hymẽ deus nuptiarũ apud Athenieñ. sicut Thalassius apud romanos: eo q̃ vt eẽt defensor virginitatis reptus sed tristis Erynnis. i. furia isernalis: qua auspice, seu pnuba nihil boni pficit̃. Quid mihi cũ Myniis: dolet ad se appulsos argonautas: cũ ab Iasone decepta sit. vñ dicit: quid mihi sup. esse debuit cõmercii cũ myniis. i. nobilissimis illis Thessaliæ: quid cum pinu. i. naui ex pinu (q̃uis ex alia arbore dicat̃ facta.) Tritonide. i. ad Tritonẽ paludem facta. q. d. nihil. & o Tiphi: nomẽ proprium gubernatoris illius nauis longæ, quæ argos dicit̃. vñ Virg. in Buco. Alter erit tum Tiphis, & altera qui vehat argo. nauita. i. qui fuisti director nauis. qd tibi sup fuit iusti cõmercii cũ patria mea. q. d. nihil. & ita nõ debebas accedere. qa nõ erat hic. i. in patria mea: videlicet Lẽno. aries spectabilis villo auro pro aureo. sed credo veram esse lectionẽ aureo: qa Virg. fere imitat̃ qui aureis & ferreis, quasi bissyllabis vtitur. vt Aenidos quinto: Dat stratio villis onerosum atq; vng. aureis. lege ergo aureo. Lẽnos nõ erat regia. s. domus, aut regnũ, aut regio. sed legẽdũ est regia, quia primã pducit. venit enim a Rex regis, & nõ regio qd a rego regis deductum primã corripit. Ego fui Primo scilicet aduentu, aut a principio certa. i. decreui. sed mea fata. s. pernitiosa: trahebant. i. retrahebãt me pellere manu fœmineas: quia in Lemno nõ erant nisi fœminæ, castra hospita: idest naues externas hostiliter in morem castrorum instructas.

CTam

ANTO.

¶TAM forti milite: Lemniadum viribus & virtute. ¶Fuit tuenda vita: debui vos repellere: vt vitæ decus custodirē. ¶Virum: non adulterum: sed maritum. ¶Tertia messis: pathos a tempore. ¶Abstrahor Hypsiphyle: commiseratio ab expositione. ¶In aluo graui: Hypsiphyle discedente Iasone ventrem ferebat: peperit geminos Thoantem & Euenū. ¶Hactenus: hæc tantum loqui dolor te permisit. ¶Cætera: quæ daturus eras mandata. ¶Sacram: quæ cælo fulget. ¶Vltimus: vt amorem indicares. ¶Volat: currit celerius. ¶Tenet: occupat, implet. ¶Subducitur: superatur. ¶Propulsæ: in altum remigibus actæ. Huc feror: conscendi altam turrim: vnde erat latissimus prospectus. ¶Osq; sinusq;: abundantiam lachrymarum exprimit. ¶Cupidæq; fauentia assueto: non menti: sed amanti legas. oculi, inquit, meæ cupiditati, & amori obsequebantur cum solito longius spectarent. ¶Ad preces castas: meo officio, & amori. ¶Immixtaq; vota timori: cum de tuo reditu timerem, vota suscepi. ¶Vota ego persoluam: ironia vota non esse soluenda iudicat. ¶Fruetur votis: meorum votorum vsum capiet. ¶Cor dolet: quoniam non mihi sed Medeæ rediit Iason. ¶Non equidem secura fui: de te semper dubitaui. ¶Pater: Aeson. ¶Nocuit barbara pellex: cōmiseratio est ab eo, quod est præter opinionem. ¶Timui: græcam coniugem. ¶Nocuit barbara: Medeam veneficii & magicæ insimulat.

Milite tam forti vita tuenda fuit
Vrbe virum vidi, tectoq;, animoq; recepi
Hic tibi bisq; æstas, bisq; cucurrit hyems.
Tertia messis erat, cum tu dare vela coactus
Implesti lachrymis talia verba tuis.
Abstrahor Hypsiphyle, si dēt mō fata recursum
Vir tuus hinc abeo, vir tibi semper ero
Quod tamen e nobis grauida cælatur in aluo,
Viuat, & eiusdem simus vterq; parens.
Hactenus & lachrymis in falsa cadētibus ora
Cætera te memini non potuisse loqui.
Vltimus e sociis sacram conscendis in Argo.
Illa volat, ventus concaua vela tenet.
Cærula propulsæ subducitur vnda carinæ,
Terra tibi, nobis aspiciuntur aquæ
In latus omne patens turris circunspicit vndas:
Huc feror, & lachrymis osq; sinusq; madent.
Per lachrymas specto, cupideq; fauentia menti,
Longius assueto lumina nostra vident
Adde preces castas, immixtaq; vota timori
Nunc quoq; te saluo persoluenda mihi
Vota ego persoluam? votis Medea fruetur?
Cor dolet, atq; ira mixtus abundat amor.
Dona feram tēplis? viuū quod Iasona perdam?
Hostia pro damnis concidet icta meis.
Non equidem secura fui, semperq; verebar,
Ne pater argolica sumeret vrbe nurum.
Argolicas timui: nocuit mihi barbara pellex
Non expectato vulnus ab hoste tuli.

HVBER

¶VITA mea fuit tuenda: fuit defendenda: & seruanda contra te: qui veneras in perniciem meam. ¶Tam forti milite: q̄ sunt mulieres Lemni. ¶Vrbe virum: amplificat beneficium suum: quasi dicat non solum non nocui tibi cum possem: verumetiam recepi hospitio liberali. ¶Hic: in Lemno. ¶Bis cucurrit: quia duos annos mecum hic fuisti. ¶Tertia messis: idest tertius annus. nam a messibus quæ singulis annis fiunt, anni denominantur. ¶Coactus: instante Hercule cum cæteris. ¶Implesti: perfudisti: quia non potuisti ea dicere sine fletu. ¶Abstrahor: idest violenter, & contra voluntatem meam hinc abducor. ¶Recursus. egressus & renauigationem. ¶Tamen: licet hinc discedam. ¶Quod cælatur: neutro genere vsus est: quia adhuc ignorabat masculus ne esset an fœmina. ¶Viuat: seruetur a te diligēter vt viuat. ¶Hactenus: scilicet locutus es: hoc est hæc sola verba. ¶Falsa: simulata. nam cum simulares mœrorem ex discessu tuo. non tamen dolebas. ¶Cætera: idest alia: scilicet præter supradicta. ¶Vltimus: postremus. vt ostenderes quod te pigebat me relinquere. ¶Sacram: quæ (vt diximus) erat sub tutela Mineruæ: cuius cura fuerat fabricata. ¶Argo: legendum est, & nō Argon. est autem accusatiuus græcus per synæresin factus. nam integer accusatiuus erat argoa: per synæresin argo. ¶Illa volat: idest celeriter currit per mare. ¶Tenet: implet. ¶Concaua: idest tumefacta. ¶Subducitur: subtrahitur. ¶Propulsæ: agitatæ remis & vētis. ¶Terra: scilicet aspiciebatur. ¶Tibi: pro a te. ¶In latus: describit locum ex quo dicit se spectasse nauem Iasonis discedentis. ¶Patens in omne latus: idest quæ ab omni parte potest videri. ¶Circunspicit: dat quasi sensum rei inanimatæ. non enim ipsa turris circunspicit: sed qui in ea est potest circunspicere. ¶Huc: pro illuc: idest in illam turrim. ¶Os: facies. ¶Sinus: idest pectus. ¶Per lachrymas: quæ effluebant ex oculis meis. ¶Lumina: idest oculi. ¶Fauentia cupidæq; menti: quia quod ego optabam ipsi oculi volebant vt aspicerem. ex affectu enim alicuius rei & acutius & longius videmus. ¶Assueto. i. solito. ¶Addo. i. addidi. narratio enim præteriti temporis, sæpenumero per præsens eleganter fit. vt Dido inferius: Exul agor, cineresq; viri, patriamq; relinquo. nam iam reliquerat. Te/ren. in Andria: interea funus effertur, nos sequimur. ¶Immixta timori: quia ex timore suscipiuntur vota. ¶Timori: quē habebam de periculo tuo. ¶Nunc quoq;: etiam nunc: quia nondum ea solui. ¶Persoluenda: idest reddenda tanq̄ debita. notandum est metri causa persoluenda diuisis syllabis esse legendum: vt u post l sit vocalis, & non consonans. vt ipse alibi: Debuerant fusos euoluisse meos. nam ibi etiam u sit vocalis. sicut apud Hora. Nunc mare, nunc syluæ. nam syluæ (teste Priscia.) trisyllabum est. ¶Vota ego persoluam: cum indignatione pronunciandum est: sicut cætera verba sequentia. ¶Fruetur votis: capiet fructum & vtilitatem ex votis meis. ¶Cor dolet: quasi dicat disrumpor dolore. ¶Ira: bis intelligendum est: vt dicamus mixtus ira: abundat ira: vel amor. mixtus ira abundat: idest maior fit. secundum illud Terentii: Quo minus mihi spei est, eo magis amo. & inferius Dido ad Aeneam: nō tamen Aeneam quamuis male cogitet. odi: Sed queror infidum, questaq; peius amo. ¶Quod: idest quia: quasi dicat cum ob beneficia soleant reddi vota: & dari dona deis: ego ne dabo propter damna mea, quia perdam maritum meum viuum: ex quo magis doleo: quia si esset mortuus: non putarem amplius esse sperandum. ¶Hostia: victima sacrificii. ¶Icta: percussa cultro & mactata. ¶Equidem: ego quidem. ¶Secura: sine timore. ¶Semperq;: ostendit qui esset timor eius. ¶Verebar: timebam. ¶Pater tuus: Aeson. ¶Ex vrbe argolica: Thessalica. nam argos vrbs fuit Thessaliæ. licet & eiusdem nominis fuerit & alia in Achaia. ¶Argolicas: Thessalicas: vt diximus. ¶Barbara: pontica. ¶Non expectato: non spetato & improuiso. ¶Vulnus: iniuriam. est autem translatio: idest læsa sum. a quo minime putabam.

Anni messibus nominantur

Pulcher dicendi modus

Metricus dicendi modus

ASCEN.

¶LEMniadesq; &c. docet se quoq; potuisse: Hactenus &c. docet quomodo in discessu veri amoris signa dederat, qui si verus erat, etiam nunc quoq; eum allicere deberet. si fictus. iuste illum perfidus damnaret. Moris autem est vehementer amantibus non posse, quæ volunt, omnia eloqui. Nunc quoq; te saluo persoluenda: aut diæresim facit: vt persoluenda pentasyllaba sit dictio: aut vt languorem animi significet. præter morem spondaicum quasi versum facit: sed tutius est pentasyllabum dicere: cum id alibi faciat poeta. Viuum q̄ Iasona perdam: præter legem. s. matrimonialem. Norint autem pueri quando i cum vocali sequenti in prima syllaba ponitur, nolle cum ea syllabificari: sed in duas syllabas diuidi. vt in Iason, Iasius, Iesus, Iolas, Iulus, Iacobus, Iambus, Iepta, Ioseph &c. Ne pater: scilicet tuus æson. Ab hoste: masculinum genus præposuit: quia generaliter loquitur. potuisset tamen dicere non expectata: sed non tam venuste.

Nec facie, meritisq; placet, sed carie mouit:
Diraq; cantata pabula falce metit.
Illa reluctantem cursu deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere Solis equos.
Illa refrenat aquas, obliquaq; flumina sistit:
Illa loco siluas, viuaq; saxa mouet.
Per tumulos errat sparsis discincta capillis:
Certaq; de tepidis colligit ossa rogis.
De'nouet absentes, simulachraq; cerea fingit:
Et miserum tenues in iecur vrget acus.
Et quæ nescierim, melius mage quæritur herbis,
Moribus, & forma conciliandus amor.
Hãc potes amplecti: thalamoq; relictus in vno
Impauidus somno nocte silente frui:
Scilicet vt tauros, ita te iuga ferre coegit,
Quaq; feros angues te quoq; mulcet ope.
Adde quod ascribi factis procerumq; tuisq;
Se facit, & titulo coniugis vxor obest.

ANTO.

Falx magica qua materia fuerit
Magicum portentũ & fabulosum
Quæ ossa aptiora ad magicum carmen
Forma artis magicę & ipsius simulachra
Cocytia sacra quæ fuere & vnde dicta
Proserpina quãobrẽ Cocytia appellata fuerint

¶ Nec fa. meri: forma & virtus puellas viris conciliant: non virtute aut forma Medeã colis: sed magicis carminibus ꝓbare cogeris. ¶ Falce cantata: ad excantationẽ facta, quæ Aenea esse debebat: qua ad Lunæ lumẽ herbæ magicæ secarentur. ¶ Dira pabula: veneficas herbas ad pocula excectas. ¶ Deducere lunam: Solis & Lunæ defectus natura fieri scribit Hyginus. veteres id carminibus fieri posse existimarũt. vnde Menãder fabulã scripsit quę inscribit Thessalus. ¶ Abdere: occultare: ne lucem ministrẽt: qd in morte Iulii Cæsaris cõtigit. ¶ Illa loco siluas: id nõ ee fabulosum Pli. scri. qui anno Neronis supremo tradit: prata, oleasq; intercedẽte via publica in cõtrarias sedes esse trãsgressas in agro Marucino ꝑdiis Vectii Marcelli equitis Romani: q res Neronis ꝓcurabat. ¶ Viua: natiua. ¶ Per tumulos: per sepulchra. ¶ Certa ossa: e rogis enim nõ oia magi ossa colligũt: sed præsertim articulos ad veneficia. ¶ Simulachraq; cerea fingit: ex cera & lana duas imagines formabãt excantatores: ita vt lanea maior cereã vrgeret: qua tota acubus infixa ad ignẽ liquescebat in pœnã eius quẽ deuouebãt. Hæc sacra cocytia: a cocyto inferorũ fluuio dixit Porphyrio: qñ sine euocatione manium nõ fierẽt: nam & Proserpina, virgo cocytia dicit. Sunt ꝑterea sacra cocytia: quæ thraces celebrabant in honorem deæ Cocytis: quam maniam & deum matrem appellabãt. de qua existimo Iuuenalem intelligere cum dicit: Batra laxare cocyton. ¶ Miserũ: ad deuoti cruciatũ respicit. ¶ Et quę nescierim: veneficia Medea exercet. ¶ Meli⁹ ne age: legendum est non mage. age inquit Iason melius ne amor conciliat veneficio ꝙ̄ forma. Si mage legi placeat: verecundiam, simplicitatemq; suã cõmẽdabit Hypsiphyle: & si amor veneficio magis ꝙ̄ virtute q̃ratur a Medea: conducibilius mihi esse, & honestius existimabo id nescire: quando specie & morum æquabilitate amor, nõ magica excantatione comparandus est. ¶ Mobilis: inconstans. legitur & moribus. ¶ Scilicet vt tauros: rem facto arguit. ¶ Ope: veneficio ¶ Procerum: argonautarum. ¶ Obest: multum detrahit.

HVBER

Modus secandi herbas ad magiã aptas

¶ Nec facie: adducit eam in odiũ: dicẽs eam esse incãtatricẽ. ¶ Facie: pulchritudine. ¶ Meritis: virtutibus: vel certe officiis. ¶ Mouit: peruertit te ad amorem suum. ¶ Pabula dira: herbas noxias. ¶ Falce cantata. i. incantata: vt maiorẽ vim nocendi haberent herbæ. falce autem dixit, quia secundũ rationẽ magicam herbę aliæ vellebantur: aliæ incidebantur: prout volebant earum esse vim. Inde Virg. iiii. Aenei. Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur ahenis, Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni. ¶ Illa. i. Medea. pergit narrare ea, quæ Medea facit per incantationes suas. i. quæ veneficæ arte magica solent facere: vt ostendit Lucanus: vbi Thessalidum narrat magicas artes. & ipse Ouid. in pri. Amorum de Dipsade Lena: quam eandem veneficam esse dicit. sic, inquit, Illa magas artes, Aeeaq; carmina nouit. Inq; caput liquidas arte recuruat aquas. Scit bene quid gramen: quod torto concita rhombo Licia: quid valeat virus amantis equæ. Cum voluit toto glomerantur sidera cælo: Cum voluit puro fulget in orbe dies &c. ¶ Deducere Lunam: Virg. in Buco. Carmina vel cælo possunt deducere Lunam. Tibul. Cantus & e curru Lunã deducere temptat. ¶ Reluctantem: inuitam, resistentem. ¶ Abdere: occultare. ¶ Tenebris: caligine. i. facere solem obscurari. ¶ Illa refrenat: retinet. ¶ Obliqua: curua. epitheton fluminum. ¶ Sistit: morat. ¶ Loco: ex loco suo vbi erant. ¶ Viua: naturalia: eo loco nata. ¶ Per tumulos: per sepulchra mortuorum. ¶ Passis: sparsis. ¶ Discincta: soluta. sic enim exigebat ratio magica. ¶ Certa: quædam ossa. non autem omnia. ¶ Tepidis: adhuc calentibus: vbi pauloante fuerunt combusta cadauera. ¶ Deuouet: execratur: & incantationibus suis inficit. ¶ Fingit: facit. ¶ Simulachra cerea: idest effigies cereas: quæ representent eos, quos vult deuouere. Virg. in Buco. Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit Vno eodemq; igni: sic nostro Daphnis amore. Idem: Terq; hæc altaria circum Effigiem duco. & Hora. in pri. sermonum: Lanea & effigies erat altera cerea: lanea maior: quæ pœnis compesceret inferiorem &c. ¶ Vrget: infigit. ¶ Tenues acus in iecur. i. vlcerat imaginem cereã in iecur quasi in sede amoris. vt ita percutiatur ille, cuius est illa imago. ¶ Et quæ. s. alia facit quæ. ¶ Nescierim. i. nesciam: vel nescirem dicere. ¶ Melius mage: distinguendum est: & cauendum ne duæ dictiones comparatiuæ cum eodem verbo iungantur: & ne mage iungatur cum nescierim: sed sic dicendum: Amor melius cõciliandus. i. qui iustius & honestius cõciliat, & acquirit. ¶ Moribus. i. virtutibus & forma: quia hæc duo maxime alliciunt viros ad amorem alicuius mulieris & ecõtra. ¶ Mage: pro magis. ¶ Quærit. s. a Medea. ¶ Herbis. i. vi herbarũ & incantationibus. & hic est verus sensus & verus ordo: Amor melius cõciliandus moribus & forma quærit magis herbis. s. a Medea. ¶ Hanc potes: admiratiue proñciandum est. q. d. vnde est tibi tanta fiducia. ¶ In vno lecto: vt sis solus cũ sola venefica. ¶ Impauidus: intrepidus. deberes enim semper esse in maximo timore quando dormis cum ea. ¶ Scilicet: certe. q. d. ita te incantabit sicut tauros: quos eius ope dicis te vicisse. ¶ Coegit te ferre iuga. i. sibi esse subditum. ¶ Ope: eadem vi. i. incantatione. ¶ Adde: adduxit eam in odium, nunc adducit in inuidiã dicens quod ea quæ Iason fecit: Medea sibi omnia attribuit. ¶ Adde: supradictis vitiis. ¶ Ascribi: annumerari. ¶ Procerũ: Castoris, Pollucis, Herculis, & cæterorum Heroum: qui tecum fuerunt in rapiendo vellus aureum. sunt autem proceres (teste Seruio) Capitella trabium: vnde & eminentiores viri proceres dicuntur. ¶ Et tuis: idest factis. ¶ Obest: nocet. ¶ Titulo coniugis: idest laudibus tuis: quia non tibi: sed ipsi vult ascribi victoriam tuam.

Cõparatiuę duæ dictiones nequeũt cũ eodẽ verbo cõiũgi

ASCEN.

¶ Sed carmine mouit. i. incantatione magica. Metit. i. secat. falce cantata. i. arte magica & incantatoria munita. pabula dira: idest venefica. Illa reluctantem: sic in Buco. Carmina vel cęlo possunt deducere Lunam. sed locus sumptus est ex. iiii. Aenei. vbi de sacerdote magna dicitur: Hæc se carminibus promittit soluere mentes. Quas velit, ast aliis duras immittere curas: Sistere aquam fluuiis, & vertere sidera retro &c. Et quæ nescierim melius mage: legendum vult superior ne age. nam alterum comparatiuum abundet. ordo autem nunc est: Et supple alia quæ ego nescierim. i. nescire deberem. melius. i. conuenientius, & decentius ꝙ̄ supple scirem. age. i. agedum dic mihi Iason quæritur ne. i. acquiritur ne apud te. herbis: scilicet magicis. amor conciliandus. i. acquirendus. moribus. s. probis, & forma: scilicet eleganti. q. d. id quidem fit, sed indecenter. de imaginibus laneis & cereis ab incantatricibus fieri solitis dicit Hora. lib. pri. sermonum in satyra quæ incipit: Olim truncus eram &c. Hanc potes amplecti: aggreditur principalem totius epistolæ intentionem: quæ est odium Medeæ inducere: quam quia venefica est: exhorrendam omnibus: & præcipue ei, qui cum ea in vno lecto coniungi[illegible], dicens eum subactum ab ea, quomodo tauros illos feroces subegit. Adde ꝙ ascribi &c. tangit quod Dares phrygius asserit: derelictam videlicet Medeam ne turpe sit Iasonem, non sine fœminæ auxilio vincere potuisse.

¶ De partibus

¶ De partibus: qui Peliæ patrui factionē tuetur. ¶ Nō hæc æsonides: ecce quod cōtendit qui peliæ causam tuetur. ¶ Phasias: fluuius colchorū: vnde phasida Medeā poetæ dixerūt. Latini Aeetam & triplici & gemina extulerunt syllaba. ¶ Alcymede ma. tua: ab auctoritate arguit. Improbāt tuū cōiugiū Alcymede mater & pater Aeson: q̄q̄ qui Argonautica scripserunt Alcymedem & æsona mortē obisse referāt, cū primū Iason dedit vela ventis. Ouid. alios colectat: & hoc loco & in Metamorphosi, viuū patrē reperisse Iasonē scribit: quē ex senio in iuuentā Medea suis veneficiis restituit. Alcymedē Phylaceā Pherecides & Apolloni⁹ matrē Iasonis scri. Dio. Amphionē appellat. Hermodotus Polymeden auctolici filiā, Iasonis matrē esse cōtendit. ¶ A gelido axe: ex Septētrione vbi sunt niues perpetuæ. ¶ Tanais: a patria vituperat Medeā. Tanais fluuius Scythiæ orit̃ ex ripheis montibus: licet id alii pnegant: imergit̃ in mæotidem paludē. ¶ Paludibus vn. nā Scythia ex magna parte palustris est: & valde aquosa: multosq̧ habet fluuios. ¶ Incertior: incōstantior. ¶ Aura verna: nulla anni parte incertiores spirant venti q̄ vere. ¶ Si te nobi. cōmēdatio a genere. ¶ Thoante Minoo: Minois nepote. nā ex Ariadna Minois & Baccho natus est Thoas Hypsiphyles pater. ¶ Cōiux redimita corona: Ariadnā significat: cui Bacchum coronā dedisse narrauimus: quæ in cælo visitur nouem conspicua sideribus. ¶ Præradiat: clariores lucere facit. ¶ Signa minora: minus lucētia: engonasin intelligit: cui cōtigua est corona quæ maxime lucet: vt Germanicus scribit in Aratheo carmine. Cicero in arato scri. Hic illa eximia posita est fulgore corona. ¶ Dos tibi Lēnos erit: cōmendatio a fortuna. ¶ Ingeniosa: facūda Lucretius Dædalā terrā dixit. ¶ Me quoq̧ qd̄ tales: nō dotales legendum: sed qd̄ tales poteras, inquit, & me habere quæ digna sum inter meos maiorē annumerari. ¶ Prolē gemellā: cōmendatio a fœcūditate. peperit (vt diximus) Hypsiphyle ex Iasone vno partu geminos, Thoātem & Euenum: qui in bello Thebano sub Adrasto militarūt. ¶ Lucina: Iunone: quæ parturientibus præest: & partus in lucē effert.

Atq̧ aliquis Peliæ de partibus acta venenis
  Imputat, & populum, qui sibi credat, habet.
Non hæc Aesonides, sed filia Phasis Aeetæ,
  Aurea Phryxeę terga reuulsit ouis.
Non pbat Alcymede mater tua, cōsule matrem:
  Non pater, a gelido cui venit axe nurus
Illa sibi a Tanais, scythicæq̧ paludibus vnde
  Quærat, & a patria Phasidis vsq̧ virum,
Mobilis Aesonide, vernaq̧ incertior aura,
  Cur tua polliciti pondere verba carent?
Vir meus hinc ieras, cur nō meus inde rēdisti?
  Sim reducis coniux, sicut euntis eram.
Si te nobilitas generosaq̧ nomina tangunt,
  En ego Minoo nata Thoante feror
Bacchus auus Bacchi coniux redimita corona
  Præradiat stellis signa minora suis.
Dos tibi Lēnos erit, terra ingeniosa colenti,
  Me quoq̧ iam tales inter habere potes.
Nunc etiam peperi gratare ambobus Iason
  Dulce mihi grauidę fecerat auctor onus
Fœlix in numero quoq̧ sum, prolēq̧ gemellam
  Pignorá Lucina bina fauente dedi.

¶ De partibus Peliæ: nō intelligamus de Thessalia: sed de his qui Peliæ fauent. nam partes dicuntur, qui diuersis fauent. vnde Lucanus: Hæc facient partes &c. partes romanos appellauit: quorū alii Pōpeio, alii Cæsari fauebāt. vnde dicimus: Cicero fuit de partib⁹ Pompei. i. qui Pōpeio fauit. hoc aūt pluribus verbis dixi: qa multi male interpretant̃: vt dicant de partibus Peliæ: idest de Thessalia: quasi Iason nō esset etiā ipse Thessalus: sed partes dixit: qa alii Iasoni: alii Peliæ fauebant. ¶ Imputat: assignat & attribuit. ¶ Acta. s. a te. i. victorias tuas. ¶ Venenis. i. incātationibus & herbis Medeæ. & dicit te vicisse eius auxilio. ¶ Populum: maximā partem Thessaliæ. ¶ Qui credat sibi: ita esse, vt dicit: & ita minoris æstimet virtutē tuā. ¶ Nō hæc: ponit verba quæ dicit ille fautor Pelię. ¶ Aesonides: Iason. ¶ Nō reuellit: nō abstulit. & bene reuellit: quia fuerant affixa templo Martis a Phryxo vt supra diximus. ¶ Hæc: dicticos. i. demonstrantis. Iason enim portauerat in Thessaliam. Reuello autem & reuulsi & reuelli. Virg. in Buco. Cynthius aurem vellit & admonuit. & in. ii. Aenei. Postesq̧ a cardine vellit. ¶ Sed phasis. i. Medea. legitur autem & phasis & phasias: si phasis breuiatur propter vocalem sequentem prima syllaba huius dictionis Aeetæ: quæ erat longa diphthongo: qd̄ placet magis. si vero legat̃ phasias abiicitur vna syllaba in medio: quod minus placet: & rari⁹ reperit̃. ¶ Nō probat: dicit hāc famā nō placere his qui amant ipsum Iasona. ¶ Consule. i. interroga quid sibi videat̃. ¶ Nō patet. s. probat. ¶ A gelido axe: idest a regione Septentrionali. nā Colchi in regione frigida sunt. ¶ Illa. q. d. nō est quod ipsa barbara debeat quærere maritum in vestris regionibus: sed in suis. quæ eius moribus cōueniunt. ¶ Tanais fluuius Scythiæ: qui Europam ab Asia diuidit. ¶ Paludibus vndæ Scythicæ: puto intellexisse mæotidem paludem: in quam & aliæ aquæ multæ scythiæ: & ipse Tanais influit. ¶ A patria phasidis: idest a Colchide: vbi est phasis fluuius: vnde phasiani delati ad nos nomen acceperāt. ¶ Mobilis: mutabilis a mouendo. ¶ Incertior: incōstātior. ¶ Aura ver. i. vento veris. Nā vere nūc vēti flāt, nūc aer est quietus. ¶ Pōdere. i. effectu. ¶ Polliciti. i. promissionis. i. cur nō facis qd̄ pmisisti. ¶ Vir me. ecce cōmemorat promissionē Iasonis, quā supra vidimus his verbis abstrahor Hypsiphyle, si dent modo fata recursus. Vir tuus hinc abeo, vir tibi semp ero. ¶ Nō meus: vt pmiseras. ¶ Reducis: tui reuerti. ¶ Sicut eram. s. cōiux. ¶ Eūtis. i. abeūtis. ¶ Si te no. laudat se ab his: q̄ pñt amorē cōciliare. & primū a nobilitate. ¶ Tāgunt: mouēt, delectāt. ¶ Thoāte mi. i. nepote Minois: possessiuū pro patronymico. fuit. n. Thoas filius Bacchi et Ariadnæ Minois filia. ¶ Bacchus auus. s. paternus. ¶ Bacchi cōiux. s. Ariadne auia mea. ¶ Redimita coro. qua Bacchus eam ornauit, cum in cælum rapuit: & sidus iecit, qd̄ coronā appellauit. de quo Virg. pri. Geor. Gnosiaq̧ ardētis decedat stella coronæ. hāc aūt coronā cū Venus a Vulcano marito in domū accepisset: postea donauit Ariadnæ cū nuberet Baccho: quā (vt diximus) Bacchus ēt in cælū trāslatā hīc voluit: vt ipse in tertio Fastorū dicit: Sintq̧ tuæ faciā tecum monumenta coronæ: Vulcanus Veneri, quā dedit illa tibi. ¶ Præradiat: splendore vincit. ¶ Suis stel. nā Bacchus nouē gēmas coronæ Ariadnes mutauit in nouē stellas: vt Fastorum libro. iii. dicta fuit: Gemmasq̧ nouem transformat in ignes. Aurea per stellas nūc micat illa nouem. ¶ Dos: addit ēt dotē. ¶ Lēnos: insula mea. ¶ Terra ingeniosa. i. fertilis, & natura bona. nā ingeniū & natura etiā de terra dicitur: pro vi & possibilitate. vnde & Ouid. lib. iiii. Fastorū: Frigida Carseolis: nec oliuis apta ferendis Terra: sed ad segetes ingeniosus ager. ergo nō legat̃ ingenuosus: vt a quibusdā male. ¶ Me quoq̧ quod tales: melius legitur res tales. vt sit sensus: Inter tales res: idest inter nobilitatem & dotem & similia: nō debes me spernere. ¶ Nunc etiam peperi: laudat se a fœcūditate: quæ solet esse grata maritis. ¶ Gratare: gratulare. ¶ Ambobus: mihi & tibi. ¶ Auctor: idest is per quem eram grauida. s. tu. ¶ Dulce: non molestum: quia si vxor amat maritum: licet graue sit ferre partum in vtero: tamen fert libenter propter maritum: cui videt esse gratum. ¶ Quoq̧: etiam. i. præter hoc quod peperi sum etiam fœlix: quia non vnum, sed geminos peperi, Thoantem. s. & Euenum. ¶ Lucina: dea partus, quam eandem Iunonē esse volunt. vt Teren. Iuno Lucina fer opem. Lucinā aūt appellant vel a luco: qui erat sub æsquilino monte: vbi de fœcūditate mulieres responsa acceperunt: vt ostendit Ouidi. lib. ii. Fast. vel a luce: in quam pueros nascentes deducere dr̃. & idē est auctor loco supradicto: Grataq̧ Lucinæ dedit hæc tibi noīa lucus: Aut quia principiū tu dea lucis habes. hæc græce di Ilithia. Oui. lib. ix. Met. Præpositā tumidis parientibus Ilithiā. ¶ Fauēte: dāte mihi pariē di facultatē. ¶ Pignora. i. filios.

ANTO

Phasis fluuius a quo Medea Phasis dicta est vbi locorū sit

Cera apd̄ latios quē admodū ꝑlatus est

Alcymedis & æsonis mors & de Iasonis genitrice varia opinio

Tanais fluui⁹ vbi locorū sit

Scythię d̄scriptio

Thoas cuius filius fuerit

HVBER

Proceres qui dicant̃ Partes q̄ sint

Loc⁹ enodatus

Reuello q̄ præterita habeat

Locus ambigu⁹ enodatus

Tanais

Meotis palus quæ sit

Phasianæ aues vñad nos venere & a quo nomen traxere

Ariadnæ corona cuius fuerit

Ingeniū & natura de quo dicantur

Lucina q̄ & Iuno & Ilithia vñ nomē accepit & quibus præsit

ASCEN. ¶ AT q aliquis pelíæ de partibus. pelias patruus Iasonis in somnis visum habuit ab eo excidium se passurum: quem postridie altero pede nudū offenderet: atq; cū is Iason esset: quē occidere honeste nequibat, psuasit Colchos ad aureū vellus habendū adire, ea spe vt nunq̃ rediret. Qui ergo pelię partes sequerent, dicerent nō ꝓpria, sed Medeę virtute redisse. Aurea Phryxeæ terga reuulsit ouis: alii legūt reuellit a reuello: sed Seruius docet ab eo reuelli: & nō reuulsi deduci. licet reuulsus in passiuo dicat̃ pticipio. Est tñ pfectior & manifestior ꝯstructio vt sit. Aesonides. i. Iason Aesonis filius. nō reuulsit. i. a loco vbi Marti ꝯsecrata erāt reuellit. h aurea terga. i. vellera. ouis Phryxeæ. i. Arietis i quo Phryxus trās pontū vectus dicit. sed Phasis. i. mulier apud Phasim nata v; Medea filia Aeetæ regis. s. Colchoꝝ: Phasis ergo pronymicū a loco est. Nūc ēt pepi: conat̃ allicere p gemellos. quos illi pepit, q̃ sūma ꝯciliādi atq; ꝯseruādi iter ꝯiuges amoris rō est. Ordo ē: Ego ēt. i. pter cęteras dotes & amoris pignora pepi nūc supple gemellos: qd facile intelligit̃ subdendo: O Iason gra. i. gratulare ambobus, nō. n. ambobus gratulari posset, nisi duos pepisset. nec potuit ex Iasone duos peperisse nisi gemellos, cū ante pfectionē eius nullū pepererit. Auctor. s. Iason. fecerat mihi grande onus dulce. Pōt tñ sensus esse & ordo: O Iason ego pepi ambobus. i. & tibi & mihi: hoc est cōem nobis prolē. gratare. i. gratulare nobis. quod libētius dixero q̃ priori modo: quia subdit̃: Fœlix in numero quoq; sum: quasi prius numerū non exptessisset.

Si quæras cui sint similes? cognosceris illis:
Fallere non norunt, cætera patris habent.
Legatos quos pene dedi pro matre ferendos:
Sed tenuit cœptas sæua nouerca vias.
Medeam timui, plus est Medea nouerca
Medeæ faciunt ad scelus omne manus.
Spargere quæ fratris potuit lacerata per agros
Corpora, pignoribus parceret illa meis?
Hanc tñ o demens, Colchisq; ablate venenis,
Diceris Hypsiphyles præposuisse toro.
Turpiter illa virum cognouit adultera virgo:
Me tibi, teq; mihi teda pudica dedit.
Prodidit illa patrem, rapui de cæde Thoanta:
Deseruit Colchos, me mea Lemnos habet.
Quid refert scelerata piam si vincit, & ipso
Crimine dotata est, emeruitq; virum?
Lemniadum facinus culpo, non miror Iason,
Quælibet iratis ipse dat arma dolor.
Dic age, si ventis (vt oportuit) actus iniquis
Intrasses portus, tuq;, comesq; meos.
Obuiaq; exissem fœtu comitata gemello.
(Hiscere nempe tibi terra roganda foret.)
Quo vultu natos? quo me scelerate videres?
Perfide quo pretio. qua nece dignus eras?
Ipse quidem per me tutus, sospesq; fuisses:
Non quia tu dignus, sed quia mitis ego.

ANTO. ¶ Cognosceris il. te referūt, excludit adulterii suspitionē. Fallere nō no. vt pr nō sunt pfidi: licet hēant cętera. Legatos se. qm pp ætatē venire nō poterāt. cōmiseratio ab ætate. Pene: inqt ad te infantes misi: vt te mihi ꝯciliarēt. Tenuit v. ꝓpositum iter distulit. Nouerca sæ. Mædea q̃ nouerca ē & sęua. Medeā ti. amplificatio ex noie nomē inqt Medeę hēt plus sęuitię q̃ nouercę. Spgere q̃ s. sæuitiā arguit. Absyrtū Medeę frem Pacuuius Egialeum appellat: quē Oui. laceratū a Medea scri. in Pōto apud vrbē, q̃ a facto Thomos appellat̃, & in frusta dilaniatū: vt insequētem Aeetē fraterno funere remoraretur. Orpheus vero anteq̃ e Colchide soluisset, Medeā Absyrtū fratrē secuisset, & in mare piectū Nereides ad Absyrtidas isulas detulisse, q̃ sunt cōtra Dalmatiā. Stra. & Pli. apud has insulas discerptū cōtendūt: a quo sunt nūcupatę. Per a Thomina nos: vt Aeeta ispiceret. Meis pignoribus: quoꝝ est nouerca: si fratrem peremit nō parceret meis natis. Hāc tñ o demēs: cōtentione vtriꝰ: q̃ ex ꝯtrariis ꝯstat sentētiis: singula singulis cōferēs. Est & altera q̃ ex verbis celeriter relatis cōstat. Ablate: oi ꝯsilio & prudētia destitute. Turpiter il. vi. p cædē & nefas. Teda pu. legitimum cōiugiū. facē in nuptiis pueri matrimi & pimi ferebāt. Prodidit il. pa. Aeetā cui rapuit vellus aureū i illū Meleager in pugna trucidauit: q̃ in littore cū argonautis est orta. Thoāta: patrem Thoātem a cæde liberaui: cū Lēniades viros oēs trucidassent. Colchos: patriam suam. sunt Colchi sub Caucaseis montibus Mostycis iuncti. Lemniadū fa. cul. quæ vna nocte viros peremerunt. hæ nominant̃, Polyxo Catopē maritū, quatuor natos, patrem, & fratres. Gorge: Helimū: Mirmydone: Cydon: Crenesi: & Giā. Popæa Cyd. mō filiū. purgat crimē per ꝯcessionē. Dolor: indignatio. dolebāt Lēniades viros thraces suas adduxisse quibus oblectarent̃. Dic age. hæc adulatio nō sine stomacho est. Iniquis: tuæ voluntati aduersis. Comes: nō nominat ob dolorē. Hiscere nēpe ti. optasses vt terræ hiatu absorberis. vltima imprecatio est, cum terram hiscere optamus. Quo vultu: qua audacia. Ipse quidem per me tutus: in te nō sæuissem, licet culpa non vaces.

Medeæ in frem abiyrtū seu egialeū sęuitia

Thomos q̃ sit & vñ dcā fuerit

Absyrtides insulæ vbi nā locoꝝ sint

Lēniadū mulierum nomina

HVBER. ¶ Illis. i. p illos. i. si qs videat illos vt te videre. Fallere: sicut tu. Cætera: pter cognitionē fallēdi. Pris. s. tu: qui es eoꝝ pr. Legatos: q̃si nūcios. Pro ma. p me. Tenuit: ipedruit. Cœptas: istitutas & ꝓpositas. Plus no. i. crudelior crudeli. nā cū ois nouerca sit crudelis: ipsa est plusq̃ nouerca. Faciūt. i. ꝯueniūt. Spgere: argumētū a maiori ad minus: si, inquit, tā fuit crudelis: ꝙ potuerit iterficere fratrē suū, nunqd pceret filiis meis. q. d. minime. nā cū fugeret cū Iasone vt patrē insequentē retardaret, fratris sui Absyrti mēbra dilacerauit: & variis locis spsit: vt pr occupatus in eis colligēdis desisteret ab isecutione. Is locus postea Thomos. i. incisio dictus est. vt Ouid. in tri. scri. Inde loco nomē Thomos est, qa dr illic Membra sui fris subsecuisse soror. Parceret: interrogatiue. q. d. nō. Ablate: capte. Pręposuisse to. Hy. i. maluisse eam vxorē q̃ me. Turpiter: adducit eā in ꝯtēptū: eiꝰ ipudicitiā cōmemorās. Virgo: ad ætatē retulit. Vir. s. te. Turpiter: qa id fecit clā pre suo. Teda: p nuptiis ponit̃. Prodidit: decepit: qa fauit tibi, qa eiꝰ res eras raptur, & eo isciēte aufugit. Rapui: liberaui. Thoāta: prem meū vt supra dixim. Deseruit: qa fugit. Hēt: tenet me: qa remāsi i pria: sic honestas decet mulieres. Quid re. male legit̃ qd referā: cū legēdū sit qd refert: nā postea q̃ cōmemorauit Hypsi. pbitates suas, & Medeæ flagitia. dicit qd tñ refert ꝙ ego sim pba: & ipsa flagitiosa: si plus psit scelera q̃ pbitates. & h est vera lectio. talis ē ēt sensus apud Ouid. lib. ii. Met. Quid tñ h pdest: si diro fcā volucris Crie Nyctimene nro successit honori. ergo. Quid re. i. qd prodest. Si sce. Medea. Vincit piā. s. me. Et est do. ipso cri. i. si a te existimat̃ hre satis magnā dotē, quia est venefica. Emeruit. s. p crimina & scelera sua. Lēniadū: ne ipsa Hypsiphyle dicat̃ esse crudelis: qa crudele factū Lēniadū supra cōmemorauit, excusat eas. Culpo. i. repħendo. Nō miror: qd interfecerint viros a qbus spernebant̃. Quælibet ar. sic Virg. Quodcūq; repertū Rimāti telū ira facit. Dolor: qualis erat ipsaꝝ, q̃ spernebant̃. Dic age: iterrogat Iasona: quo vultu vidisset & eā & filios suos: si vētis delatus fuisset ad littus Lēni. Age: hortātis. ordo est: Age: dic quo vultu videres natos & me, si tu actus vētis iniqs intrasses portus: & ego exissem obuiā &c. Hiscere: p parēthesin & interpositionē legendus est hic versus. Terra so. rogāda a te. Hiscere. i. vt hisceret, & se aperiret tibi i vt te absorberet potius q̃ aspectū meū, quā decęperas, videres cū adultera tua. Quo. i. quali. Quo ptio. i. qua pœna. Sic Ter. ego ptium ob stultitiā fero. Iuue. Ille crucis pretium sceleris tulit. i. pœnā. Qua ne. q. d. crudelissima. Ipse: tu. Per me. i. quantū ad me pertinet, quia nihil nocuissem tibi. Non quia tu dignus: scilicet sis esse tutum. Sed quia ego mitis: idest demens quę nescio nocere.

Absyrtus Thomos

Locus restitutus & enodatus

Age qd sit

ASCEN. ¶ Cognosceris il. i. in illis aut p illos: qa filii sunt & tui. sed fallere nō norūt, cętera pris hñt. i. i oibꝰ pri siles sūt pterq̃ ꝙ nō sūt fallaces vt tu. Pignoribꝰ pceret illa meis. q. d. minime. Notꝰ ē ꝟsiculus. Pignora natoꝝ dñr pignora teg. saliaꝝ q̃ in pi

gnus

gnus danť. Ablatę.s.a sensu & rōne. venēis colchis.i.colchicis.pricipale ꝑ deriuatiuo. Emeruit.i.expsse meruit. Culpo:nō miror.i.nec approbo & laudo.nec imitor. vt miratoresq; Catōis apd Luca.Quęlibet iratis: sic En.pri. Furor arma ministrat Dic age,si vē.prudēt pōst casū:vt chus fiat & ɔrigat.nā dsiderabile eēt pri liberos gemellos:quos nūq viderat,obuiā hre. ℂ Pellicis:Medeæ.ꝶ Implessem:fœdassem.ꝶ Quosq; ven.ab.Iasonis vultus intelligit:fœdassem me de Medeę sanguine. ꝶ Abstulit:a me abegit.ꝶ Medeæ me.fo.contra Medeā Medeæ sæuitia vteret.ꝶ Quod si qs ab al. cōcludit ꝑ iprecationē. ꝶ Succuba no.succubā dicimus q̄ alienū Thalamū violauit.ꝶ Leges suas:deploret in eadē cōditione sita se a viro destitu/tā:vt mihi sua cā cōtigit.Iason Medeā pepulit: cū Creusam Creō/tis filia vxorē duceret.ꝶ Totidē natis & viro:Medea Dyedimum & Thesandrū peremit:Iason se ipm cōsecit.ꝶ Male parta:Iasonē si gñat:quē suis veneficiis erat emercata.ꝶ Toto or.Medea icēsa Creō tis regia ad fugā cōpulsā,draconibus alatis vecta, Thebas venit: Herculē in sania purgauit: inde Athenas ad Aegeū fugit:accusat a veneficiis in Phœniciā nauigauit:inde ad supiores Asiæ oras mi grauit vbi Medū filiū peperit:demū Colchos rediit vbi diē obiit. ꝶ Fratri:absyrto:quem laniauit.ꝶ Parenti:Aeetæ, quē erat fatū in/teriře:cū raptum fuisset aureū vellus:& a Meleagro peremptus est. ꝶ Acerba:crudelis.ꝶ Natis:Dyndimo & Thesandro, Thessalus fu/git.ꝶ Viro: Iasoni quē ad necē impulit. ꝶ Male p.male dilabunť. ꝶ Aera tē.qm draconibus alatis volasse diximus. ꝶ Sua c.snorum morte.ꝶ Exspes:spe oi destituta & ope.ꝶ Fraudata c.cui vir nō re/diit:vt debuit.ꝶ Thoantias:Hypsiphyle Thoantis filia.ꝶ Oro:im precor.ꝶ Deuoto: diris imprecationibus meis damnato, vestrū,in quit,cōiugiū eo exitu claudatur,quē meæ impcationes deuouent.

ANTO.

Succuba quæ le/ Iasonis sno/ua nupta/ Medeę tru/culētia i ꝑ/pos natos Medeæ fu/ga & ipsi? errores Aeetis fa/talis mors Sola pul/cherrima.

Pellicis ipsa meos iplessem sanguine vultus:
Quosq; veneficiis abstulit illa suis.
Medeæ Medea forem.quod si quis ab alto
Iustus adest precibus Iuppiter ipse meis.
Q̄d gēit Hypsiphyle,lecti quoq; succuba nr̄i
Mœreat,& leges sentiat illa suas.
Vtq; ego destituor coniux,materq; duorum:
A totidem natis orba sit,atq; viro.
Nec male parta diu teneat,peiusq; relinquat,
Exulet,& toto quærat in orbe fugam.
Quam fratri germana fuit,miseroq; parenti
Filia,tam nātis,tam sit acerba viro.
Cū mare,cum terras cōsumpserit,Aera tentet,
Erret inops,exspes,cæde cruenta sua.
Hæc ego coniugio fraudata Thoantias oro:
Viuite deuoto nuptaq;,virq; toro.

¶Eumenides,q.d.non fuerunt Nymphæ:sed furiæ quæ signa dederunt.¶ Fatis meis.i.infelicitati.¶ Exige: non ad Sichæum(vt quidam male existimant)sed ad pudorem a se violatum sermonẽ conuertit, neq; enim legendum est Sichæu : qa neq; ratio carminis, neq; ratio declinationis patitur.nam Sichæus nõ est dissyllabum, vt Theseus:sed trisyllabum, vt Anthæus. Virgi.Huic coniux Sichæus erat.ergo Sichæi legendum est: vt sit ordo.¶ O pudor læse violate:est autem distinguendum: ne vitiosum sit duo adiectiua sine copula poni, sicut apud Virg. Tectum augustum ingens centum sublime columnis:o pudor o pudicitia violate. Virgil.ante pudor q̃ te violem:aut tua iura resoluam. ¶ Exige pœnas Sichæi.i.summe de me pœnas: quas Sichæus deberet exigere : quia ei non seruaui fidem, Virg.Nec seruata fides cineri promissa Sichæo. ¶ Plena pudoris.i.plena verecũdię:quia pudet me.¶ Est mi.dicit Dido se vocatam fuisse noctu a simulachro mariti:quod in domo colebat summa veneratione.¶ Sichæus: imago Sichæi.¶ In Aede:in templo : Virg.Præterea fuit in tectis de marmore templum Coniugis antiqui,miro quod honore colebat Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum.¶ Oppositæ:ad ornatũ. ¶Vellera:lanæ.¶ Tegunt:ornant.¶ Hinc:ex illa æde.¶ Noto ore.i.notis.verbis.Virg.Hinc exaudiri voces: & verba vocantis Visa viri &c.¶ Ipse:Sichæus.¶ Elisa:hoc enim fuit prius nomen Didonis.nam postq̃ Carthaginẽ condidit. Dido appellata est:quod nomen lingua punica significat viraginẽ.alii volũt(vt Ser.)postq̃ seipsam interemit hoc nomine appellatam fuisse.¶ Veni:imperatiui est modi.q.d.necesse est:vt mecum sis, ¶Nulla mora : dicit se paratam mori.vt sit cum Sichæo:quod etiam libentius & celerius faceret:nisi pudicitiam amisisset. ¶ Da veniam:ad Sichæum loquitur, ¶ Idoneus:credendum quisq̃ putaret.¶ Inuidiam:odium.¶ Noxæ:idest culpæ. Virgilius:Vnius obnoxam. ¶ Detrahit:aufert. ¶Diua parens:enumerat ea,quæ fecerunt fidem.¶ Diua : non mortalis.¶ Pia sarcina : pium onus : idest pater quem humeris suis se gestasse dicebat.¶ Spem:nam ea videbãtur esse officia hominis boni & fidelis, neq; videbatur qui talia fecisset, posse quemquam decipere. vnde dicit se propter supradicta sperasse eum esse mansurum apud se, sicut promiserat. ¶ Si fuit errandum, quasi dicat, si ob vllam rem debui non seruare quod Sichęo promiseram in hoc erraui.¶ Honestas:probabiles.¶ Adde fidem:quam dedit mihi:idest adde quod mihi iurauit.¶ Pigendus.s. Aeneas:idest nõ erit quare pigeat, & turpe mihi sit ei credidisse.¶ Durat:enumeratis his quæ Aeneæ poterant facere fidem viri boni : ne culpam in ipsam Didonem transferendam diceret dicit se esse infelicem vsque ad vltimum vitæ spiritum: & enumerat seriem suarum infelicitatum.¶ Nouissima:vltima:idest vsque ad mortem.¶ Tenor:perseuerantia. ¶ Fati:infortunii fatalis.¶ Occidit : incipit enumerare infortunia:inter quæ primum ponit mortem mariti sui Sichæi : quem miro amore dilexit, fuit autem Sichæus Didonis auunculus: vt Iustinus scri.lib.xviii.sacerdos Herculis:qui honos secundus a rege erat:qui magnas sed dissimulatas opes habebat:aurumq; metu regis non tectis:sed terrę crediderat.quam rem & si homines ignorabant : fama tamen loquebatur:itaq; Pygmalion oblitus iuris humani auunculum suum, eundemque sororis maritum sine respectu pietatis occidit.¶ Occidit:periit.¶ Mactatus.tanq̃ victima interfectus.¶ Ad aras:idest apud aras. Virgil.Impius ante aras : atque auri cæcus amore, Clam ferro incautum superat &c.¶ Frater.s.meus.quod magis est dolendum. ¶ Præmia : nomen & titulum.¶ Exul agor:narratio est reliquarum infelicitatum:quæ licet sit de præteritis : tñ eleganter fit per præsens : vt res nunc geri videatur.¶ Exul agor : expellor a patria.nam crudelitas fratris coegit ea facere,suadente Sichæi imagine quę Didoni noctu apparuit:& omne facinus Pygmalionis enarrauit.¶ Patriam : quam deserere quisq; infelicissimum putat.

Loc⁹ emendatus

Duo adiectiua sine copula vitiosũ poni

Didonis virilitas

Sichæi & qs ipsi⁹ exitus

ASCEN.

¶Eumenides:dicuntur furiæ infernales per antiphrasim.i.contrariam scriptionem. eu eni bonum significat, cũ minime bonæ sint. Exige &c.si legitur Sichæu vt sit vocatiuus græcus cum tamen non sit diphthongus.Ordo est:o pudor lęse: idest extincte & violate exige pœnas:idest a me. & o Sichæo violate : idest inhonorate per secundas nuptias exige pœnas:Aut si legendum est Sichæo.Ordo est:o pudor læse & violate Sichæo:idest in damnum Sichæi exige pœnas.ad q̃s scilicet pœnas me miseram,subaudio vel heu.sed reprimit ne sit vehemens excandescentia,ad quas igitur : o me miseram ego eo plena pudoris.i.verecundiæ & ruboris. Est mihi:hoc quoq; ex Virg.sumptum est : vt patet in quarto. Vnde frustra &c.Durat in extremum : docet fatale esse generi suo vt ærumnis concutiatur:ne culpæ detur quod necessitatis est de fuga autem Didonis ex Tyro habetur ad longum Aeneidos primo.

Et feror in duras, hoste sequente, vias.
Applicor ignotis, fratriq; elapsa, fretoq;
Quod tibi donaui perfide litus emo.
Vrbem constitui, lateq; patentia fixi
Mœnia, finitimis inuidiosa locis.
Bella tument, bellis peregrina, & fœmina tentor,
Vixq; rudes portas vrbis, & arma paro.
Mille procis placui, qui in me coire querentes,
Nescio quem Thalamis præposuisse suis.
Quid dubitas vinctã getulo me tradere hiarbæ?
Præbuerim sceleri brachia nostra tuo.
Est etiam frater, cuius manus impia poscit
Respergi nostro sparsa cruore viri.
Pone Deos, & quæ tangendo sacra profanas,
Non bene cælestes impia dextra colit.
Si tu cultor eras elapsis igne futurus:
Pœnitet elapsos ignibus esse Deos.
Forsitan & grauidam Dido scelerate relinquas
Parsq; tui latitat corpore clausa meo.
Accedet fato matris miserabilis infans:
Et nondum nati funeris auctor eris.
Cumq; parente sua frater morietur Iuli:
Pœnaq; connexos auferet vna duos.
Sed iubet ire, Deus, vellem vetuisset adire:
Punica nec teucris pressa fuisset humus.

ANTO. Socii fugę Didonis. Empti o didonis ob Carthaginē cōdēdā. Carthaginis magnitudo ipsio nobilitas & quo augurio condita fuit. Hiarbę in Didonem minę.

ANTO. ¶ IN duras vias: hoc dicit: q̃m primũ in Cyprũ delata assumpsit comitem Iouis sacerdotem cum cõiuge & liberis & virginibus .xc. cum quibus in Africam defert. ¶ Ignotis: Africam significat. in quã delata est. ¶ Emo: nõ emi legas. Dido quã tum Taurino Corio posset circũdare ab Hiarba getuliæ rege Iouis Garamantidisq; Nymphæ filio t[...] emit terræ: vbi Carthaginē cõdidisse diximus. ¶ Vrbē: Carthaginē Dido condidit oium finitimorũ cõsensu: & maxime Vticensium q le gatos miserũt exhortantes tyrios: vt vrbem cõderēt: ea est pene insula ambitu stadiorũ cccl[x]. muro perpetuo cingitur longitudine stadiorũ .lx. iugũ occupat: quod in mare a mari porrigitur. in media vrbe arx fuit quam Byrsam vocauerunt in vertice Aesculapii templũ videbatũ: quod Asdrubalis vxor capta vrbe secum cõcremauit. cum fundamēta vrbis iacerent: primum est Tauri caput inuētũ: sed q̃a seruitutem videret indicare: mutato loco: cũ eq̃ caput reperissent: q̃a belli signũ videbatũ: Mœnia cõstruxerunt. ¶ Inuidiosa: q̃ sua magnitudine vicinis mouerēt inuidiam. ¶ Bella tumēt. Hiarbas: q̃n contemnebatũ eius cõiugium, bellũ Carthaginensibus minabatũ: vt auctor est Trogus. ¶ Peregrina & fœmina calamitatis est ex noibus amplificatio. ¶ Rudes: non satis firmas. ¶ Arma: quibus Mœnia defendebantũ. ¶ Querētes coire: cõspirarũt in me: nõ sine querela. q̃n mihi tua cã contēpti sunt. ¶ Nescio quem: cũ Aeneã significet ignorãtiam fingit: vt deteriora melioribus præposuisse videatur. ¶ Quid dubitas: pietatem in Aenea deprimit: cũ præsentibus periculis non modo bene meritã non eripiat: sed in illa coniciat. ¶ Getulo Hiarbæ: getulia Africæ pars optima getulia Vulcani. s. Recte inq̃t me i ptãtẽ Hiarbæ conucas cũ me tibi committere non dubitarim. ¶ Nostra brachia: translatio est ab his qui duello superati vinciēda prębēt membra. ¶ Est et frater Pygmalion inq̃t paratus est ad exitum meum. ¶ Pone deos: noli te cum ferre deos penates: q̃n impios sacra tractare non decet, erat enim in legibus ad diuos adeũto caste: pietatē adhibēto. ¶ Elapsis igne: incendio Troiano liberatis. ¶ Pœnitet: molestum est te auctorem habuisse. ¶ Parsq; tui la. Empedocles scribit foetum a viro & fœmina pariter ɔcipi. quod negat Aristo. a viro tm̃ semen propagari in vtero: nihilq; cõferre fœminam asseuerat. ¶ Infans miserabilis pathos: ab ætate. ¶ Parente: augetur pathos a nominibus. ¶ Vna pœna: eadē mors. ¶ Duos co. matrem & filium. ¶ Sed iu[bet]. [...] de. ironia est. Mercurio discessum eius imputabat Aeneas: quē Iouis imperio mandasse referebat: vt in latium nauigaret. apud Ho. Iouis imperio Calipson Mercurius cogit: vt Vlixem dimittat.

Getulia quæ sit

Nunquid fœmina cõcurrat ad aplus generationem

HVBER. ¶ ET feror: amplificatio infelicitatis. dicit. n. se nõ habuisse locũ certũ: quo iret: neq; et tuto nauigasse. ¶ Hoste sequēre. i. fratre Pygmalione: qui vitæ & rebus meis insidiatur vt hostis. inde Virg. Germaniq; minas. ¶ Applicor: adducor. ¶ Elapsa: dĩ & cum difficultate erepta. ¶ Emo: sic legendum est in pręsenti tempore: sicut & supradicta verba: quod etiam tano carminis exigit. nam emi quod primam naturaliter producit, nullo pacto legi potest. quod autem quidam exponũt emi: id est orna: vt sit imperatiui modi stultissimum est. ¶ Inuidiosa: passiuæ est significationis. i. quibus inuidetur. inde Anna [...] ipsam Didon in lib. iiii. Aenei. sic inquit: Nec venit in mentem quorum consederis arua: Hinc Getulæ vrbes genus insuperabile bello: Et Numidæ infreni cingunt: & inhospita Syrtis: Hinc deserta siti regio: lateq; furentes Barcei. ¶ Bella tument. Virg. Quid bella Tyro surgentia dicam. ¶ Peregrina: & fœmina: & a fortuna & a sexu mouet commis[eratio]nem. ¶ Rudes: nouas. ¶ Mille: idest multis. numeris finitus pro infinito. ¶ Coire: congregati sunt. ¶ Nescio quem. q. d. ignotum. ¶ Suis thalamis. i. connubia ipsorum. ¶ Quid du. q. d. non est talis fortuna mea: vt debeam recusare etiam captiuitatem. Virg. Quid moror: an mea Pygmalion dum Mœnia frater Destruat: & captam ducat getulus Hiarbas. ¶ Getulo: imperat getuliæ: quæ est pars Africæ. ¶ Præbuerim: pro præbebo. ¶ Sceleri tuo: ecce hoc verbo magis prohibet quod videtur concedere. ¶ Frater: Pygmalion. ¶ Sparsa: fœdata. ¶ Viri: mariti mei Sichæi: quem interfeci. ¶ Pone: pro depone. Apheresis. ¶ Profanas: polluis & maculas tangendo: quia ab impiorum manibus Dei tangi indignantur. inde apud Virg. Donec me flumine viuo abluero. nam cruentis manibus tangere sacra Aeneas nefas duxit. ¶ Non bene cælestes: sen[tentia] est rhetorica. ¶ Si tu: sensus est: dei nollent se esse liberatos ab incendio troiano: si tu qui es impius, eras culturus eos [elap]sos ab incendio. ordo est: Deos pœnitet esse elapsos ignibus &c. ¶ Si tu. s. sceleratus & impius habet enim hoc pronomen demonstratiuum emphasim. ¶ Eras futurus coltor ipsis ereptis. i. liberatis. ¶ Igne: quia mallent se esse combustos q̃ habere talem cultorem. ¶ Forsitan: addit aliud quod possit eum mouere ad cõmiserationem. ¶ Relinquas: pro relinques: & melius legitur q̃ relinq̃s vel relinques: quod sequēs verbum indicat. nã dixit. ¶ Lateat: pro latebit: vel latere cõtingit. ¶ Pars tui: aliquis filius, qui est pars pris. ¶ Accedet: addet. ¶ Fatis. i. morti. ¶ Miserabilis: q̃a nulla culpa sua morietũ. ¶ Nondũ nati. i. filii nondum editi in lucem. ¶ Frater Iuli: qui erit ex te genitus sicut Iulus. ¶ Cum sua pa. i. mecũ quæ sum mater sua. ¶ Vna pœ. i. vna mors. ¶ Connexos, coniunctos. ¶ Sed iu. obiectio quam posset facere Aeneas. ¶ Deus: Mercurius. sic enim se excusabat Aeneas vt apud Virgi. lib. iiii. Aene. Nunc etiam iterpres diuũ Ioue missus ab ipso (Testor vtrũq; caput) celeres mandata per auras Detulit: ipse deum manifesto in lumine vidi &c. vel certe Apollinē verius intelligit: cuius iussu petebat Italiã. vt ipse apud Virg. lib. iiii. Sed nunc Italiã magnã grinæus Apollo Italiã Lyciæ iussere capessere sortes. ¶ Pressa: tacta: calcata. sic ipsa apud Virg. Fœlix si heu nimium fœlix si littora tm̃ Nunq̃ Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.

Locus ouidii restitutus

Inuidios[a] in passiua significatiõe

Getulia

ASCEN. ¶ QVOD tibi donaui &c. cõsentio cum superiore cõmētario legendũ esse emo: quia emi preteritum bissyllabam primam producit, nec est ratio cur in pręterito ponat cum dicat in pręsenti, applicor ignotis &c. nec obstat q̃ donaui dixit, nam quia de preterito sæpe quasi de præsenti loquitur, bene dicit applico & emo littus &c. quod donaui. i. nõ tunc. vnde nõ dicit dono, sed postea, Vrbem constitui. Virg. Vrbē pclaram statui, mea Mœnia vidi. Getulo tradere, non dices me: q̃a getulo tribus longis constant. Non bene cælestes memorabile dictum. Si tu cultos eras: sensus est: tanta est perfidia tua, q̃ si tu eras futurus cultor diis penatibus elepsis. i. ignibus & ruinis. pœniteat elapsos. i. q̃ maluerint igne consumpti esse, q̃ abste coli. Sed iubet ire. i. abire, deus. s. Iupiter per Mercuriũ. vnde Virg. Nunc et iterpres diuum Ioue missus ab ipso &c.

¶ Hoc da.

¶ Hoc du.nē.deo:ironiā pficit. Sitis esset deus, iqt, quē seqris. vii. annis p sūmas pcellas vexat? Italiā nō qreres. ¶ Pergama. alii Iliō ipsū: alii illi arcē esse tradiderūt. fuit & pgam⁹ minoris Asiæ vrbs celeberrima regis Attali regia. ¶ Nō pa.si.pe. incommoditates & tpis & loci narrat. ¶ Seni. vix senex in Italiā veniens. ¶ Hos po. vtilia incōmodis subiicit. ¶ Remota am. nō ad errores Aeneæ referēdū est: sed qd de Iouis impio cōmētū esse arbitrabat. ¶ Opes pyg. Seruius in eum locū Vir. Portāt auari Pigmaliōis opes: & hi q Seruiū secuti sunt: historiā nō nouerūt. nā Pygmaliōis opes itelligi volunt Sichæi thesaurū: cuius cā Pygmaliō Sichæū peremerat: qd nō recte tenuerūt. nā cū nouisset fratris crudelitatē. naues quæ paratæ erāt vt frumentatū irēt: vt quotānis ob annonæ caritatē cōsueuerāt Tyrii: Dido cōscēdit: abduxitq; secū magnā nobilitatis partē cui exosa erat Pygmalionis Tyrānis: vt Trogus auctor est: & Sichæi thesaurum: & Pygmalionis opes: & regni fere delitias oēs i Africam traduxit. ¶ Iliō: & res & hoies ab incendio Troiano ereptos intelligit. ¶ Sacra sc. reges sub tutela Iouis sunt. Sceptra quoq; nō nisi auspicato dabātur: vt auctor ē Diony. ¶ Si tibi me. aui. est bel. inuitat ad cōsistendum a gloria: quam sibi bello parare poterit. ¶ Hic lo. ad Carthaginē hoc refert, quæ pace & bello opportunissima extitit. ¶ Tu mō per pa. colligit Epistolā p deprecationē. ¶ Fraterna te. sagittas: cupidinis, quē Aeneæ frēm diximus. ¶ Dardana sa. deos: penates signat: & Palladiū: quos Dardanus e samothracia in Phrygiam aduexit: Aeneas capta vrbe ex arce sustulit vt scri. Dio. ¶ Superent: viuāt. ¶ Sit mo. firmet Troiano excidio tua calamitas. ¶ Ascaniusq; suos: Ascanius quē primū Eurileōtem nūcupatū dix. mus: cū octo & triginta annos Albæ regnasset mortuus est: quā cōdiderat triginta annos post Aeneæ interitum: vt ex oraculo tulerat. ¶ Et se. An. Anchises in Sicilia mortuus est, & in Eryce sepult⁹ mōte: vbi Veneri genitrici: & pri Aeneas cōsecrauit tēplū. Cato i latiū delatū Anchisem tradit. Dio. addit illi tēplum ab Aenea cōstitutū cū inscriptione hac: patris diui terrestris: q fluuii numici vndas gubernat. ¶ Præter amare: nihil in me accusare potes nisi amorē: is quoq; dignus est venia. ¶ Nō ego sum Phthia. odimus nō mō hostes: sed ēt pātriam. Phthia est Achillis pāria: vt diximus. ¶ Magnis Mycænis, ñ sum Mycænea: vnde pfectus Menelaus Troiā solo æquāt. ¶ Virq; pa. me. iē noibus amplificat: & ad Hermionē vt aspiceret cuius pr Menelaus, & maritus Pyrrhus ad excidiū Troianū militarūt. ¶ Steterūt: in acie cōtra te militarunt.

ANTO. Pergama quæ sint

Didōis fuga ac Oui dii loc⁹ restitutus

Reges sub cuius tutela fuere

Rit⁹ dādi sceptra

Dii penates & palladium vñ Troiam venere

Ascanii mors & albæ cōditō

Varia de Anchisæ obitu opinio

Hoc duce nempe Deo ventis agitaris iniquis:
Et teris in rapido tempora longa freto.
Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore
Hectore si viuo, quanta fuere, forent.
Non patriū Simoēta petis, sed Tybridis vndas:
Nempe vt peruenias quo cupis, hospes eris.
Vtq; latet, refugitq; tuas obstrusa carinas,
Vix tibi continget terra petita seni.
Hos potius populos in dotē, ambage remota,
Accipe, & aduectas Pygmalionis opes,
Ilion in Tyriam transfer fœlicius vrbem:
Inq; loco regis, sceptraq; sacra tene.
Si tibi mens auida est belli, si quærit Iulus
Vnde suo partus Marte triumphus eat.
Quem superet (neqd desit) pbebimus hostē:
Hic pacis leges, hic locus arma capit.
Tu modo per patrem, fraternaq; tela sagittas,
Perq; fugæ comites Dardana sacra deos.
Sic superent quoscunq; tua de gente reportas,
Mars ferus, & damni sit modus ille tui.
Ascaniusq; suos fœliciter impleat annos:
Et senis Anchisæ moliter ossa cubent.
Parce precor domui, quæ se tibi tradit hñdam:
Quod crimen dices, præter amare, meum?
Non ego sum Phthia, magnisq; oriūda Mycenis
Nec steterūt in te virq;, paterq; meus.
Si pudet vxoris, non nupta, sed hospita dicar.

¶ Hoc duce: hoc dicit Diodo. vt Aeneas minus sit cupidus parere iussis Apollinis. dicit enim eū esse cām maloꝝ Aeneæ: qa dū eius iussa vult seq: qbus iubeť venire: agitať tam multis annis & mari & terra. ¶ Hoc. s. deo Apolline. ¶ Duce: auctore. ¶ Teris: cōsumis. vñ ipse in. vi. Aen. Magnas obeūtia terras Tot maria intraui duce te, penitusq; repostas Massilum gētes, prætentaq; syrtibus arua. ¶ Pergama: Troia: ¶ Quanta: q̄ magna, q̄ florida. ¶ Tanto labore: quanto petis arua aliena. vñ ipsa apud Virg. Quid si non arua aliena domosq; ignotas peteres: & Troia antiqua maneret. Troia p vndosum peteret classibus æquor. ¶ Patriū. i. Troianum. ¶ Sed vndas Tybridis: q pcul est ab his locis. ¶ Vtadest q̄uis. ¶ Quo cupis. s. ad Itali ā. ¶ Hospes: nouus & aduena. ¶ Vsq;. i. semp. alii legunt Vtq; & melius: vt sit sensus ¶ Terra: quam tu petis. ¶ Vt latet. i. sicut est remota: & abstrusa: & penitus occultata. Virg. pri. Georg. Vt silicis venis abstrusum excuderet ignem. idē. lib. vi. Aene. Quærit pars semina flammæ Abstrusa in venis silicis. ¶ Vitat. quasi sponte fugit. vt Virg. Italiā petimus fugiētem. ¶ Vix cōtingit: ueniet. ¶ Tibi seni. i. etiā si vix eris multos ānos. ¶ Hos m̄os. Dictētos. ¶ Remissa: pro omissa. ¶ Ambage: circuitu. vt longæ ambages. ¶ Opes Pygmalionis: quas Pygmaliō hře cupiebat, & sperabat. vnde illud Vir. portantur auari Pygmalionis opes pelago. ¶ In Tyriam vrbem. i. in Carthaginem: quam Tyriā a conditoribus appellauit. ¶ Ilion. i. res Ilienses. i. statum Troianum & regnum transmuta in hanc vrbem: & esto huius loci rex. ¶ Fœlicius: q̄ Troia fuit. ¶ Sacra: venerabilia: quia omnes reges erant sacri. ¶ Si tibi: satisfacit obiectionibus quas Aeneas facere posset: quod vellet venire in Italiam: vt exerceat se & filium Ascanium in bellis. dicit enim ēt in illis regionibus dari ei hanc opportunitatem. ¶ Vnde. ex qua cā. ¶ Neqd desit. i. vt omnia habeas. s. & regnum: & ēt opportunitatē victoriaꝝ & triumphoꝝ. ¶ Hic pacis. i. & paci & bello cōuenit. ¶ Hic: locus nr. ¶ Tu modo: p multas adiurationes eum orat Dido: vt sui misereatur. sumitur aūt verbum perfecti sensus inferius: parce precor domui. ¶ Tela freterna: idest arma cupidinis fratris tui. ¶ Deos. penates. ¶ Sic: adiurantis est: vt sæpius diximus. ¶ Superent: idest vincant. nā superare interdum vincere: vt hic. interdū supesse. significat. vt apud Virgilium lib. iii. Quid puer Ascanius, superat ne. & iuue. Et qd superauerat vnum Velo prora suo. ¶ Ille mars: illud bellum. s. Troianum. ¶ Sit modus: sit finis. ¶ Tui dāni: idest vltra illud bellum, nullum vnquam patiaris damnum. ¶ Suos annos: natura vel fato sibi debitos. Sic supra Briseis ad Achillem Nūc quoq; sic omne Peleus pater impleat annos. ¶ Molliter: talia enim mortuis pcari solebant. Iuuenalis: Dii maiorum vmbris tenuem & sine pōdere terram. ¶ Cubent. i. quiescant. Domui: scilicet meæ. Habēdam: pos idēdam. ¶ Tibi: a te. sic apud Virgilium: Miserere domus labentis. ¶ Quod: quasi dicat nullum. Nō ego. dicit se non fuisse hostē Troiani nominis: nec natam ex locis hostilibus. ¶ Phthia: vrbe Thessaliæ vñ Achilles nōnunq̄ Phthius dr: cuius cā oēs ex ea vrbe oriūdi merito debēt eē odio Troianis. Oriūda. i. orta. nomē est: nō aūt pticipiū. ¶ Mycænis: vñ Agamēnon & Menelaus fuerunt. ¶ In te: contra te. sic apud Virgi. iiii. Aenei. Non ego cū Danais Troianā excindere gentē, Aulide iuraui, classemue ad pergama misi. ¶ Si pudet vxoris. i. si pudet te habere me nomine vxoris. ¶ Hospita. peregrina & amica.

¶ Pergama vix tanto &c. Docet ne Troiā qdē repetendā tanto labore quāto Italiam fugiētem quærit. Simoenta: a nominatiuo simois. sed (vt Seruius docet) græce scribiť p ei Diphthōgū simoeis: licet semp trisyllabū. Hos potius populos in dotem. vnde Iuno ad venerem Aeneidos quarto: Dotalesq; tuæ Tyrios pmittere dextræ. Parce precor domui Aeneidos. iiii. Si bene qd de te merui, fuit aut tibi quicq̄ Dulce meū: miserere domus labētis &c. Nō ego sum Phthia: sic primo Aeneidos: Cum domus assaraci Phthiam, claraiq; mycæneas Seruitio premet. Non ergo legendum est Phythiam:

HVBER

Vsq; qd significat

Qui cōdidere Carthaginem

Superare i proprie qd significet

Mortuoꝝ imprecationes

ASCEN.

Dum tua sit Dido, quodlibet esse feret.
Nota mihi freta sunt afrum frangentia littus:
Temporibus certis, dantq; negantq; viam.
Cum dabit aura viã, prębebis carbasa ventis:
Sed leuis electam continet alga ratem.
Tempus vt obseruem manda mihi, serius ibis:
Nec te, si cupias, ipsa manere sinam.
Et socii requiem poscunt, laniataq; classis
Postulat exiguas semirefecta moras.
Pro meritis, & si qua tibi debebimus vltra:
Pro spe coniugii tempora parua peto.
Dum freta mitescãt, & amor dũ tẽperat vsum:
Fortiter ediscam tristia posse pati.
Sin minus est animus nobis effundere vitam:
In me crudelis non potes esse diu.
Aspicias vtinam, quae sit scribentis imago:
Scribimus, & gremio troicus ensis adest.
Perq; genas lachrimae strictũ labunt in ensem,
Qui iam p lachrymis sanguine tinctus erit.
Quam bene conueniunt fato tua munera nr̃o:
Instruis impensa nostra sepulchra breui.
Nec mea nunc primum feriuntur pectora telo:
Ille locus saeui vulnus amoris habet.
Anna soror, soror anna, meae male cõscia culpę
Iam dabis in cineres vltima dona meos
Nec consumpta rogis inscribar Elisa Sichaei:
Hoc tamen in tumuli marmore carmẽ erit.
Praebuit Aeneas, & causam mortis, & ensem:
Ipsa sua Dido concidit vsa manu.

ANTO. *Syrtes nauigãtibus pniciosae. Alga quid sit.*

Quodlibet: extenuatio fortunae ex q̃ ex noie sumit. dicat asit amica: aut serua: aut quotis villiori noie appellet dummodo tecũ sim. Nota afrũ freta mihi: a pitia arguit: noui inqt maris Libyci saeuitiã. Tpibus certis: nõ ad notitiã: sed ad vicissitudinẽ referas. mutant, inqt hęc freta cũ tpibus: & ad syrtes aspicit q̃ iterdũ nauigabiles sunt: iterdum austro spirãte aggregant arenas; cumuli summa nauigãtibus pnices. Cũ dabit aura viã: vẽtos nõ psuadere nauigationem monstrat. Alga ratẽ: tps est naues in statione cõtinere. Algã maris excremẽtũ dicimus. Serius ibis: sed tutius. Tp̃s nauigãdi opportunitatẽ. Nec te si cupias. vrgebo te ad discedendum ẽt si manere velles. Pro meritis: deprcatio altera est sũpta ex beneficiis. Tempora parua: exiguam moram. Mitescunt: fiũt tranquilla. translatio est a pomis. Amor dum tẽperat vsum: conuertenda snia est: nõ vsus temperat: sed cõsuetudine amor. s. te pescere consueuit. Tristia: tui discessus dolores. Sin minus: demonstrat quid de se futurum sit: si quod petit nõ impetrarit. si non restiteris, inquit, me trucidare cõstitui. Effundere: ad sanguinem aspexit cum quo vitã effundi certũ est. Aspicias vtinã: pathos a corporis habitu. Troicus ensis: ensem Didoni Aeneam dedisse Virg. mõstrat. cũ dicit: Cõscẽdit furibũda rogos, ensemq; recludit Dardaniũ nõ hos quaesitum munus in vsus. Quã bene cõueniunt nulla hic ironia est: sed facti cõcessio. meo exitui cõuenit datus ensis cõstituerat (vt diximus) de morte. Fato: fato legas: nõ facto.

Antiquorum ritus. Impẽsa & expensum quid sit.

Instruis nostra sepulchra: meas exequias ornas. Breui impensa vnius ensis munere. in exeqas munera cõferebant, quas Ro. in templo Veneris libitinae curabãt. vt Plutar. auctor est. Impẽsa & expẽsum dicim?: qm̃ apud veteres cũ nõ esset vsus signati aeris id pẽdebant. Telo: ambiguo verbo vsus est. nam & ensem Aeneae: & ad sagittas cupidinis referri põt. Ille loc?: pectus significat. Anna soror: ad absentem sororem est apostrophe, quã cum se vellet trucidare sub commento res magicas exercẽdi a se dimiserat. Male: in meũ exitiũ. Meos cineres: cum post rogum cinis ero. Vltima dona: vtnam qua regerent cineres significat. Elisa Sichaei: solet pathos moueri etiam a sepulchrorum titulo. quem Epitaphiõ graeci dicunt: vt illud est de culice Virgilianũ elogiũ: parue culex custos pecudũ nil tale merẽti: Funeris officium vitae pro munere reddo.

Epitaphium qd sit. Didonis mors ex historia.

Causam mortis: Ennianum commentum est: nã Dido nõ Aeneę causa se peremit: sed cũ a suis cogeret Hiarbae nuptias inire: tres menses ad pficiendam rem petiit: cõstructo tempore instructa Pyra in eminentiori vrbis parte: conuocatoq; populo, cum dixisset ad virum ire seipsam trucidauit. vt Trogus auctor est.

HVBER. *Alga*

Quęlibet. i. sub quauis cõditione. i. & serua & amica. Dum: p dummodo. Nota mihi: arguit a natura maris Libyci nõ esse nũc nauigãdum, sed differẽdũ. Frãgẽtia pcutienda. Certis: qbusdã nõ omnibus. Viam. i. opportunitatem eundi. Leuis: vilis. Electam: ad littus subductam. Alga: herba maris quae in tempestate tollitur super vndas: & interdum moratur naues. Manda: committe & ad hanc curam. Serius: tardius vt eas tutius. Nec sinam. i. non patiar, & permittam. Te manere. s. hic. Si. quamuis. Cupias. i. velis. quia hortabor te: vt eas cum venti poscent. Et socii: alia ratio quare debeat differre discessum vt & socii recreentur: & naues quassatae reficiantur. Socii: tui fessi, fatigati. Virg. lib. pri. Aene. Defessi Aeneadae q̃ proxima littora cursu Contẽdũt petere: & Lybiae vertunt ad oras. Laniata: ventis quassata. Virg. Quassatam ventis liceat subducere classem. Semirefecta: nõ plene instaurata. Exiguas moras: exiguum spatium moras di. Pro meritis: pro beneficiis in collatis. vt ipsa apud Maronem: Si bene quid de te merui. Si qua debebimus vltra. i. pręstare debebimus vltra haec q̃ iam pręstitimus: Pro spe coniugii. Virg. per connubia nostra per inceptos Hymenęos. Tempora parua peto: sic apud Virg. Tempus inane peto requiem, spatiũq; furori. Et amor dum temperat vsum. i. dum assuetudine amor sit tolerabilior. sic Virg. Dum mea me victam doceat fortuna dolere. amoris enim & fortunę iniuria & aduersitas vsu fit temperatior. Edisco, consuesco. Sin mi. i. si nõ subaudi pręstiteris hoc paruum tempus. Est animus: est firma dispositio. Effundere. vi. i. mori. Diu: quia cito moriar: & tua crudelitas non poterit nocere mihi mortuae. Imago: spẽs vel aspectus. Quae. s. qualis. Troicus: tuus quem mihi reliquisti. Vir. ensemque relictum. Strictum: nudum. Pro la. loco lachrymarum. Tinctus: maculatus. Quã be. irrisiue. Fato no. i. morti nostrę. Instruis: ornas. Nunc pri. quia etiam antea percussa sum. Ille lo. idest pectus meum. Vulnus amo. Virg. At regina graui iamdudum saucia cura, Vulnus alit venis. [illegible] so. commiseratione vertit sermonem ad Annam. quã dicit cito executuram funus eius. Male: quia mihi pdesse nequisti. Conscia cul. nã (vt est apud Virg.) ei amorem suum detexit. Anna fatebor enim miseri post fata Sichaei Coniugis &c. Culpae: amoris secundi mariti: quem culpam appellauit: vt Serui. voluit: quia antiquo ritu bis nuptae a sacerdotio repellebantur: sed melius placet culpam dici propter fidem non seruatam priori marito: vt apud Vir. Nec seruata fides cineri promissa Sichaeo. Iam: mox, cito. Vltima do. exequias quae & iusta dicuntur. Consumpta ro. i. cõbusta ignibus rogalibus. Nec insc. s. eli. s. vxor: nam in mulierũ epitaphiis scribebantur noia maritorũ suorũ. Luc. Liceat tumulo scripsisse Catonis Martia. nõ vult ergo inscribi vxor Sichaei: quia nõ fuit ei fida vxor. Hoc tñ: legit etiã tñ: & melius. i. solũmõ. Causam: quia decepit. Et ensem: quia reliquit ensem quo se interfecit. Ipsa: per se. Concidit: mortua est. sm fabulas Dido propter discessum Aeneae se interficit gladio, quẽ Aeneas reliqrat apud eã. licet Ser. dicat quod sm historiam: cũ Hiarbas Didonem vxorem petiuisset, & illa negasset: intulit bellum Carthagini: cuius timore, cũ cogeret a ciuibus: petiit vt ante placaret manes mariti: & exaedificata Pyra se in ignem pcipitauit: ob quam rem Dido. i. virago appellata est. nã proprie Elisa dicebatur. alii tñ dicunt eam Didonem. i. viraginem dictam: quia dux fuit tot viris secum euntibus: & vrbem in alieno solo condidit. vnde Virgilius de ea quasi per admirationem tanti animi dixit: Dux foemina facti.

Antiquorum mos. Exequiae quo alio nomie appellentur

ASCEN. Quodlibet esse feret: idest patietur quolibet: scilicet modo. Nota Afrum: more oratorio iuxta praeceptum [illegible]

cum aeque

cum æque validissima pateat argumenta nouissimo loco repetit.f.vt opportunã expectet nauigationẽ,ad quam se illi p futuram pollicet. Et amor dũ tẽperat vsum:sic quarto Aenei. Tẽpus inane peto,requiem spaciũq; furori:Dũ mea me victam doceat fortuna dolere.Quã bñ ꝯuenisset fato tua munera nostro. Aenei.iiii.Ex psona poetæ ꝯtra dr:Non hos quæsitum munus in vsus.feriunt telo:significat se percussam telo amoris, & pcutiẽdam a se telo letali. Ille locus : docte hoc excogitauit poeta.Nam solent sontes puniri & in hac vita in his mẽbris,qbus peccarunt,vt parasiti in ventre. vnde ingere in ventrẽ calces,inquit,Comicus.Vaniloqui in ore,sicut Ligus quidã apud Virg.lubrici amatores in oculis. vt in Eunucho patet. Menticulosi in precordiis : vt apud Homerum Thersites sceptro contra præcordia percussus. Amatrix ergo,quæ corde peccauit,corde vulnus susceptura est. Anna sororꝫ idem fere Aenei.quarto reperies,vnde supersedeo.

¶In octauam Epistolam Argumentum.



Antalꝰ Plote Nympha & Ioue genitorex Thaigete, seu(vt alii volũt)Pelope Niobẽ & Pelopẽ suscepit.Ex Pelope & Hippodamia Oenomai Lysidice,Atreus,Thyestes, & Plistenes nascunt.Ex Europa Plistenes Agamẽnonẽ & Menelaum genuit.Menelaus ex captiua Lydia Megapentum. Ex Helena Tyndari Hermionẽ. q̃q̃ Duris samius in expõne Lycophronis ex Theseo & Helena Hermionẽ natã tradit. Agamẽnõ ex Clytẽnestra filias habuit:quã & Iphianassam Lucretius appellat Chrisothemin:Laodicẽ: & electrã. Filios vero Aleson & Orestẽ.Tyndarus, cui Menelaus ad bellũ Troianũ maturãs,domũ cõmendarat.Oresti Hermionẽ despõdet : eãdẽ Menelaus in castris Pyrrho achillis filio collocat.inscius pacti cũ Oreste ꝯiugii, Sparthꝫ reuersus Pyrrho illam tradidit:Phthiã in Thessaliã,siue(vt alii volũt)i Epirũ ducit. sed cũ Pyrrhi ꝯnubiũ: atq; scelas nuptias odisset:Orestẽ vero & patruelẽ & ꝯiugẽ adamaret : cũ per nuncium mouet facile posse a Pyrrhi iniuria liberari. vnde Ouid.est ꝯmẽtꝰ Epi.nam post mřis cędẽ Orestes purgatꝰ furore Mycenis cõmorabat. intelligit Pyrrhum Delphos petisse Apollini vt gratularet:q n pr̃is cædẽ vindicasset : mittit exploratores:negãt reuersi Delphis esse.Orestes ipse profectus ad indagãdã rẽ Postridie rediit negocio pfecto nam paulopost cũ Pyrrhus trucidatꝰ reperit, vulgatꝰ est sermo id factũ esse Orestis insidiis qm̃ Hermionẽ ꝯfestim ad se recepit:ex q̃ filios suscepit Thisamenẽ,Corinthũ, & Orestem

ANTO.

Hermiõis ꝓsapia



Yrrhꝰ Achilleides:ex Achille, & Deidamia lycomedis scyriorꝫ regis natus est Neoptolemus quem a culpa Cesariæ Pyrrhũ nũcupatũ ferũ,Pli. q̃q̃ latini nři & maxime Ennius purrhũ duxerũt literæ commutatione. ¶Animosus : ex Homero est q semper Achillẽ magnanimũ appellat. est aiosus ai vehementis

Pyrrhꝰ qs cinus filiꝰ & vñ nomẽ traxit Aiosus qs dicatur

HERMIONE ORESTI.



Alloquor Hermione nuper fratrẽq;, virumq;:
Nunc fratrem, nomen coniugis alter habet.
Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris,
Inclusam contra iusq;,piũq; tenet.
Quod potui,renui,ne non inuita tenerer:
Cætera fœmineæ non valuere manus.
Quid facis Aeacide,non sum sine vindice,dixi:

& elatꝰ spũs. ꝑponit querelæ cãm. Pyrrhus,inquit,contra humana,diuinaq; iura me retinet. ¶Quod potui:ex violentia Pyrrhi sui cõmẽdat offm̃. ¶Cætera:aut euadere:aut illũ supare. ¶Manꝰ fœmineæ:excusatio a sexu,cum sim fœmina solo illi obstiti:cætera distuli corporis imbecillitate. ¶Quid fa.æaci.q̃li sit vsa obiurgatione commemorat. ¶Aeacide: æacus Iouis & Aeginę Asopi filꝰ ex Euclide scyronis tres filios,hũit,Peleum,Telamonẽ,& Phocũ.Ex Peleo & Thetide natus Achilles qui Pyrrhum ex Deidamia Lycomedis(vt diximus)genuit. ¶Non sum sine vindice:habeo q me possit ex hac cõtumelia liberare.vindex est q ex seruili conditione in libertatem vindicat.A vindice seruo ex vrbe Setia:qui qm̃ coniurationem vitelliorꝫ de reducẽdo Tarquio detexit,liberatus est.hinc & vindiciæ dñr suiæ,quæ in libertatem asserunt.

Yrrhus Achilleides. Hermione Menelai & Helenæ filia fuit : hęc admodũ puella a Tyndareo auo materno, Oresti Agamẽnonis filio: & patrueli suo desponsata est. Menelaus vero eius pater huius despõsionis ignarus eam Pyrrho despondit : qui tãdem a bello Troiano reuersus Oresti Hermionem rapuit: & eam per vim tenebat:cum illa mallet esse Orestis q̃ Pyrrhi vxor:quare Hermione scri.ad Orestem hanc Epistolã:qua eum rogat vt eam eripiat Pyrrho: & non patiatur eam esse in vinculis apud Pyrrhũ: & ita crudeliter tractari.adducit aũt rõnes plurimas:quare id facere debeat: & adducit ipsum Pyrrhũ in odiũ & inuidiã Oresti. & postremo adiurat se aut morituram: aut venturam in ꝯiugium Orestis:qđ qdẽ assecuta est.nã Orestes interfecto Pyrrho eã tãdem recepit: &(vt qbusdam placet) sociam in omnes casus eã habuit:ex qua ẽt Orestẽ filiũ suscepit. ¶Achilleides:filius Achillis : ei aũt quam nos in i longam vertimus:nunc poeta diuisit.a grõ enim Achillei Achilleides fecit non Achilleides, licet ẽt Achillides legi possit.dr aũt & Achilles: & Achilleus in nominatiuo.Natus est aũt Pyrrhus & Achille & Deidamia filia Lycomedis regi Scyri isulæ: quo pe Achilles apud eum sub puellari habitu educabatur. ¶Aiosus:audax,vel iracundus. ¶Imagine pa.Virgi.instat vi pr̃is Pyrrhus ¶Cõtra ius:cõtra humanas leges. ¶Cõtra piũ.i.cõtra religionẽ, & deorꝫ institutũ.nã pietas debet deis. ¶Ne:pro vt. ¶Quod po.i.q̃tum potui. ¶Renui.i.recusaui. ¶Inuita:contra:volũtatem, ¶Cætera:ꝑter tenuere, ¶Fœmineæ:ideo imbecilles. ¶Vindice:vel vltore:vel defensore. vt Luca.de Pompeio:Vindex q; senatus

HVBER. Argumentũ Eplæ Hermiõe Pyrrhus

Yrrhꝰ Achilleides &c.Nõnulli codices sic auspicant seu icipiũt : Alloquor Hermione nup frẽmq; virũq;,Nunc frẽm,nomen cõiugis alter habet. In qbus qdem versiculis vr phrasis Ouidiana, nec sunt a negocio abhorrentes In pricipio aũt narrationes cũ purgatiõe sui fatet violẽtiã sibi factã. Sed ab eo cui facile restitisse nõ potuit pyrrho vꝫ Achilli filio & imitator, addit tñ se illi restitisse q̃tenꝰ potuit. Nom Orestis: q̃si i eo pondꝰ sit terroris,

ASCEN.

¶ Præpetis dei cupidinem significat: quem alarum pernicitate impetere constat. dicimus enim pꝑpetes (vt Hyginus scripsit) aues in augurijs quæ priora impetunt, & si poetæ id aliter vsurpent. ¶ Tu mihi quod ma. pater es: contentio est per comparationem: ostenditq; Pyrrhum genere & rei militaris scientia ab Oreste superari. ¶ Dardanius partes: Pyrrhus, inquit, est in ea conditione qua Paris phrygius. Tu vero Menelai partes agas. ¶ Patris: Achillem significat. ¶ Parentis: potes, inquit, Agamẽnonis patris tui facta iactare, qui græcorum omnium in expeditione Troiana extitit imperator. ¶ Tãtalides: Agamẽnonem significat, quem a Tantalo originem ducere exposuimus. ¶ Hic: de Achille Pyrrhi patre intelligit.

ANTO.
Præpes q̃s fit & quæ aues ppe tes dicant.

Succubuit telis præpetis ipse Dei.
Quem sibi præmisit, genero amorem:
Proderit exemplo mater, amata suo.
Tu mihi, qđ matri pater es, quas gesserat olim
Dardanius partes aduena, Pyrrhus agit.
Ille licet patrijs sine fine superbiat actis:
Et tu, quæ referas facta parentis, habes.
Tantalides oẽs, ipsumq; regebat Achillem:
Hic pars militiæ, dux erat ille ducum.
Tu quoq; hẽs prauũ Pelopẽ, pelopisq; parentẽ:
Si melius numeres, a Ioue quintus eris.
Nec virtute cares, arma inuidiosa tulisti:
Sed tu quid faceres? induit illa patrem.
Materia vellem fortis meliore fuisses:
Non lecta est operi, sed data causa tuo.
Hanc tñ implesti, iuguloq; Aegystus aperto
Tecta cruentauit, quæ pater ante tuus.
Increpat Aeacides, laudẽq; in crimina vertit:
Et tamen aspectus sustinet ille meos.
Rũpor, & ora mihi pter cũ mente tumescunt
Pectoraq; inclusis ignibus vsta dolent.
Hermione coram quisq̃ ne obiecit Oresti?
Nec mihi sunt vires, nec ferus ensis adest.
Flere licet, certe flendo diffundimus iram:
Perq; sinus lachrymæ fluminis instar eunt.

¶ Quintus; a Ioue: Iuppiter (vt diximus) Tantalum. Tantalus Pelopem. Pelops Plisthenem. Plisthenes Agamẽnona. Agamẽnon Orestem genuit. ¶ Arma inuidiosa tulisti: confitetur in Oreste crimen. ¶ Sed tu quid faceres? defensio est a necessitate: cum mater interemisset Agamemnona: vt patrem vlcisceris necessarium fuit matrem perimere. apud Home. Protheus in Odyssea narrat Menelao Aegysthum in conuiuio Agamemnonem trucidasse. Tragici scribunt textam sine exitu Clytemnestram Agamemnoni tribuisse: his quoq; implicitum aggrediente Aegysto fuisse peremptum: quibus adstipulatur Ouid. cum dicit: induit illa patrem. Induit: textam, vt se indueret præbuit: qua implicitus iugulatus est. ¶ Materia meliore: honestiorem causam te habere voluissem. ¶ Non lecta est: non voluntate, sed necessitate contra tuos arma tulisti. ¶ Hanc tamen implesti: necessariam causam perfecisti: hoc est patris interitum vendicasti. Nam Orestes collecta ex creta & Athenis manu opitulante Stropho: cuius filia antea Aegysto nupserat contra Mycænos mouit exercitum: aberat Aegysthus captis Mycænis: Clytemnestram matrem peremit. deinde cum rediret Aegysthus: exceptis insidiis trucidatur. ¶ Tecta: paternam regiam vbi ipse prius patrem tuum peremerat. ¶ Vertit in crimina: accusat quod laudandum est facinus. ¶ Rumpor: vexor opprobrijs, quibus in te vtitur Pyrrhus cũ matris cædem obijcit. ¶ Quisquam ne obiecit: exprobatione vsus est. si possem, inquit, tua facinora tibi & impune exprobrasset nemo. ¶ Nec mihi sunt vires: excusatio a sexu.

Genealogia orestis
Agamẽnonis mors
Orestis ob patre iterfectũ vitio

¶ Succubuit: victus est. ¶ Præpetis: alitis: vel volucris, vt Virgil. præpetis omnia pennæ. ¶ Dei cupidinis. ¶ Genero: tibi. ¶ Mater: mea Helena. ¶ Suo exemplo: quia quod propter eam fecit pater, licebit tibi propter me facere. ¶ Tu mihi. i. sicut pater meus est legitimus maritus matri meæ Helenæ: ita tu mihi. ¶ Quas gesolim. i. sicut Paris non legitimus coniux erat matri meæ: sed raptor: ita & Pyrrhus agit eas ptes scilicet raptoris. ¶ Quas Dar. i. Paris. ¶ Olim: cum habebat apud se matrem meam. ¶ Partes: officia & nomina. ¶ Ille licet: conciliat sibi amorem Orestes præponendo cũ Pyrrho. ¶ Sine fi. infinitæ. ¶ Parentis. i. paternis. ¶ Et tu. i. etiam tu. ¶ Quæ refe. i. quæ possis memorare. ¶ Tãtalides. i. Agamẽnon. Ione repetitum patronymicum sicut ex superius cõmemorata genealogia patet. ¶ Ipsumq;: habet emphasim hoc pronomen. q. d. etiam ipsum Achillem: quo Pyrrhus tam superbit. ¶ Hic. s. Achilles. ¶ Erat pars militię. i. vnus ex militibus, & ducibus qui erant sub Agamẽnone. ¶ Ille: Agamẽnon pater tuus. ¶ Erat dux ducũ: qa oẽs duces ei parebant. Virgi. Ipse Mycæneus magnorum ductor Achiuũ. ¶ Prauũ: sicut supra ostendimus in ordine generis. ¶ Parentem Pelopis. i. Tantalum Hora. in i. car. Occidit & genitor Pelopis cõuiua deoꝝ. ¶ A Ioue: qa Iupiter genuit Tantalum. & sic eris quintus ab eo. ¶ Nec virtute: laudauit Hermione Orestẽ a nobilitate: nunc laudat a fortitudine. ¶ Virtute. i. fortitudine. nam in actis militaribus virtus pro fortitudine accipitur. ¶ Inuidiosa: odiosa: qa interfecisti matrem. ¶ Sed tu: excusatio matricidij Orestis. ¶ Quid face. q. d. nihil aliud q̃ quod fecisti. ¶ Induit il. pꝛem. i. dedit ei vestem supiori parte nõ aptam qua caput emittere nõ posset: qa implicatus & vxoris & adulteri manibus interfectus est. licet alij dicãt in cõuiuio interfectũ primo die quo domum redijt. Iune. Quippe ille dies auctoribus vltor pr̃is erat cæsi in media inter pocula. & idem ferro a Clytemnestra occisum sentit in fine Satyræ sextæ his verbis. Hoc tñ refert: qđ Tyndaris illa bipẽnẽ Insulã & fatuam dextra, læuaq; tenebat. & Virg. lib. xi. Ipse Mycæneus magnorum ductor Achiuum, Coniugis infandæ prima intra limina dextra. Oppetijt. ¶ Meliore: honestiore, q̃ cæde matris. ¶ Non lecta est: excusatio est q. d. non sponte: sed coactus hoc fecisti. ¶ Lecta. i. electa a te. ¶ Sed da. s. & scelere matris: & responso oraculi. ¶ Operi tuo. i. tua facto. s. matricidio. ¶ Implesti: perfecisti. ¶ Hãc. s. cãm tibi datã. ¶ Aegystus: adulter matris tuæ. ¶ Cruentauit: cruore suo fœdauit. ¶ Quę pa. tu. ante. s. cruentauerat. i. eisdem tectis eum interfecisti vbi ille pꝛem tuum interfecerat, & artificiose tacet cædem matris: & tantũmodo cædem adulteri cõmemorat. ¶ Aeacides: Pyrrhus pnepos Aeaci. nam Aeacus eius pauus est. ¶ Increpat. s. hoc factum tuum. ¶ Laudem. i. vltionem cædis paternæ quæ tibi laudi est. ¶ Vertit i crimina. i. incusat. & dicit homicidiũ esse. ¶ Et tñ. i. q̃uis ita de te male dicat. ¶ Sustinet me. aspe. i. patit̃ se a me videri, quã scit tibi esse vehementer affectam, & non posse male de te audire. ¶ Rũpor. s. dolore. ¶ Ora tumescũt cũ mente: qa ira tumidos homines facere videt̃. ¶ Vsta: ardẽtia. ¶ Ignibus inclusis: indignationibus q̃ tanq̃ ignes latentes pectus meum vrunt. Iuue. Quid referam q̃ta siccum iecur ardeat ira. ¶ Quisq̃ ne ob. pro q̃squã ne obijciet. i. q̃squã ne maledicet de Oreste in pñtia mea. ¶ Nec mi. sunt vi. i. nec possum vlcisci hanc iniuriã. ¶ Flere licet. i. possum solũ flere: & nõ aliter vindicare. ¶ Diffundimus: spargimus: & abijcimus iram flendo: qa (vt volunt Physici) plus lædit ira retenta & occultata q̃ si fletu effundat̃. ¶ Instar fluminis. i. valde abunde.

HVBER.
Mors Agamẽnonis
Physicũ de ira dictum
ASCEN.

¶ Quia succubuit telis pꝑpetis. i. pꝑpetibus pẽnis volãtes dei. s. amoris seu cupidinis. Ille licet: cõparat genus Orestis cum genere Pyrrhi, illiq; pꝛefert. Sed tu qđ faceres, induit illa pꝛem: purgat facinus Orestis quantum ad scelus nefandũ. & laudat quãtũ ad audaciã. Nõ iustũ fuisse cõcedit, vt q̃ pꝛem induerit tunica textili: quam camisiam vocant, sine orificio, seu exitu ea spe, vt nunq̃ eã exueret: sed in ea ab adultero interficeret̃, ẽt a quocunq; interfecta sit. Subtiliter aũt dicit illa. q. d. quæ meruit mori, subticens nomẽ mr̃is. Nõ lecta. i. delecta, aut electa, sed data. i. præter spem oblata. Et tñ aspectus. i. licet dãnet facinus tuum: tamen libenter videt me coniugem tuam. Rumpor & ora &c. dicit se rumpi dolore: atq; secum dicere, Obijcit ne quisquã Oresti coram Hermione. i. me: idest audet ne quisquam coram me obijcere marito tale crimen.

Has semper solas habeo:semperq; profundo
Hument incultæ fonte perenne genæ.
Hoc generis fatū,qđ nostros errat in annos,
Tantalides matres apta rapina sumus.
Non ego fluminei referam mendacia Cygni:
Nec querar in plumis delituisse Iouem:
Qua duo porrectus lōge freta distinet isthmos
Vecta peregrinis Hippodamia rotis.
Castori Amyclæo, & Amyclæo Polluci,
Reddita Mopsopia Tyndaris vrbe soror.
Tyndaris idæo trās æquora ab hospite rapta,
Argolicas pro se vertit in arma manus.
Vix eqdem memini(memini tñ)oia luctus:
Omnia solliciti plena timoris erant.
Flebat auus,flebatq; soror,fratresq; Gemelli,
Orabat superos Leda,suumq; Iouem.
Ipsa ego,non longos etiam nunc scissa capillos
Clamabam,sine me,me sine mater abis:

ANTO. ¶Profundo:largissime emisso. ¶Hument incultę:duo exprimit:& fleo & inculta sum. ¶Hoc generis fatū:qđ in gñe Tantali erat dānabile,fato iputat. ¶Errat in nfos annos:nra tempestate sæuit.i.qđ puellæ ex gñe Tantali rapiantur. ¶Fluminei Cygni:firmat ppositū exēplo maioꝝ:Iupiter in olorē mutatus Rānūtē euolauit:compressitq; Ledā: quæ & Nemesis dicta est:vt Crathes tragœdiaꝝ scriptor auctor est:quæ enixa est ouum:vnde Helena & Clytemnestra genitæ traduntur. ¶Qua duo porrectus:importunum exemplum.nam Hippodamia non est ex genere Tantaleo:Oenomaus Hippodamiæ pater elidis rex ex oraculo tulit:cum filia nuberet sibi exitium imminere: certamen proposuit ex equoꝝ cursibus. habebat enim equos velocissimos,Harpian,& Psylan: quos Myrtillus auriga regebat. Marmacas primus i certamē descēdit: victusq; pœnas dedit. Demum pelops corrupto Myrtillo Oenomaum superauit: Hippodamiam vxorem duxit:elidisq; regnum inuasit:totamq; regionem de se Pelopōnessum nuncupari voluit:vt auctor est hucydi. ¶Isthmos: de isthmo diximus: vbi ad Neptuni templum erat equorum cursus:vt scribit Dio. ¶Rotis peregrinis: curru Pelopeo quo post victoriā in pompa vecta est Hippodamia. Tantalus Pelopis pater Paphlagoniam tenuit:vnde profectus Pelops Pelopōnessum occupauit. ¶Castori Amyclæo: Theseū rapuisse Helenam reddidisseq; fratribus Polluci & Castori diximus. Amyclæ vrbs ē Laconiæ Tyndari regia. ¶Vrbe Mopsopia: Aphidnam atticæ vrbem intelligit:qua seruata est Helena a Theseo rapta. Mopsopia attica est a Mopso rege:vt Strabo testatur. ¶Tyndaris idæo ab hospite:Paridē intelligit:a quo raptam fuisse Helenam notum est. ¶Flebat auus: sollicitudinem domus in raptu Helenæ exprimit. Tyndarus,inquit,auus & Clytemnestra Helenæ soror, fratresq; Castor & Pollux erant solliciti.

Ledę a Ioue compressæ fabula / Hyppodamiæ fabu. / Pelopōnessus vñ nomē accepit / Tantalus vbi regnauerit / Helena inuiolata fri b⁹ reddita / Amyclæ vbi locorum sit

HVBER ¶Has:lachrymas. ¶Semper:qa nunq̄ cesso flere. ¶Profundo:emitto. ¶Hument:madefiunt. ¶Fonte.i.copia lachrymarum. ¶Perēne: iugi perpetuo. ¶Hoc generis fatum est: idest hoc est infortunium gentis domus nostræ:quod etiam ad meam ætatem peruenit: vt ex gente nostra omnes mulieres rapiamur a viris: sicut ego rapta sum nunc a Pyrrho.commemorat autem multas de genere suo raptas. ¶Matres:mulieres. ¶Tantalides:idest de genere Tantali. ¶Non ego:occupatio est rhetorica.dicit enim se nolle referre:cum tamen referat. ¶Mendacia: fictionem, talium figuram. ¶Cygni fluminei:habitantis iuxta flumina.nam Cygnus consanguineus Phaetontis:postq̄ Phaeton fulmine ... dio a Ioue consumptus est:in volucrem sui nominis ob dolorem mutatus:vt inquit,Ouid.lib.ii.Meta. Non se cæloq; Ioui Credit:vt iniuste missi memor ignis ab illo stagna petit patulosq; lacus:ignemq; perosus, Quæ colat, elegit contraria flumina flammis. ¶Delituisse:idest latuisse. ¶In plumis.i.in forma Cygni, nam Iupiter captus amore Ledæ vxoris Tyndari conuersus in Cygnum ad eam volauit:quæ(vt fabulæ tradunt)cum eum sinu excepisset:ille dicitur oua in eius gremio peperisse:ex quibus nati sunt Castor & Pollux, Helena & Clytemnestra. oua autem duo tantum fuisse dicuntur: ex quorum altero Castor & Pollux:ex altero Helena & Clytemnestra nati dicuntur. Hora.in arte Poetica: Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.idem in Epistolis: Castor gaudet equis: ouo prognatus eodem pugnis. Sunt qui velint non Cygnum sed Ledam ex compressu Iouis illa duo oua peperisse. ¶Qua duo:refert rapinam alterius Hippodamiæ fuit Oenomai regis Elidis & Pisæ:quam cum ob egregiam pulchritudinem multi vxorem peterēt: pater proposuit procis hanc legem:& durissimam conditionem:vt qui eam vellent curuli certamine cum ea contenderent: & qui victus esset capite puniretur:qui vicisset eam vxorem haberet.ad hoc certamen cum Pelops Tantali filius ex Phrygia venisset corrupto,Myrtillo Hippodamiæ auriga policitatione primi concubitus, victor euasit, nam Myrtillus axes currus cera dicitur texisse,quia postea calore liquefacta concidit currus:& hac fraude potitus est Pelops Hyppodamia cum vero Myrtillus peteret promissam mercedem a Pelope in mare præcipitatus est:,quod ab eius noie Myrtoū denominatum ferunt:sed hæc fabulosa.nam re vera: bello rapta est corrupto Myrtillo præfecto exercitus. ¶Qua duo: describit locum vbi rapta est Hyppodamia:videlicet in Achaia:quæ postea a Pelope,qui ibi regnauit, Peloponessus.i.Pelopis insula dicta est.nam (vt supra diximus) Isthmos est terra tenuis inter duo maria:& sunt duo Isthmi celebres: vnus in Achaia de quo nunc intelligit:& alter in Thracia. ¶Distinet.i.separat. ¶Rotis peregrinis.i.curru peregrino.nam (vt diximus) Pelops ex Phrygia venerat:inde Ouid.lib.ii.tristium: Quid nisi tantalides agitante cupidine currus: Pisæam Phrygiis vexit Eburnus equis. ¶Castori Amyclæo:dictum est supra Helenam in certamine Palæstræ a Theseo raptam fuisse:quę postea Castori & Polluci fratribus eam bello repetentibus reddita est:immo(vt quibusdā placet)vi recuperata: abducta etiam cum ea Aethra matre Thesei:quæ postea semper comes fuit Helenæ:vt in eius Epla ad Paridē intra patebit. ¶Amyclæo: ex Amyclis vrbe Laconiæ.Notandum est autē in quinta se de huius versus pro Dactylo esse spondæum:& in prima ... ba tertii pedis vocalem nec elidi,nec breuiari sequente vocali. ¶Tydaris: Helena. ¶Soror.s.Castoris & Pollucis. ¶Vrbe Mopsopia.i.Atheniensi.nā tres fuisse Mopsos scri. Stra.lib.ix,vnum vatem filium Iresiæ, alter fuit lapita argonautarum nauigationis comes:a quo oppidū Mopsiū in campo Pelasgiaco vocatum est. Tertius a quo atticam appellauere. Mopsopiam.alibi tamen eodem libro dicit eum Mopsopum appellatū:a qūo Mopsopii Athenienses dicti sunt.quod videtur verisimilius. ¶Tyndaris:narrat secundam rapinam Helenæ:quæ a Paride rapta & Troiam adducta belli Troiani causa extitit. ¶Idæo hospite:Paride troiano quem illa hospitio acceperat. ¶Vertit:mouit. ¶Pro se:pro recuperatione sua. ¶Vix equidem:dicit se fuisse admodum paruam.cum mater sua Helena rapta est,& enumerat quædam, quæ dicit subdere sibi memoriā eius rei. ¶Plena luctus.i.plena mœroris. ¶Solliciti:ab effectu dicit.i.facientis homines sollicitos.i.anxios. vt in prima Epistola:Res est solliciti plena timoris amor. ¶Auus:Tyndarus. ¶Soror: Clytēnestra soror Helenæ matris meæ. ¶Fratres gemelli.i.Castor & Pollux fratres meæ matris. ¶Leda:mater Helenæ. ¶Suum Iouem:a quo fuerat amata & oppressa. ¶Non longos.i.breues:quantos habent infantulæ. ¶Sine me,sine me,conduplicatio color rhetoricus.

Cygni fabula / Ledæ fabula / Hippodamia / Pelopōnessus / Isthmi quot sint / Helena illibata fratrib⁹ reddita / Amyclæ / Mopsi quot fuere a quo mopsiū oppidū appellatū ē & a quo attica mopsopia a quo athenienses

ASCEN. ¶FONTE perenne:licenter dixit. Nam nos tantum perenni dicimus. nec dixit perenne pro perenniter: quia perennis semper. Hoc generis fatum:reiicit in fatum culpam: vt & Helena prius. Hippodamia: licet de genere Tantali non fuis fuit tamen eius affinis: quia nurus & in familiam eius venit. vnde non est omnino alienum exemplum. Castori Amyclæo: Amyclæ ciuitas Oebaliæ, vnde rapta est Helena. Strab. in Achilleide: Soluerat Oebalio classem de littore

pastor

pastor Dardanus incautas blande populatus amyclas. erat aũt Helena rapta prius a Theseo q̃ a Paride. vnde dixerat in eius contemptum Oenone: Quæ toties rapta est, præbuit ipsa rapi. Recitat ergo raptam a Theseo & restitutam Castori & Polluci fratribus eius. Est autem versus licentiosus: factus tamen ad imitationem illius in Buco. Amphion Dircæus in Actæo Aracynto. & illius: Vale inquit Iola. Nam in dictione Castori non assumitẽ vocalis a vocali sequẽti: sed corripitur sicut ibi vale, inquit. sub ilio alto lib. v. Aeneidos. in amyclæo autem neq; assumitur, neq; corripitur. Nam o & a dactylus est sicut ibi Actæo Aracynto. Est præterea spondiacus: quia spondæum habet in quinto: qui pondus & mœrorẽ indicat. In vrbe Mopsopia. s. Aphidne. de qua in Oenone dictũ ẽ. soror. s. nõ Hermiones: quia eius mater erat, sed Castoris & Pollucis, quibus reddita est. Tyndaris. q. d. eadẽ rapta est a Paride. fratrei q; Gemelli: id recte di: sed inepte dixeris gemellos fratres: quia oẽs Gemelli fratres sunt, intelligit Castorem & Pollucẽ, qui secundum plurimos Geminos constituunt in cælo signum.

Nam coniux aberat, ne non pelopeia credar:
Ecce Neoptolemo præda parata fui.
Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus:
Damnare nati facta proterua parens:
Nec quõdã placuit, nec nunc placuisset Achilli
Abducta viduum coniuge flere virum.
Quæ mea cælestia iniuria fecit iniquos?
Quod ve mihi miseræ sidus obesse querar?
Parua, mea sine matre fui, pater arma gerebat:
Et duo, cum viuant, orba duobus eram.
Non tibi blãdicias primis mea mater in annis,
Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis:
Non sedi gremio sarcina grata tuo.
Non cultus tibi cura mei, nec pacta marito
Intraui Thalamos matre parente nouos.
Obuia pdieram reduci tibi (vera fatebor:)
Nec facies nobis nota parentis erat.
Te tñ esse Helenẽ, q; eras pulcherrima sensi:
Ipsa requirebas, quæ tua nata foret:
Pars hæc vna mihi coniux bene cessit Orestes:
Is quoq;, ni pro se pugnet, ademptus erit.
Pyrrhus hẽt captam, reduce, & victore parente.
Munus & hoc nobis diruta Troia dedit.

¶ Abetat coniux: Menelaus cretæ erat cum rapta est Helena: vt scri. Septimius. ¶ Ne nõ Pelopeia credar: vt sim & videar ex Pelopis gente. ¶ Parata præda: rapta sum a Pyrrho. ¶ Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus: Paris adiutus ab Apolline in tẽplo Achillem sagitta pede sauciatum peremit: licet alii in tumultu hoc dictũ dicant. ¶ Quondam: cum abducta Briseide ipse fleuit. ¶ Quæ mea cælestes: totius generis fatum hactenus, nunc suum querit. ¶ Quod sidus: Chaldæorum sententia est: vt vi siderum mortales benignius agant: & indigne vexentur. ¶ Parua mea sine matre: pathos ab ætate. ¶ Arma gerebat: erat Menelaus in bello Troiano. ¶ Incerto: balbo: & ambiguis verbis: quæ a pueris excidunt. ¶ Pacta marito: cum Oresti nupsisset. ¶ Marte parente: ex consuetudine loquitur. nam matres locabãt in Thalamis filias cum primum viris tradebantur. ¶ Reduci tibi. Herodo. ex Aegypto reductam esse Helenam contendit: quam post mortuum Menelaum Nicostratus & Megapenthus spartæ eiecerunt, Rhodum concessit ad Polyxo Tlepolemi vxorem veteri freta amicitia: ancillæ arbori illam suspenderunt: quoniam causam belli Troiani dederat: in quo fuerat Tlepolemus trucidatus. ¶ Nec facies nobis: vide q̃ fuerit parua Hermione cum rapta fuit Helena: hinc licet aspicere: vt a matre filia cum rediret, vtrinq; non cognoscerentur. ¶ Pars hæc vna mihi: vt videatur omnino destituta: id quod iuuaret solum in tot erumnis ablatum esse demonstrat. ¶ Captam: inuidiose contra Pyrrhum protulit: vt ardentius excitet Orestem. ¶ Hoc munus: vt victrix captiua sit.

ANTO.

Achillis interitus

Necessitate siderum mortales ducuntur

Helenę sugatexilid & mors miserabilis

¶ CONIux. scilicet matris meæ: idest Menelaus. ¶ Aberat: ierat enim in Cretam. ¶ Ne non: addit nunc s supradictis: quas dixit fuisse raptas. ¶ Ne non: idest vt. ¶ Credat Pelopeia, idest de genere Pelopis, nam dixit supra: Tantalides matres apta rapina sumus. ¶ Neoptolemo: idest Pyrrho: qui ita dictus est: quasi nouus pugnator. nam νέος græce nouum significat. πόλεμος. idest bellum. ¶ Pelides, idest Achilles pater Pyrrhi. ¶ Vtinam vitasset arcus: idest vtinam nunquam fuisset interfectus: quia si viueret, culparet factum filii qui alienam vxorem vult rapere. Apollinis autem arcus dixit: non quod re vera Apollo eum sagittis interemerit: sed quod in eius templo sit interfectus. Nam cum Thetis Achillem infantem in aquam stygis infernæ tinxisset, toto corpore præter partem pedis, qua eum tenebat, eum immersit in aquam: vt apud Statium legimus. Si te stygis amne seuero Armaui: totumq; vtinam. fuit inuulnerabilis omni parte corporis, quæ aqua tincta fuerat. Sed cum captus amore Polyxenæ filiæ Priami constituisset, vt eam caperet in templo Apollinis: Paris post simulachrum latens: in partem pedis quæ erat vulnerabilis: quia non fuerat tincta aqua stygis: directa sagitta eum occidit: inde fictum est quod tenente Apolline arcum Paris direxit tela: vt apud Virgil. lib. v. Phœbe graues Troiæ semper miserate labores, Dardana qui paridis direxti tela: manusq; Corpus in Aeacidæ. ¶ Damnaret: culparet. ¶ Nec nunc placuisset: legendum est nunc: ne si legatur nõ ex duabus negationibus fit sensus contrarius. ¶ Quæ admi. quasi dicat nescio. ¶ Iniquos inimicos & aduersos. ¶ Quod sidus? quia vitæ conditionem qualitate siderum nobis afferri tradunt. Iuuena. Distat enim Quæ sidera te excipiant modo primos incipientem Edere vagitus, & adhuc de matre iubentem. ¶ Parua: ecce commemorat sua infortunia. ¶ Parua: infantula: quo tempore debueram maxime apud eam educari. ¶ Ferebat arma: idest gerebat bella. ¶ Cum viuant: idest quamuis sint viui. ¶ Orba: priuata. i. eram orphana. ¶ Non tibi: dicit se caruisse iis iucunditatibus: quas aliæ puellæ habere solent in infantia: quæ & parentes delectant: & ab eis in gremio tenentur. ¶ Incerto ore: incertis verbis: quia infantes nondum sciunt bene exprimere verba. ¶ Captaui: amplexata sum. ¶ Grata sarcina, idest gratum onus. ¶ Cultus mei: sicut aliæ matres solent habere curam cultus suarum filiarum. ¶ Pacta desponsata. ¶ Matre parante: vt est mos. ¶ Prodieram: exieram. ¶ Reduci: reuertenti a Troia. ¶ Parentis: idest matris meæ. ¶ Sensi: cognoui: iudicaui. ¶ Quod: idest quia. ¶ Pulcherrima: valde pulchra. ¶ Ipsa: idest tu. ¶ Quæ foret nata: quia etiam tu non cognoscebas me. ¶ Pars hæc: enumeratis multis infelicitatibus suis: dicit Hermione se tantum non fuisse fœlicem in hoc: q; Orestem coniugem sortita sit. ¶ Hæc vna: idest sola, scilicet. ¶ Orestes coniux: idest datus mihi maritus. ¶ Bene cessit: euenit: quia in reliquis sui infelix. ¶ Is: Orestes. ¶ Pro se: scilicet ne adimatur mihi. ¶ Pyrrhus habet: conquestio est de audacia Pyrrhi: qui post victoriam Menelai: & reditum in patriam teneat Hermionem captiuam. ¶ Et munus ah nobis: idest Troia ah non est ad vtilitatem nostram destructa. alius codex habet: munus & hoc nobis diruta Troia fuit: idest hanc vtilitatem habeo quod Troia sit diruta. siue autem fuit siue dedit legatur idem est sensus.

HVBER.

Pyrrhus vñ nomen Neoptolemi accepit

Aechilles ĩterfectus

Sidetũ motus hoi necessarius

¶ APOLLINIS arcus: sic Virgilius Aenei. Phœbe graues Troiæ semper miserate labores, Dardana qui Paridis direxti tela, manusq;. Quæ mea cælestes: de se specialiter querelas præfert: q; ab ineunte ætate misera fuerit & parentibus ad huc viuis orba. Nam mater rapta fuit: & pater pro ea repetenda apud Troiam. graphice autem enumerat matrum in filias officia. Te tamen esse Helenam, q; eras pulcherrima sensi: Donatus dicit Helenam tam pulchram fuisse, vt omnes pulchræ ab ea postmodum Helenæ nuncupatæ sint.

ASCEN.

ANTO. Sol quam obrē titan dictus est. Pyrrhus vbi locorum natus fuerit. Scyron insula q̃ sit.

¶ Eqs altus Titan: pathos a tpe. Titā Sol dictus est: qm̄ a titanibus ducit originē. ſ Malo li. validiore & maiori. vñ dicimus maiorē ad dicēdū rōnē. Solicitor, inqt, die, noctuq́ validius. ſ Pro ſ. Loculi nō dormiunt: ſed p somno succurrūt lachrymæ. ſ Malis. scā malas tāgo: q̃ horridæ sunt. ſ Scyria mē. cōtumeliose dictū est in Pyrrhū: q i Scyro insula natus est ex furtiuo cōcubitu. est enim Scyros insula cōtra magnesiā: nobilis ob Lycomedis cū achille affinitatē, & Pyrrhū illic educatū. ſ Manus pol. q̃ virū nō legitimū tetigerūt. ſ Errorē v. vox q̃ errat p omine hr̄ sp̄ĩ de actione cito ad Orestem rediturā ominet. ſ Per genus infelix oro: colligit ppositū iureiurādo. ſ Genus infelix: hoc pp matrū Tātalidū rapinā dicit. ſ Gnis pa. Iouē signat: a quo Tantalū natū diximus. ſ Quæ tibi debēt: nā fortiter p̃us necē vltus ē Orestes, & mře Clytēnestra & Aegisto trucidatis. ſ Aut e. p̄. sestina morte opprimar. ſ Tātalidæ: Orestē dicit, qui a Tātalo genus traxit, & ego inquit, cum sim ex genere Tantaleo eiusdem generis viro nubere decreui.

Cum tñ altus equis titan radiantibus instar,
Per fruor infelix liberiore malo,
Nox vbi me Thalamis vlulātē, & acerba gemētē
Condidit, in mœsto procubuiq́ toro.
Pro somno lachrymis oculi funguntˀ obortis:
Quaq́ licet fugio, sicut ab hoste viro.
Sæpe malis stupeo, rerumq́ oblita, locíq́,
ignara tetigi Scyria membra manu.
Vtq́ nefas sensi, male corpora tacta relinquo:
Et mihi pollutas credor habere manus.
Sæpe Neoptolemi pro nomine, nomen Orestis
Exit, & errorem vocis, vt omen amo.
Per genus infelix oro, generisq́ parentem,
Qui freta, qui terras, & sua regna quatit.
Per patris ossa tui, patrui, mihi, quæ tibi debent,
Quæ se sub tumulo fortiter vlta iacent.
Aut ego præmoriar, primoq́ extinguar in æuo:
Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero.

HVBER. Nomē pro aduerbio sæpissime ponitur. Pyrrhus vbi natus sit. Pyrrhi mors.

¶ Cū tñ. dicit q licet oi tpe sit i magno mœrore: tñ minus angitur q̃ nocte: nā p totā noctē dicit se flere. ſ Titā. i. Sol. ſ Altus autē. i. est in sūmo cæli. ſ Radiantibus: splendentibus. ſ Malo. i. dolore. ſ Liberiore: mitiore: & minus vrgente me. ſ Acerba: pro acerbe. nomen pro aduerbio. sicut Rauca sonans amnis. ſ Funguntur ſa. pro somn. i. cum debent dormire lachrymantur. ſ Qua licet. i. q̃tum possũ. ſ A viro: a Pyrrho. ſ Stupeo: careo sensu. & exanimor. ſ Oblita rerum & loci. i. quæ non recordor quid faciam: aut vbi sim. ſ Ignara: non aduertente. ſ Scyria membra. i. membra Pyrrhi qui natus ē in scyro insula vbi regnauit Lycomedes: vt supra diximus. ſ Vt: postq̃. ſ Sensi ne. i. sensi me tetigisse illum quem nolebam. ſ Credor mihi. i. videor mihi. ſ Pollutas. i. fœdatas eius contactu. ſ Sæpe. Neoptolemi: dicit Hermione se tm̄ hr̄e cordi Orestē: quod cum velit noiare Pyrrhū sæpe pro Pyrrho nominat Orestem. ſ Error. mi q. i. te p eo vocem. ſ Vt. i. tanq̃. ſ Omē. i. auguriū fœlix. qa puto id mihi cōtingere: qa aliqñ sim futura tua. ſ Per genus: nunc adiurat Orestem vt eam recuperet. ſ Parentem gñis. i. Iouē patrem Tantali, vnde genus nostrum est. ſ Et sua regna. i. cœlum. Nam Iupiter oia regit. ſ Patris tui: Agamemnonis. ſ Patrui mihi. quia fuit frater patris mei. ſ Debent ti. i. sunt obligata. ſ Vlta: vindicata. s. a te, interfectis Aegisto & matre tua: a quibus ipse interfectus fuit. ſ Præmoriar. i. moriar ante tēpus. ſ Ego tantalis: quæ sum de genere Tantali. ſ Tantalidæ. i. tu, qui & ipse es de eodem genere. Orestes interfecto Pyrrho tandem recepit Hermionem: ex qua suscepit filium nomine Orestem. a quo Orestæ populi dicti sunt.

Orestes iunior a quo oresti populi dicti sunt cuius filius fuerit.

ASCEN. ¶ Cum tamen altus equis &c. Non dixero liberiore: idest validiore malo: quia longe alius est sensus. Vult enim dicere, quod Sole oriente cum inter populos versetur minus angatur, q̃ sub noctē, quia (vt Maro dicit Aeneidos quarto) Sub nocte cura recursat. quinetiā Physica ratione comprehenditur omnes morbos ingrauescere occidēte Sole, & leuari eo oriente. Dicam ergo malo liberiore: idest minus premente, & magis liberam permittente, vt sit ordo: Tamen: idest tametsi multis malis angar. quum: idest quando. Titan: idest Sol, qui vnus est de Titanibus, instar equis radiātibus: idest vehitur. altus: idest sublimis, ego infelix perfruor. i. etiam pro fructu fungor. malo scilicet doloris & curarum. liberiore: idest magis liberam permittente & minus stringente. sed vbi nox acerba (nisi sit gementem acerba pro acerbe) condidit: idest abscondit me vlulantem & gementem. quia scilicet coniugem non inuenit. Thalamis scilicet meis: idest cubili meo: & procubui in mœsto toro. i. ego mœsta in toro mœstam iacentem. tunc sub. oculi mei funguntur lachrymis obortis: idest præter intentionem ortis. pro somno: idest loco somni, & fugio a viro, scilicet Pyrrho sicut ab hoste. Qua: idest qua parte, aut qua ratione, aut quatenus licet. Nam quaq́ duæ sunt partes: idest & qua ignara manu. idest ipsa ignara putans Orestem contingere contingo membra Scyria: idest ipsius Pyrrhi in Scyro Lycomedis insula ex Deidamia geniti. Sæpe malis stupeo: male interpretatur superior dicens: cum malas tango: quæ horridæ sunt. Nam malæ vnde per diminutionem maxillæ prima longa ab omnibus ponitur: vt Aeneidos tertio: Ambesas subigat malis consumere mensas. dic ergo: ego stupeo. i. hebetor, & quasi stolida fio: hoc est alienor & abstrahor a ratione & memoria. Sæpe malis: idest propter mala quæ perpetior. ſ Per genus: claudit Epistolam cum obsecratione pondus votorum continente.

¶ In nonam Epistolam argumentum.

Hercules quot fuere

DIodorus tres tm̄ Hercules vĩ fuisse asserere: sed q diligētius hoc scrutati sunt sex fuisse repererūt. Antiquissimum ex Ioue antiqssimo & Lysto natū (Nā ioues ēt plures fuisse legimˀ) quē cōcertauisse cū Apolline de tripode accepimus. Alter tradit: Nilo natus Aegyptius, quē aiūt Phrygias lras cōscripsisse. Tertius e ex Idæis Dactylis: cui inferias afferūt. Quartus Iouis filius ē ex asterie latonę sorore: q̃ Tyri colūt, filiāq́ habuit noie Carthaginē. Quintus in India: q & Belus dr̄. Sextus ex Alcmena & Ioue tertio genitus: cui gesta aliorū assignantˀ, Deianiram habuit vxorē. Nā dimissa Megara Creōtis Thebani filia, quā vxorē duxerat, Iolē Euryti petijt in cōiugiū, cū denegaret in Aetoliā venit: vbi Deianirā Oenei ex Althea duxit vxorē. deinde memor despectū cōiugij cōtra Eurytū, Toxeū: Milionem, & Pythiū mouit exercitū, Oechaliā vrbē abstulit, illos pemit. Iolē rapuit: cuius amore adeo flagrauit: vt ex ea pateret quod cū Omphale ppessus ē. Sacrificaturus igiť ob victoriā in mōte ceneo. puerū Lycā ad Deianira in Trachinā vrbē misit: vt vestē q̃ in sacris vtebaƭ, afferret. Deianira īfectā oleo & sanguine centauri Nessi dederat. id. n. suaserat Nessus faciedū cum in traiectu Eueni fluminis ab Hercule sagittis cōfossus ē, si de illius amore dubitasset. Dubitabat. n. ne Ioles amore ipsam cōtēneret. Hercules cū vestē tetigisset veneno afflatus, lēta tabe cōsumebaƭ. Actus in furorē Lycā in mare pcit. Lycam & Iolaū delphos de se sciscitatū ad oraculū misit. Retulerūt vt i Oeta mōte Pyra cōstrueret. De reliqs Iouis curā relinqret. Cōstructā ipse cōscēdit: philoctetes ignē admouit. cū reliqas nihil repissent, cælū ascēdisse existimarūt. Iuno pcite Ioue lectū cōscēdit, Herculē vestibus tectū pinde ac pareret emulie qđ i adoptionē barbari diu seruarūt: Habē quoq́ filiā vxorē dedit. Menœcius actoris filius opōte bœotię oppido prius Herculi sacrificauit, Tauro, capto, & Ariete. Deianira cū de viri fato excepisset, cōmemoratis iniurijs: quas ab Hercule passa sit, facinus purgare nitiƭ Eplā: vt nō vino: sed vt ad amorē illū reuocaret id fecisse videatur: querelas habet crebertimas: quales eam decent: quæ de suspendio deliberat.

Oechalia vrbs ab hercule expugnata. Lycæ mors

¶ Gratulor



ANTO.

Ratulor Oechaliā titulis accedere nřis. Principiū ex duoꝝ affectuū lætitiæ: mœrorisq; pugna q̄ furibūda fuerit Deianira indicat: Sed cū mœror lætitiā superaret: reꝝ q̄s turpiter Hercules gesiit otiū exprobratio. ſ Gratulor: gratulari siue diis: siue hoībus: q nobis bñficia fuerūt in successu: aut nřo: aut alioꝝ ē: cū laudibus festiuitatē ondere. oriť. n. ex lætitia gratulatio, vt ex dolore q̄rimonia. ſ Victæ: ad Iolē hoc refert: cui⁹ amo te cū Hercules teneref: visus filasse dř. ſ Oechaliā: Oechalias plures fuisse legimus i Thessalia: Arcadiaq;: & Euboea: sed q̄ Euriti fuerit: ambigūt veteres. Diodo. quæ i Euboea ē fuisse scribit. Alii vero Thessalicā, quā cū cœpisset

Gratulari quid sit & quid gratulatio



Hercules, interemptis Euriti liberis (vt diximus) Iolem rapuit. ſ Victæ: captam Iolem intelligit: quā Hercules amauit. ſ Fama decolor: cōtaminata. translatio ab infecto panno. ſ Inficianda: negandas & quæ factis prioribus minime conueniret. ſ Quem nun iu. ecce quod maximum est vnde tot querelæ nascantur: vt post multa facta ingētia puellæ succubuerit: nā apud Iolē dř Hercules filasse. & q̄ apud Omphalē Lydiā tulisse fert. Dio. eadem apud hanc exercuisse.

Oechaliæ quot fuerint & vbi locorum

Ioles quæ fuerit

Vbi hercules filauerit

HVBER



Ratulor: Hercules multis, & magnis laboribus: qui sibi ab Euristheo Iunonis nomine imperati fuerant functus: cum in Pheneo arcadiæ oppido quinquennium fuisset: inde sponte discedēs Aetoliam profectus: atq; cum nondum legitimam prolem: nec vxore haberet, Deianiram Oenei filiam iā defuncto Meleagro sibi desponsatam vxorem accepit: sed triennio post Deianiræ nuptias cū Eurynomū puerū ministrū paruo errore lapsum pugno percussum occidisset inuitus: dolore perculsus Calidone recessit cum Deianira vxore: & Hyllo puero ex ea suscepto: scū in itinere ad Euenum flumē venisset, repperit Nessum cētaurū viatores pretio flumen trāsuehētē. Qui cū Deianirā transuexisset: eā violare conatus est: cū Hercules in alia ripa eēt: qua viri opē implorāte, Hercules eū sagitta trāsfixit. Ille ne moreret inultus, pollicitus est Deianiræ: se medicamentū traditurū: quo nullam aliam, pter se mulierē Hercu. vnq̄ appeteret: iussit itaq;: vt oleo cū sanguine ex vulnere suo, & sagitta defluēte cōmixto Herculis tunicā vngeret: sic enim fore: vt nullā aliā mulierē pter se appeteret: cū Nessus expirasset: illa clā Herculi: qđ erat mādatū effecit. Hercules aliq̄to post Oechaliā venit: & cōtra Euriti regis Oechaliæ filios: qm̄ Iolen sororē suā añ ei pmissam vxorē negauerant, exercitū duxit: auxiliariibusq; arcadibus: q eū ex Pheneo descēdētē secuti erāt, vrbe expugnata Euriti filios occidit: & cū Iole captiua ex Euboea in mōtē Ceneū pfectus est: ibi sacra facturus. Lychā autē famulū domesticū clā ad Deianirā in Thrachinā, vbi eā reliq̄rat: misit: vt ei vestē q̄ in sacris vti consueuerat, afferret. Deianira vero: amore Ioles pcepto: cupiens se omnibus amore pferri, tunicā iuxta Cētauri cōsiliū tinctā: Lychæ rei inscio, Herculi deferēdā tradidit: q̄ Hercules indutus medicamenti vi paulati inualescēre, maximo dolore tortū cœpit. itaq; Lychā vestis latorē pmū occidit: ac morbo quotidie magis inualescēte Lyciniū & Iolaū Delphos ad Appollinē misit: vt morbi remedia sciscitarēt: oraculū iussit Herculē ferri cū apparatu bellico in Oetā mōtē: ibiq; ppe eū ingentē strui Pyrā: de reliquis Ioui curā fore: qui cum Iolao erant iussa Apollinis exequentes: quod futurum erat suspicabantur: Hercules desperata salute in Pyram cōscendit: solus Philoctetes in gratiā sagittarū, quas ei Hercules reliquit: Pyrā incendit: subitoq; fulminibus circūcadētibus, pyra exusta est: accedente Iolao vt ossa colligeret: nullo penitus reperto creditū est Herculem ad deos translatum: eiq; vt Heroi sacra quædam instituta sunt. interea anteq̄ moreretur: cū magna vi veneni vexaret: Deianira Calamitate Herculis stupefacta: cum eām tanti mali a se pfectā sciret: laqueo vitā finiuisse dř: sed poeta nūc fingit Deianirā anteq̄ se interficeret scripsisse: ad Herculē cōquerens qđ turpi amore Ioles succubuerit: & a legitimo alienatus sit. deinde interscribendū fingit eam accepisse nunciū de calamitate Herculis: quē grauissimo dolore torqueri audierat pp tunicam a se missam: itaq; postq̄ excusauit se pp amorē hoc fecisse, affirmat se esse moriturā. ſ Gratulor: lætor. ſ Oechaliam: vrbem Eubeę: in qua regnauit Euritus. licet. Stra. dicat esse in Thessalia, in Euboea, & in Arcadia. hanc expugnauit Hercules pp Iolē sibi negatam: vt supra diximus: & eius fratres interfecit: atq; (vt alii volunt) etiā patrē. ſ Accedere: adiungi. ſ Nostris titulis: nostris victoriis & laudibus. nostris aūt dixit: qa laudes mariti ēē suas existimat. ſ Victorem. s. te. ſ Succubuisse: victum fuisse. ſ Victę. s. Iolę. ſ Pelasgiadas: græcas. ſ Decolor: turpis. ſ Inficiāda. i. neganda. nam inficiari negare sigñat: vñ inficiæ tm̄ pluralis numeri: quo nomine vtimur cum eo: vt eo inficias. i. nego. & tu is ificias &c. ſ Iuno: quæ semper conata est te opprimere. ſ Series ordo & numerus. nā plurimos labo͛res passus est. ſ Huic. s. tibi. ſ Imposuisse iugum. i. domuisse te. tractum a bobus. est aūt ordo: fama decolor &c. venit Iolem imposuisse iugum huic quem Iuno & immensa series laborum nunq̄ fregerit.

Pars laborum herculis

Herculis mors

Deianiræ suspendiū

Oechalia

Inficiari

DEIANIRA HERCVLI.



Ittor ad Alciden a coniuge conscia mentis
Littera, si coniux Deianira sua est.
Gratulor Oechaliam titulis accedere nostris:
Victorem victæ succubuisse queror.
Fama pelasgiadas subito peruenit in vrbes
Decolor, & factis inficianda tuis.
Quem nunquam Iuno, seriesq; immensa laborum
Fregerit, huic Iolen imposuisse iugum.

ASCEN.

Ratulor Oechaliam: huic quoq; Epistolæ in nonnullis codicibus præmittitur hoc distichon: Mittor ad Alcidē a cōiuge cōscia mētis lra, si coniux Deianira sua est. Cuius ordo est: ego litera. i. Epistola cōscia mētis. i. ppositi & intentionis animi. mittor ad Alciden. i. ad Herculē. a cōiuge. i. vxore eius. si Deianira est cōiux sua. ver; credo Ouidianum non esse: quia mala est reciprocatio: si coniux Deianira sua est. dicendum est enim eius: sed id versus non patitur. Titulis nostris: quia gloriæ mariti particeps est cōiux. ſ Fama pelasgicas: melius sit q̄ pelasgiadas: quia nulla necessitas cogit pro possessiuo patronymico abuti. Iolen non Iolem: vt versus indicat: quia ab e fit en: non em in acto.

ANTO. ¶ Hoc ve. Eury. vitupat factũ ex volũtate aduersariorũ: quid aliud inqt Eurystheus & Iuno cupiũt: q̃ vt te deprimãt, & facti nouitate supiora deformẽt. Ate Iouis nuncia Iunonis mentẽ turbauit: vt scri. Home. nã in cõcilio deorũ illũ iactare coegit, eo die ex suo gñe foret: vt nasceref argis: q finitimus imperaret: qd cũ iureiurãdo firmasset: Iuno in terrã descendit, argos petit, Alcmenæ partũ distulit. Sthenelii ex Perseo nati vxorẽ: septẽ tñ mensiũ fœtũ Eurystheũ edere coegit: rem deinde Ioui detulit: q Ate cælo pepulit: & Herculẽ Eurystheo seruire iussit: cui (vt pmiserat) argiuorũ regnũ datũ est. ¶ Labe vitæ: viuendi dedecore: & ptinet in trãslatione. Est. n. labes: quæ casu subito leuia inficit. ¶ At nõ ille v. sermonẽ suspẽdas. non, inqt, talẽ te p̃stas. ¶ Non vna nox. si Diodo. credimus ex tribus noctibus vnã fecit Iupiter, vt Herculẽ conciperet: ideo Plautinus Sosia in Amphitriõe fabula putat nocturnum obdormiuisse ebrium, solemq; in conuiuiis cõmoratum plusculum: cũ noctem illã longiorem sero vidisset. ¶ Sustulit: nomẽ dedit. Trãslatio est ab his qui in summo loco siti vndiq; circunspectant. ¶ Respice vin. ponit ante oculos priora vt comparatione p̃tis vituperet factũ. ¶ Vindicibus pacatum: monstris liberatũ: & quasi ex seruitute in libertatẽ assertũ. ducta translatione a seruis: qui vindicta liberant. ¶ Nereus: orbẽ terrarũ intelligit: quẽ in medio aq̃ positũ instar insulæ scri. Plat. ¶ Solis vtrãq; domũ: i Oriẽte & Occidẽte esse scribũt. ¶ Cęlũ prius ipse tulisti: Hercules cælũ humeris sustinuisse traditur: qm postq̃ a Piratis quos Busiris miserat, raptas Hesperidas Atlãti restituit: ab illo edoctus est astrologiã, ipseq; in Græciã primus spheram attulit. ¶ Fulsit: sustinuit. ¶ Noticia: nois amplitudo: quo verbo in culice vtitur Virg. Noticiæq; ducis voces. ¶ Geminos an Plautino carmine notũ est infantẽ Herculẽ in cunis duos a Iunone missos angues apprehensis vtriusq; faucib⁹ trucidasse. ¶ Dignus Io. vt Iouis filius diceretis. ¶ Cœpisti me. cõmendatius egisti infantiam q̃ virilitatẽ. ¶ Vltima: quæ aguntur matura ætate. ¶ Cedunt: iferiora sunt. ¶ Primis: ætate puerili gestis. ¶ Dissimiles: nõ conueniunt. gesta sunt enim p ætate dissimilia. ¶ Quẽ non mi. fe. Hyperbole vtit. ¶ Stheneleius ho. Eurystheũ Stheneli filiũ significat: quẽ diximus certamina Herculi superãda præponere. ¶ At bene nupta feror: ironia est. ¶ Sitq; s. de Ioue intelligit: cui fulgura assignamus.

Fomẽtum odii Iunonis in Herculem
Labes qd
Iupiter Herculem generat
Serui qũo liberabant
Quãobrẽ Hercules cælum sustinuisse dictus sit
Herculi certamina pponebat Eurysthe⁹

Hoc velit Eurystheus, velit hoc germana tonantis:
  Lætaq; sit vitæ labe nouerca tuæ.
Ad non ille venis, cui nox (si creditur) vna:
  Non tanti, vt tantus conciperere fuit.
Plus tibi, q̃ Iuno nocuit Venus, illa premendo
  Sustulit, hæc humili sub pede colla tenet.
Respice vindicibus pacatum viribus orbem:
  Qua latam Nereus cærulus ambit humum.
Se tibi pax terræ, tibi se tota æquora debent:
  Implesti meritis Solis vtranq; domum.
Quod te laturum est cælum, prius ipse tulisti:
  Hercule supposito sidera fulsit Atlas.
Quid nisi notitia est misero quæsita pudori?
  Si cumulas stupri facta priora nota?
Te ne ferunt geminos pressisse tenaciter angues,
  Cum tener in cunis iam Ioue dignus eras.
Cœpisti melius, q̃ desinis. vltima primis
  Cedunt. dissimiles hic vir, & ille puer.
Quem nõ mille feræ, quem non Stheneleios hostis,
  Non potuit Iuno vincere, vincit amor.
At bene nupta feror, quia nominor Herculis vxor:
  Sitq; socer rapidis qui tonat altus equis.

HVBER ¶ Hoc ve. q. d. facis quod placet inimicis tuis: quia cum cupiant tuum dedecus: gaudent quod a muliere sis subiugatus. ¶ Eurystheus: rex qui tibi labores iperat. ¶ Germana to. Iuno soror Iouis q tonans dr: quia & tonitrua ciet: & fulmina mittit. ¶ Sit. i. erit. ¶ Nouerca: ipsa Iuno quæ est nouerca tua. nã Hercules filius fuit Iouis ex Alcmena. ¶ Labe: macula: turpitudine. alias ponitur pro ruina a labendo vt apud Virg. lib. ii. Aenei. Hinc mihi prima mali labes. ¶ At non: increpat ipsum quod nõ rñdeat spei: quæ de eo fuit hñda qa nõ vna nocte gñari potuit: sed coniunctis tribus noctibus simul: vt fabulæ tradunt: ex quo debuit esse vitæ magis admirandæ. ¶ Nõ ve. nõ exhibes te: nõ appares. ¶ Ille: talis. ¶ Cui: quali. ¶ Vna: solum quia geminata est nox. ¶ Nõ tu. tã. i. nõ suffecit. ¶ Vt con. i. vt gñareris. ¶ Tãtus: tã magnus: tã fortis. ¶ Illa. s. Iuno. ¶ Sustulit: exaltauit. ¶ Premendo: dum premit. ¶ Hæc. s. Venus. ¶ Respice: considera. ¶ Pacatũ: pacificatũ. ¶ Vindicibus: defensoribus vel vltricibus. nã Hercules ad tollenda monstra quæ in qualibet parte orbis terraꝝ nocebant hominibus ppendebat. inde Luca. Terras mõstris: æquorq; leuãtẽ Magnanimũ Alcydẽ Libycas excivit in oras. & Virg. lib. viii. Nã maximus vltor, Tergemini nece Geryonis: spoliisq; superbus Alcides aderat. ¶ Qua la. i. p totũ orbẽ terraꝝ. ¶ Nereus. i. Oceanus. pro suit enim deũ p mari. Oceanus autẽ circuit ipsam terrã. Ouid. pri. Meta. Tum freta diffudit: rapidisq; tumescere ventis iussit: & ambitæ circundare littora terræ. ¶ Pax terræ. i. terra pacata a te. ¶ Debet se tibi. i. tibi est obligata: & pax est pperte. cauendũ est aũt ne legatur pars, terræ, qa cõtrariũ esset quod dixit superius: quã latã Nereus &c. ¶ Vtrãq; domum solis. i. Orientẽ, & Occidentem. ¶ Meritis: bñficiis tuis. ¶ Tulisti: humeris sustinuisti. ¶ Quod est laturũ ter qa tuis virtutibus es ascensurus cælũ. ¶ Hercule: ferunt enim fabulæ Herculẽ pro Atlante cælum sustinuisse: quod ideo fictũ est: qa ei successit in astrologia. ¶ Fulsit: sustentauit. ¶ Quid nisi: sensus est: qd tibi cõparasti p hæc tua clara facta: nisi vt nunc magis cognoscatur dedecus tuum. ¶ Quid. s. est quæsitũ. ¶ Nisi est quæsita notitia. i. cognitio. ¶ Pudori: dedecori tuo. nam quo aliquis clarior est: si qd turpe facit: eo magis cognoscitur eius turpitudo. Iuue. Omne animi vitiũ tanto conspectius in se Crimẽ habet: quanto maior qui peccat habetur. ¶ Si cumulas: auges. ¶ Nota: macula: vitio. ¶ Stupri: adulterii & libidinis. i. si factis tuis prioribus claris & magnis addis nunc turpitudinẽ libidinis. ¶ Te ne ferunt: te hẽt. emphasim. q. d. q nũc es tam turpis & infamis. ¶ Tenaciter: fortiter. nã (vt fabulis traditur) Alcmene Herculem & Iphiclũ: peperit: sed Herculẽ ex Ioue, Iphiclum ex Amphitrione marito genitũ. Sed cũ Iuno duos serpẽtes immisisset Herculi, Iphiclus de cunis terrore lapsus suo vagitu excitauit parẽtes: q cũ surrexissent, viderunt Herculẽ ambabus manibus angentem angues nouercalibus odiis immissos. Inde Vir. Vt prima nouercæ Mõstra manu, geminosq; pmens eliserit angues. ¶ Dignus Ioue: q posses videri genitus a Ioue, nõ aũt a mortali. ¶ Quã desinis. i. q̃ finis. ¶ Cedũt. sunt minora. ¶ Hic vir. i. hæc tua ætas virilis. ¶ Et ille puer. i. tu ille puer, qui hæc fecisti. i. illa tua ætas puerilis. ¶ Dissimiles. s. sunt. ¶ Stheneleius hostis. i. Eurystheus Stheneli filius. ¶ Hostis: tuus. ¶ Amor vincit: quod est tibi turpissimũ. ¶ At bene: obiectio. ¶ Herculis: quasi magni viri, & filii Iouis.

Iupiter q̃re tonãs dictus sit
Labes improprie
Oceanus quid sit
Hercules astronomus
Iphiclus cuius filius fuerit
Serpentes ab hercule trucidati

ASCEN. ¶ Hoc velit Eurystheus: imitatio est illius Aenei. ii. Hoc Ithachus velit: & magno mereñt atridæ. At nõ ille. Ordo est At. i. d. tu nõ venis ille. i. talis & tãtus. sicut Aene. ii. Hei mihi q̃lis erat, q̃tũ mutatus ab illo Hectore &c. cui (si credit. sic Vir. Si credere dignũ est) vna nox nõ fuit tãti. i. nõ visa tãti eẽ momẽti vt sufficeret vt tu cõciperere. tãtus eẽ. i. q esses tam magnus. Sustulit. i. sursum tulit & erexit. Nã nisi Iuno nouerca Herculẽ exercuisset, nunq̃ tantus fuisset habitus. Respice vindicibus: significat turpe eẽ, vt qui cætera vicerit mundi monstra, a muliere victus succũbat. vires aũt vindices vocat. quia mundũ a seruitute monstroꝝ in libertatẽ vindicauerat: quasi vindicta. i. virga p̃toria. vnde patet: quia vindex: iudex: & similia cõmunis generis. Vtrãq; domũ Solis: & Orientalẽ & Occidẽtalẽ. nã Sol vtrobiq; habitare videtur vulgo. Quid nisi notitia est: vnde Iuue. Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet: quanto qui peccat maior habetur.

¶ Quam

ANTO.

¶ Quã ma.inæqua.similitudine ironiã pbat. ¶ Minor: quæ genere aut re maiorũ virtute est inferior. ¶ Nõ ho.est.sed onus: locus est qui violẽta diffinitio dr.est, ingt, puellis dãno pstare forma: qm ea est: q illas pstantioribus cõciliat: & cõiugio iūgit. ¶ Spẽs: formæ decor. ¶ Nube pa.nõ maiori. ¶ Vir mihi semp ab.incũmoda sui cõiugii exprimit. ¶ Operata: opari dicimur, cũ sacrorũ mysteria tractamus. Habeo, ingt, vota cũ sacris pro salute coniugis. ¶ Inter fer.pathos a somniis. ¶ Iactor: vexor: Vexant me in somniis mõstra. ¶ Petita: aio agitata. ¶ Arcana nocte: q est maxima curarũ nutrix. ¶ Aucupor: diligenti inquisitione scrutor. trãslatio ab aucupibus. ¶ Murmura: qd de Hercule ferat: cũ nihil certi hẽamus. ¶ Speq; timor du.cum dubiũ sit qcqd affert, ɔflictamur iter spẽ & metũ. ¶ Mater: Alcmenam signãt: q phinei, quæ est arcadũ vrbs, pcul ab Hrcule degebat: ad quã cũ Iphyclo, & Iolao eiecerat Eurystheus: cũ Her.postq̃ Eurytionem cẽtaurũ trucidauit tyrinthũ redit. ¶ Pr. Amphitrio.is est quẽ cũ Cephalo cõtra Theleboas & Thaphios pugnasse meminit Stra. ¶ Hyllus: filius Herculis ex Deianira: quos oẽs in exiliũ miserat Eurystheus. ¶ Arbiter Eurysteus. itelligimus qd Eurystheus de ira Iunõis iudicet: q te (vt illi obtẽperet) qbuscũq; expõit mõstris. ¶ Lõga: q cũ tot laboribus nõ mitigat. ¶ Peregrinos addis amores: redit ad id qd in cã pprĩũ ẽ: nõ: ingt, me tot icõmoda vexãt: sed qd aliarũ puellarũ ɔsuetudie nr torꝰ violat. ¶ Quælibet: nullo adhibito iudicio: i; p libidis furor cuiusq; vteris lecto. ¶ Nõ ego p. Hercules cũ hospitaret apud Aloeũ arcadiæ regẽ: eiꝰ filiã clã stuprauit: pr te cognita nautis qbusdã mergẽdã dedit: vrgẽte ptu ad Partheniũ arcadiæ mõtẽ exposita: iter virgulta puerũ pepit: sed ipsa ad nauẽ reddit: relicto ifante: ad Ennapliũ arcadiæ portũ cũ descendisset: nautæ Puellã dono dederũt qbusdã mercatoribus i Asiã pfecturis: q illã Teuthrãto mysiæ regi detulerũt: expositũ infantẽ cerua nutriuit: pastores cũ illũ inuenissent: ad Corytũ regẽ tulerũt: qui puerũ loco filii educauit: & qm a cerua nutritꝰ sit: Telephus ẽ appellatꝰ.

Operari quid sit

Phineis vrbs vbi locorũ sit

Amphitrio quis fuerit

Telephi fabula cuiꝰ filiꝰ fuerit & ipsiꝰ fabula

Partheniꝰ mõs vbi locorum sit

Astidamia q̃ fuerit & qualiter ab hercule rapta.

Quã male inæquales veniũt ad aratra iuuenci:
Tam pmitur magno coniuge nupta minor:
Non honor est, sed onus, spẽs læsura ferentes:
Si qua voles apte nubere, nube pari.
Vir mihi semp abest, & coniuge notior hospes:
Monstraq; terribiles persequiturq; feras.
Ipsa domo vidua votis operata pudicis
Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat.
Inter serpentes, aprosq;, auidosq; leones
Iactor, & hesuros cerno per ossa canes.
Me pecudũ fibræ, simulachraq; inania somni,
Ominaq; arcana nocte petita mouent.
Aucupor infelix incertæ murmura famæ:
Speq; timor dubia, spesq; timore cadit.
Mater abest, queriturq; deo placuisse potenti.
Nec pater amphitriõ, nec puer Hyllus adest.
Arbiter Euristhæus iræ Iunonis iniquæ
Sentitur nobis: iraq; longa deæ est.
Hæc mihi ferre parũ est, pegrinos addis amores
Et mater de te quælibet esse potest.
Non ego parthenus temeratã vallibus Augẽ:

HVBER

¶ Quã male: rñdet obiectioni dicẽs nõ esse cõueniẽs mrimonium vbi vir sit maior vxore. est aũt snia ad psonã loquẽtẽ accõmodata. nã Mart. contra sentit oportere vxorẽ inferiorẽ esse viro: Inferior matrona suo sit Prisce marito: Nõ aliter fiunt fœmina, virq; pares. ¶ Quã male: p similitudinẽ pbat incõueniẽtiã amoris sui. ¶ Inæquales: aut ætate: aut magnitudine & robore corporis. ¶ Veniunt.i.cõueniunt. ¶ Nupta: vxor. ¶ Minor: inferior conditione generis & fortunæ. ¶ Non honor est: sententia est color rhetoricus. ¶ Spẽs.i.dignitas. ¶ Ferentes: hñtes ipsam spẽm. Sed onus: sicut mihi est onus, q sim vxor tanti viri: cum tñ te non fruar: non honor est: sed onus. annominatio est color rhetoricus. ¶ Si qua vo. sententia generalis. ¶ Pari: æquali tibi & ætate: & conditione fortunæ. ¶ Hospes: peregrinus. ¶ Est notior coniuge: quia video sæpius hospites: q̃ maritum meum. ¶ Monstra: vt Lernæam: Hydram: & cerberum: & Bacũ, de quo Virg. Huic mõstro vulcanus erat pater. monstrum enim dicitur quicquid est præter naturã. ¶ Feras terri. vt aprum Erymanteum: & leonẽ nemeum. ¶ Operata: intẽta: sacrificãs. nam operari proprie est sacrificia perficere. Virg. lib. iii. Aenei. Aruisq; nouis operata iuuẽtus. idẽ primo Georg. In primis venerare deos: atq; annua magnæ Sacra refer Cereri lætis operatus in herbis. Hora. Prodeat iustis operata sacris. Iuue. Et matutinis operatur festa lucernis. operando: hoc est sacrificando colit. indocti ponunt pro agere qd vis generaliter. in quo significato nunq̃ inueni exẽplum idoneũ. ¶ Torqueor: crucior. ¶ Cadat: interficiatur. ¶ Ab h. aut homine: aut fera. ¶ Iactor: versor. s. cogitatione, quia cogito hæc pericula in quibus ille versatur: & videor esse in eisdẽ periculis: quod accidit amãtibus. Virg. de Gallo ad Lycorida: quæ erat in castris. Nunc insanus amor duri me Martis in armis: Tela inter media: atq; aduersos detinet hostes. ¶ Hæsuros per ossa.i. aggressuros te. nã hæsurus hic ab hæreo venit: non ab edo. ¶ Me pecudum: dicit se multis modis terreri pp pericula Herculis. ¶ Fibræ pecu.i. exta quæ inspicio: vt intelligã qd sit de te futurum: hæc enim ars haruspicina dicebat: inspiciebãt autẽ pcipue fibras iecinorũ, siue extorũ & pulmonũ. Iuue. Calido pulmone columbæ Armenius tracto: vel cõmagenus haruspex, Pectora pullorũ rimantur & exta catelli: Interdum & pueri. Luca. lib. pri. Cernit tabe iecur madidum: venasq; minaces. Hostili de pte videt pulmonis haneli Fibra latet. Virg. lib. iiii. Aenei. Pecudũq; reclusis Pectoribus inhiãs spirantia cõsulit exta. ¶ Simulachra inania: figuræ sine corpore. ¶ Omina: auguria. ¶ Petita: capta. ¶ Mouent: terrent me. ¶ Aucupor: inquiro percunctando multos. ¶ Murmura.i. voces. ¶ Famæ incertæ. s. de te. ¶ Speq; timor.i. interdum spes vincit timorẽ: quẽ habeo de te. interdũ timor vincit spem. ¶ Mater abest: dicit quod in absentia Hercu. nõ habet aliquẽ: qui eam cõsolet. ¶ Mater. s. tua Alcmena. ¶ Abest. s. hic. erat enim Deianira in Trachine vbi regnauit Ceyx quando scripsit hanc Epi. ¶ Deo po.i. Ioui. ¶ Pater. s. tuus. ¶ Puer.i. filius nr. ¶ Arbiter Eu.i. cum omnes alii desint, solus Euris. sentit a me: quia quotidie nouos tibi imponit labores: qbus me torqueri necesse est. arbiter dr q totius alicuius iudicii habet potẽtiã. inde arbiter dr qui hẽt auctoritatẽ alicuius rei. ergo arbiter.i. executor. voluntate enim Iunonis labores Herculi impabat vt supra diximus. Virg. Et terrũ mille labores Rege sub Eurystheo. ¶ Sentit: quasi pernicio sus: nam sentimus pprie q nos lædunt. Lẽta.i. longa, & diu durans. ¶ Parũ est: nõ sufficit. ¶ Ferre hæc.i. pati hos dolores, & timores de periculis vitæ tuæ. ¶ Peregrinos.i. peregrinarũ mulierũ. Quælibet.i. quis mulier. nã iã nulla est, quã non tenes. ¶ De te.i. ex cõpressu & coitu tuo. ¶ Nõ ego: cõmemorat quasdã puellas: quas dicit fuisse cõpressas & violatas ab Hercu. est aũt occupatio. dicit.n. se nõ esse dicturã: cum maxime dicat. ¶ Augẽ: sic legẽdũ est: nõ aũt anguẽ. fuit aũt auge Aloei regis Arcadiæ filia ab Her. cõpressa: ex quo grauida facta pepit filiũ: q postea Telephꝰ dictus ẽ. aũ vero q̃ pareret aloeus eiꝰ pr cognito tumore vẽtris filiæ: nõ credẽs eã grauidã ex Her. tradidit eã cuidã nautæ mergẽdã: illa naui iposita doloribꝰ ptus vrgẽtibus, impetrauit: vt in terrã exponeret: tanq̃ ad rẽ necessariã: & filiũ apud ptheniũ mõtẽ in q̃dã silua pepit. deinde misericordia nautæ salutẽ pter spẽ ptis cõsecuta, data ẽ dono qbusdã ex Caria i Asiã pficiscẽtibꝰ qa eã Teuthrãti mysiæ regi dono dederũt: ifans a pastoribus Corythi, regis apud ptheniũ reprꝰ ẽ: cui cerua vbera pbebat: quẽ postea Corythus p filio educauit: & Thelephi nomẽ ei iposuit: q a cerua nutritꝰ eẽt. nã elephos græce ceruũ & ceruã signãt. hĩ postea q̃rẽs matrẽ accepto rñso in Mysiã venit, vbi iuẽta mre apud Theuthrãrẽ cognitꝰ cuius eẽt filiꝰ in magno honore hitus ẽ Theutras filiis masculis carẽs, ei argiopẽ filiã despõsauit: & regni successorẽ reliqt: q postea tpe belli Troiani volens resistere græcis ne trãsirẽt p Mysiã ab Achille grauiter vulneratus est: quo vulnere cũ nõ posset sanari: accepto rñso ab Apolli

Tria monstra ab hercule mactata

Monstrũ quid sit

Trachine vbi ceyx regnauit

quid sit Arbiter qa dicatur

Sentire qd sit

Auge q̃ sit & q ex ea natꝰ fuerit

Telephus vñ nomen accepit

Astidamia Thespiensis regio a quo denominata est

nerab eodē Achillē iterū vulnerat⁹ sanatus est.ide Ouid.in pri.de Remedio: Vulnus Achilleo q̄ quōdā fecerat hosti: Vulneris auxiliū pelias hasta tulit. Stra.li.xiii. variat opinionē huius fabulæ. ¶ Temeratā: viciatam. ¶ Parthenus: arcadicis.

ASCEN. ¶ Quā male inæquales: cōparatiue: & sine figura: & fit licite in tribus gradib⁹: vt q̄ bonus tā prudēs.i.q̄tū bon⁹, tm̄ prudens. q̄ magis illa tremēs, tāto magis effera flāmis, q̄ maxie potes, tā maxime debes deo cōplacere.i. vt maxime ita &c. Si qua voles apte nubere nube pari: isigne cōsiliū. Opata: opari, & facere cū p se ponunt p excellētiā rebus sacris attribuunt & signant sacrificare. vt: Cū faciā vitula p frugib⁹: ipse venito. & Opata iuuctus i Geor. Nec puer.i. filius Hyllus.s. noie. erat eni filius Herculis ex Deianira. Historiæ satis aptę sunt supra. Nō ego Parthenius &c. cōmemorat Herculis adulteria. Parthenus mōs est Arcadiæ, in quo virgines venare solēt. vñ eis nomē sumpsit. nā παρθένος virgo dicit. augē añt vocat filiā Aloei, q partū suū dereliquit. vnde temeratam.i. violatā dixit genere fœminino.

ANTO. ¶ Ormeni Nympha: astidamiā signat Ormeni filiā: quā cū pr̄ Herculi negasset: Hercules expugnata vrbe, & interēpto Ormeno puellā rapuit: & ex ea Tesippū filiū tulit. ¶ Theutrantia turba: quinquaginta thespis Ericthei Atheniēsis filias intelligit: q̄s Hercules vna nocte stuprauit: cū pr̄ ad sacra vocatus astu vino nimio ingurgitatus iaceret: ex qbus quinquaginta liberos genuit: q Thespiadæ sunt cognominati. ex his duo Thebis: septē Thespijs mãsere. Reliq, duce Iolao, i Sardiniā nauigarūt: vbi cāpestri loco Coloniā duxerūt. turbā theuthrātiā, nō a Mysiæ rege theutrāto (vt aliq putarūt) appellauit: sed a Theutrāto Acticæ oppido: vbi pictura visebaẗ admirāda: vt hæc ab Hercule gesta sunt. ad quā visendā germanicus Cæsar suo carmine descēdisse testaẗ. ¶ Refert adultera: de Omphale Iardanæ filia Lydorū regina dicit: apud quā Hercules seruiuit. Nā cū Iphitū ex turri Tyrinthia pcipitasset. cæde purgari nō posse ex oraculo tulerat: nisi venderetur pretioq Iphiti liberis satisfieret: venditus Omphale in seruitio latronibus regionē purgauit. Cecropes trucidauit. Syleum, qui viatores ad opus vinearum cogebat, ligone sustulit: demum factus liber ex Omphale filiū Lamum genuit vt Diodo. Auctor est. ¶ Lamo Lydo: qui ex Lyda Omphale natus est. ¶ Mæander toties: Mæander fluuius inter Myletum: prienemq egreditur: discurrit per Phrygiam: separat a Caria Lydiam ad campos, qui Mæandri dicuntur: flexuosum ideo Stra. scri. esse qm̄ multum accipiat limi: & vario impetu mō ad hāc, mō ad aliam adiiciat ripā: vñ obliquātes omnes Mæandrū veteres appellarūt. ¶ Suspēsa monilia: Hercules (vt Diodo. placet) apud Omphalē p ancilla interdū seruiuit: clauā: leonis pellē, arcū, sagittasq Omphale cōcessit gestare: ipse vero monilia, gemmas, mitrā, zonam, cæteraq mulieᵮ gestamina sumpsit: neuitq interdū. ¶ Auro: manicas aureas phrygum, Lydorumq gestamen. ¶ Toris solidis: brachiis fortibus: solon lingua Oscoᵮ integrum dici Verrius auctor est: vnde solum & solidū. ¶ Pestis Nemeæa: leonem quem in Nemeæa silua interemit Hercules intelligit hospitatus apud Molorchum pastorē. ¶ Tegmina: leonis pelle sinistrum humerum tegebat: victoriæ monumentum. ¶ Mitra: barbarorum ornamentum: ex qua pendebant fasciolæ: quæ philyra dicebantur: qm̄ filiorum instar dependerent. ¶ Populus alba: est & aliud genus: quæ nigra est: vt scribit Plinius est alba populus Herculi sacra: qua sacrificantes huic deo coronabantur.

Nec referam partus Ormeni nympha tuos.
Nec tibi crimē erūt, Theutrantia turba sorores
Quarum de populo nulla relicta tibi est.
Vna recens crimen refertur adultera nobis.
Vnde ego sum Lydo facta nouerca Lamo.
Mæander, toties qui terris errat in iisdem,
Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas,
Vidit in herculeo suspensa monilia collo,
Illo, cui cælum sarcina parua fuit.
Non puduit fortes auro cohibere lacertos?
Et solidis gemmas apposuisse toris?
Nempe sub his animam pestis nemeça lacertis
Edidit, vnde humerus tegmina læuus hēt.
Ausus es hirsutos mitra redimire capillos?
Aptior Herculeæ populus alba comæ.

¶ Ormeni nympha: Astidamiā dicit filiā Ormeni regis: quā cū Hercules dari sibi cōiugē petiuisset, pater renuit sciēs eum hře Deianirā, Hercules idignatus regi bellū intulit: captaq vrbe, ac rege interfecto Astidamiā captā vitiauit: genuitq ex ea Ctesippū filiū. Dio. scri. ¶ Nec ti. cri. e.i. nec ēt crimini a me tibi dabiẗ: quod tot sorores compresseris. ¶ Theutrātia tur. miror cur qdā thestitia turba legēdū putēt: nisi librarioᵮ (qd̄ magis credo) culpa sit: nā nō thestius vel thestitius sed thespis Atheniēsis (vt Diod. scri. a quo thespiēsis regio denoiata est). l. filias ex pluribus fœminis genuit: quas oēs Hercules adhuc puer: sed robore p̄stās cōpressit: & ex eis. l. genuit filios oēs mares: q thespiades dicti sunt: quos p Iolaū in colonias transmisit: sed cur dixerit theutrantia turba nō satis cōpertū hēo: cum Theutras regnauerit in Mysia: nisi Hercules etiā in Mysia, siue Theutrātia regione fortasse aľs sorores cōpressent: licet nihil apud quēq legaẗ qd̄ meminerim: sed oīa aut nō sunt mandata lr̄is: aut nō extāt: quāobrē nō ausim textū corrūpere. ¶ Vna recēs: nō de Iole itelligit: sed de Omphale lydorū regina: cui Hercules ita seruisse dr̄: vt oia faceret: q̄ ipa iussisset. vñ Terē. i Eunucho: Qui min⁹ huic, q̄ Hercules seruiuit Omphale: ex hac genuit Hercules lamū filiū: vñ nūc dicit Deianira. ¶ Vñ ex q̄ Omphale. ¶ Sū fa. nouer. la. qa cū sim vxor tua ille est factus priuignus me⁹. ¶ Lydo: ex Lydia: vt diximus. Lydi sunt ppl̄i Asiæ: q aliqn̄ Mæonii dicti sūt: neq vllo pacto intelligendū est de Iole: qa ex ea nō suscepit lamū: neq ex Lydia aut Mæonia fuit: sicut hāc fuisse oñdit: cū Herculē seruisse dicit. ¶ Mæander: fluuius Lydiæ: aut (vt Ser. dicit) Cariæ: q̄ est vicina Lydiæ. ¶ Qui errat. i. labit, & vagaẗ. ¶ Toties: sæpius: qa ita flexuosus ē: vt in se videaẗ recurrere. ¶ Retorqu. t. refl. ctit. ¶ Monilia: ornamenta muliebria: quæ (teste Seruio) ēt segmēta dnr̄, q̄ tm̄modo mulierib⁹ cōueniebāt. inde Iuuenalis virū obiurgat qd̄ segmēta induat: Segmēta: & lōgos habitus: & flāmea sumit &c. ¶ Illo. s. collo. ¶ Parua sarcina: paruū onus: quia sustinuisset ēt maius. ¶ Non puduit: pluribus verbis vituperat Herculem de hac mollitie. ¶ Cohibere: astringere. ¶ Solidis: fortibus. ¶ Toris. i. torosis. i. pulposis & neruosis membris. Persius: Multūq torosa iuuectus. ¶ Nempe. ostēdit turpissimū esse exornare molli & lasciuo habitu brachia: quæ res magnas: & dignas laude gesserunt: quales sunt quas cōmemorat. ¶ Pestis Nemeæa. i. leo Nemeæus: quem interfecisti. in cuius facti memoriā gestas pellē ipsius leonis. ¶ Læuus humerus. i. sinister. nam humerum dextrum ferebat Hercules exertum & detectum: vt esset expeditior. ¶ Nemeæa: vt scri. Stra. silua est inter Cleonas: & phliuntem. in qua argiui sacra faciebant: vbi Hercules Nemeæum leonem occidit: quem interdum poetæ appellant Cleonæum: a Cleone oppido Nemeæ siluæ propinquo. Lucanus: Ille Cleonæi proiecit terga leonis. ¶ Mitra (teste Seruio) nomen barbarū est Pileus incuruus de quo pendebat buccaᵮ tegmen: quo vtebantur Lydii & Phrygii. Iuue. Ite qbus grata est picta lupa barbara mitra: cōueniebat añt mulieribus præcipue: aut viris mollioribus & effœminatis. Virg. Et nūc ille Paris cum semiuiro comitatu Mæonia mentum mitra, crinēq madētem Subnixus &c. ¶ Redimire. i. ornare. i. addere redimicula: quæ ex mitra pēdebant. inde Virg. lib. ix. Et tunicæ manicas: & habent redimicula mitræ. ¶ Populus. i. corona populea.

ASCEN. ¶ Ormeni Nympha: vocatiuus est nois patronymici. Nam declinaẗ: hæc Ormenis huius Ormenidos &c. o Ormeni: & fit a noie Ormenus Ormeni addēdo. s. Fam. est añt Astidamia Ormeni filia. Vna recēs crimē referet adultera nobis. referet. i. recēsebit nobis. i. a nobis. nec stat versus si legaẗ refert. lege ergo referet. vt sit sensus: omissis aliis dicam de vna adultera: q̄ crimen recens cōmisit, sed εμφατικως dicit eā crimen non criminosam: sicut comicus scelestū scelus: & senē senū vocat.

¶ Zona

Teutrārū oppidum vbi locoᵮ fuerit
Quār picturā herculis gesta cōtinetē q̄ apud theutrātū oppidū fuit germanic⁹ cæsar visēdā concessit
Mæander fluuius qs sit & quo labatur
Phrygū & lydoᵮ gestamen qd̄ fuerit
Solō oscorū lingua quid sit
Vbi hercules leonem iterēmerit
HVBER.
Thespiēsium fabula
Thespiades q fuere
Theutres vbi regnauerit
Lamū & Omphale Herculis sustulit
Lydi alio noie Mæonii qui sint
Mæander vbi locoᵮ sit
Segmēta q̄ ornamēta sint
Leo nemeus q & cleoneus
Herculis habitus

ANTO.

¶Zona Mæonia:cingulo fœmineo more lydo.¶Imago crudi Diomedis:is est qui in Thracia ad Tiridā oppidū cæsis hospitibus equos alebat:q̄ pœna ipm Hercules mulctauit:equos domuit:& ad Alexādri tpa illoꝝ genus superfuit.¶Busiris:Neptuni & Libyæ Epaphi filius in Aegypto in locis Nilo vicinis tyrannidem exercuit:hospites mactabat. Hercules ipm pemit cū ex Africa in Aegyptū pmearet.¶In isto cultu:qui nō ad viros: sed ad mollissimas puellas cōueniret . ¶Eras pu.puderet Busiridē fateri se victū in tāta mollicie. ¶Antæus: hūc terræ filiū tradūt.qd iō veteres finxisse scri. Eusebius: qm̄ esset palæstræ,certaminūq̄,q̄ in terra exercent, peritissimus: Hercules altius sublatū pemit. ¶Detrahat:si fieri posset, detrahere conaret.¶Puellas Ioniacas: Omphales,Lydiæ, pedissequas.Ioniæ Asiæ,ps minoris.Mæonia,Ionia,Lydia, Mygdonia iūgunt adeo:vt vix assignari possint limites: vt Stra.meminit. vn̄ poetæ hæc noia cōfundere ɔsueuerūt.¶Calathū:q̄liū,siue q̄sillū significat:quo puellę & vnguēta,& lanas recōdūt.¶Repēdis: i idē pōdus filās deducis.¶Scuticę tre.ha.ex corio scutica fiebat ad verberādos seruos.nā σκυτος latine coriū iterp̄tamur.¶Dissimulāda:q̄ in eo habitu erāt tacēda. ¶Hydros elisos: infantē Herculē angues geminos trucidasse scripsim⁹.¶Vt tegeę⁹ ap:aprū ex arcadia viuū ad eurystheū ptulit:quo mōstro pterrit⁹ in ęreo vase se clausit. Tegea Arcadiæ oppidū.¶Erymāthus:in Erymātho Arcadiæ monte ap,q regionē vastabat,stabulari ɔsueuerat.¶Affixa pe.ora:Diomedes thraciæ rex hospitū ora,quos apponebat eqs deuorādos, postibus affigebat.¶Prodigiūq; tri.de Geryone itelligit: quē tricorpore fuisse tradūt:qd iō fictū eē scri. Dio.qm̄ Chrisaur⁹ tres hūerit filios fortissimos pugnatores cū trib⁹ exercitib⁹ qb⁹ singulari certamine supatis Hercules, boues in Italiā abegit . ¶Iberi: Hispani.in Hispania regnauit Geryō.¶In trib⁹ vn⁹ erat:erat Geryō vn⁹ ex tribus corpib⁹.¶Inq; ca.to.cerbeꝝ ab iferis traxisse Herculē in fabulis est. Eccatheus milesius scri. serpētē fuisse i tænaro laconię pmōtorio:cui⁹ veneno mortales extinguebant: & qm̄ in tænaro ad iferos df eē aditus ditis canē dixerūt:quē cū Hercules trucidasset:nata est Fab.Herculē canē tricipitē iteremisse. ¶Implicitis an.nā pro pilis angues hēbat. & iō centū geminū cerbeꝝ Horatius appellat.

Ionia q̄ regio sit
Calathus quid sit
Scutica q̄ materia fiebat
Ap q̄r ab Hercule captus fuerit
Tegeę oppidū vbi locoꝝ sie
Erymāth⁹ mons vbinam sit
Diomedis feritas

Nec te Mæonia,la sciuæ more puellæ,
  Incingi zona dedecuisse pudet?
Non tibi succurrit crudi Diomedis imago?
  Efferus humana qui dape pauit equos?
Si te vidisset cultu Busiris in isto:
  Huic victor victo nempe pudendus eras.
Detrahat Antæus duro redimicula collo,
  Ne pigeat molli succubuisse viro.
Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas
  Diceris,& dominæ pertimuisse minas.
Non pudet Alcide victricem mille laborum
  Rasilibus calathis imposuisse manum?
Crassaq; robusto deducis pollice fila:
  Aequaq; formosæ pensa rependis heræ.
Ah quoties,digitis dū torques stamina duris,
  Prævalidæ fusos comminuere manus.
Crederis infelix scuticæ tremefactus habenis,
  Ante pedes dominæ pertimuisse minas.
Eximii pompis,præconia summa triumphi:
  Factaq; narrabas dissimulanda tibi.
Scilicet immanes elisis faucibus hydros,
  Infantem caudis inuoluisse manum.
Vt tegeęus aper cupressifero Erymantho
  Incubat,& vasto pondere lædit humum.
Non tibi threiciis affixa penatibus ora:
  Non hominum pingues cæde tacentur eq.
Prodigiumq; triplex armenti diues Iberi
  Geryones,quamuis in tribus vnus erat.
Inq; canes totidem trunco digestus ab vno
  Cerberus,implicitus angue minante comis.

HVBER.

¶Mæonia zona.i.zona ipsius Omphales.¶Dedecuisse: turpe tibi fuisse. Hercules eni ita Omphale deditus fuit: vt oīa q̄ illa iuberet, faceret, & eū suo cultu istruxisse refert Oui.ii.Fast. Dūq; parāt epulas:potādaq; vina ministri Cultib⁹ Alcidē istruit illa suis. Dat tenues tunicas getullo murice tinctas, Dat teretē zonā q̄ mō cincta fuit.Ventre minor zona est:tunicaꝝ vincla relaxat: Vt posset magnas exercuisse manus. Fregerat armillas nō illa ad brachia factas:Scindebāt magni vincula parua pedes.¶Nō tibi:cōmemorat ei⁹ añ acta fortia:q̄ dēret ipm deterrere a talibus lasciuiis.¶Succurrit:venit i mētē.¶Crudi:violēti:& inhūani. ¶Efferus, valde ferus ¶Pauit:aluit.¶Humana dape:hic Thrax tyrānus sæuissimus hūanis hospitū carnibus equos, equasq; suas alebat : & capita suis tectis affigebat:quē Hercules interfecit: & eodem supplicio affecit: quo ille hospites.¶Si te vidisset:Busiris rex Aegypti ad puocandā nili inundationē hospites solebat imolare: hoc genus sacrificii primū expertus est in Thrasiū:a quo sibi monstratū fuerat, Ouid.de ar.Amā. Df Aegyptus caruisse iuuantibus arua Imbribus,atq; annos sicca fuisse nouē. Cū Thrasius Busirin adit:mōstratq; piari Hospitis effuso sanguine posse Iouē.Illi busiris,fies Iouis hostia primus,Inqt,& Aegypto tu dabis hospes aquā.cū aūt vellet imolare ēt Herculē: Hercules eū iterfecit.¶Isto c.isto ornatu muliebri & lasciuo.¶Pudēdus eras.i.fuisses ei pudor a te vinci.¶Detrahat:pro detraheret .i.auferret.¶Ioniacas pu.i.Mæonias.nā Ionia regio asiæ est finitima Mæādro.¶Dñæ:Omphales. ¶Nō fugis:non caues. ¶Rasilibus:politis:quasi rasis.Virg.Et torno rasile buxū.¶Crassa.i.magna.nō aūt legēdū est grossa.¶Deducis:nes.¶Rependis:ad pēsum redis tu quoq; sicut ancillæ.¶Cōminuere:fregere.¶Habenis:loris.¶Prẹconia:laudes. ¶Triūphi:victoriæ tuæ.alii codices hñt:eximus pōpis imania femina laudū.¶Dissimulanda:cælanda,tacēda.¶Scilicet:dicit ea quæ narrat Hercules.¶Helisos:strāgulatos:pfocatos.¶Inuoluisse:diuisis syllabis legendū est:sicut alibi: Debuerāt fusos euoluisse meos.¶Immanes hy.maximos angues.supra diximus hanc fabulam.¶Tegæus:arcadicus.¶Erymantho:monte Arcadię. illic enim interfecit aprum vastantem regionē.¶Incubat:iacet.¶Penatibus:tectis.¶Threiciis.i.Diomedis. ¶Ora: capita. ¶Eq̄ pingues supra visa est fab.¶Prodigium triplex:Geryones (vt fabulæ tradūt) regnauit in gadibus hispaniæ: quem tricorporē fuisse fabulant:ditissimūq; pecoris:quod Hercules eo superato in Italiā aduexisse df.Diod.dicit Chrysauri filios tribus magnis exercitibus fidentes ab Hercule superatos:& greges boū deuicta Iberia secū abductos.¶Prodigium:monstrum.¶Tripiex:tricorpor.¶Iberi:Hispani.¶Geryonis: primæ est declinationis.declinatur enim sicut Anchises.¶Vnus erat in tribus:quia vnus erat,licet tria corpora haberet fm fabulas.¶Cerberus: monstrum est tria capita habens, dicitur autem vestibulum tartari seruare. hunc cerberum triplici cathena vinctum Hercules ad superos iussu Eurysthei traxisse dicitur : cum prius Athenis mysteriis Eleusinæ Cereris initiatus fuisset . ¶In totidem canes.i.in tres: vt Geryones.i.totidem capita canina.¶Ab vno trunco.i.ab vno corpore.¶Digestus:diuisus.

Busyris
Ionia
Erymāth⁹
Geryō vbi regnauerit & fabulæ allegoria
Geryones quo pacto declinetur
Cerberus

ASCEN.

¶Crassaq;: robustoria. Iuue.satyra.ii. Vos lanā trahitis,coloq; peracta refertis Vellera : vos tenui pgnantē stamine fusum Penelope melius,leuius torq̄ris Arachne.dieeris ifelix &c. enumerat Hercu. ægregiā facinora dū detestatione pñtis dedecoris qd patit in seruiēdo adulteræ.Infantē caudis inuoluisse manū:diæresis est in dictione inuoluisse.nā pētasyllabam fecit.Vt Tegæus aper:sic legendū est:nā tegeæa primā & secundā corripit.vt.v.Aenei. Tegeæ de sanguine gētis. vbi alii legūt tegeæ sanguine gētis:sed vtroq; mō duas pores corripit:nec legēdū est in cupressifero.veꝝ licētiosus ē versiculus:qa vocalis añ vocalē:neq; absumit,neq; corripit.sicut nec ibi in actęo aracyntho.Nec tibi thraicis:nō thracis.nā Virg. Threicis vnt nō thraci,Geryonis i legit Geryones in noiatiuo ēt iterdū primæ declinationis potius q̄ Geryon.

ANTO. ℂ Quæq; redūdabat fœcūdo vulnere serpēs: Hydram Lernæam significat: quā alii centū: alii quinquaginta habuisse ceruices scribūt, ex q̄bus, si qua amputaret, duæ renascebant. nā Hercules adiutus ab Iolao superauit: qui illius iussu flamma inurebat, si quā Hercules amputasset. (Strabo hydrā fuisse scribit) lernā paludē: quā Hercules siccauit. ¶ Fœcundo vulnere: qm̄ ex vna amputata renascebant geminæ ceruices. ¶ Per graue onus: Antæum significat: quē altius sublatum ab Hercule, ne matris auxilium sentiret, trucidatū diximus. ¶ Agmen. eq̄. Cētauros exprimit, qui superna parte viri: inferna equi tradunt: hos Hercules trucidauit: cū in domū Pholi centauri impetū facerent ad odorē vini accurrētes. qđ Diony. Pholo dederat: vt in aduētu Herculis asseruaret: ceciderūt in p̄lios ageus Amphiō, hyporiō, ortos: Isophiles, Melanchetes, thereos, derpos, Phryxus. Pholus in sepeliēdis cētauris cū Herculis saggittas admiraret, seipsum vulneratus cecidit. Hercu. illū sepeliuit: & monti nomē deditq; adhuc nomē i Thessalia Pholus dr̄. alii tradūt: iō hos semiequos putatos in Thessalia: qm̄ primi Thessali ex quo pugnare reperierūt. ¶ Cōfisum pedibus: hoc aūt ad pernicitatē cētauroꝝ referendum est: vel q̄ in pugna terra mater Centaurorum nebulas misit: vt madenti solo Hercules laberet. ¶ Iugis Thes. in montibus Thessaliæ pugna hęc in Pholo monte gesta dicitur. ¶ Amictu sid. ornatu purpureo. Sidon vrbs phœniciç: vnde præstantior inficiebatur purpura. ¶ Nympha iardanis: non Dardanis legendū est: sed Iardanis. erat enim (vt diximus) Omphale Iardani filia: quç & clauam & leonis pellē & cætera Herculis arma gestare voluit. ¶ Mensura: amplitudo rerum gestarum. ¶ Procedit illi: ad Omphales laudem accedunt. ¶ Cede bonis: tuas laudes non tacitas. & est ab his translatio: quorum maius est æs alienum q̄ summa: qui cū soluere nequeant, bonis cedunt. ¶ O pudor: ab exclamatione pathos mouetur. ¶ Molle: lasciuæ puellæ. ¶ Feræ: leonis. tu, inquit, leoni pellē detraxisti: Omphale vero te illa spoliauit. ¶ Atra: tincta sanguine Lernææ Hydræ: quod venenum fuit. ¶ Hoc tantum audierā trāsit ne querimoniam præsentis facti dedecore iustam iudicet: quæ cum Omphale, inquit, turpiter gesta sunt quæ tantum audiui negari potuerunt: sed de iole dissimulare non licet.

Centaurorū pugna cū hercule & q̄ eorū noīa fuere — *Pholus mons vbi nam locorum sit* — *Omphale cuius filia fuerit*

Quæq; redundabat fœcundo vulnere serpens
Fertilis, & damnis diues ab ipsa suis.
Quodq; inter læuūq; latus, dextrūq; lacertum,
Per graue compressa fauce pependit onus.
Et male confisum, pedibus, formaq; bimēbri,
Pulsum thessalicis agmen equestre iugis.
Hæc tu sidonio potes insignitus amictu
Dicere? non cultu lingua retenta silet?
Se quoq; nympha tuis ornauit iardanis armis
Et tulit e capto nota trophea viro.
I, nunc tolle animos, & fortia facta recense,
Quod tu non esses iure vir, illa fuit.
Qua tanto minor es, quanto te maxime rerū,
Quam quos vicisti, vincere maius erat.
Illi procedit rerum mensura tuarum,
Cede bonis: hæres laudis amica tuæ est.
O pudor, hirsuti costis exuta leonis,
Aspera texerunt vellera molle latus?
Falleris, & nescis, non sunt spolia ista leonis,
Sed tua, tuq; feræ victor es, illa tui.
Fœmina tela tulit lernæis atra venenis,
Ferre grauem lana vix satis apta colum:
Instruxitq; manum claua domitrice ferarum:
Vidit & in speculo coniugis arma sui.
Hæc tamen audieram, licuit non credere famæ,

HUBER ℂ Quæq; redundabat: serpentē: dicit Lernæam ex cuius corpore (vt Diodo. scri.) centum prodibāt serpentum capita: & ceruices quarum singulis cæsis duæ renascebant: ob eamq; rem minime vinci posse videbatur: cum pars amputata validior efficeretur. hanc difficultatem Hercules arte superans Iolaum monuit: vt incisam ceruicem subito face lignea inureret: ne sanguis efflueret: hoc pacto superata bellua sagittas suas eo sanguine tinxit: quo illarum vulnus mortiferum redderetur. ¶ Redundabat, abundabat, & validior efficiebatur. ¶ Diues a suis damnis: quia quanto magis amputabatur: tanto plura capita habebat, vt supradictum est. ¶ Quodq; inter: Antæum intelligit filium terræ: corporis robore, ac palæstra præclarum in Lybia: qui multos cōtra nos secum certamine congressos occiderat: hunc Hercules & viribus: & arte superatum interfecit. nam cum vires a terra matre assumeret: simulans se cadere, Hercules eum ita sustulit: vt terram tangere non sineret: ex quo ille matris auxilio destitutus: inter lacertos Herculis elisus expirauit. ¶ Compressa: astricta. ¶ Et male confi. Centauri ex Ixione, & nube geniti Thessaliam incolentes odore, & vetustate vini quod Pholus Centaurus a Dio. sibi datum reseruauerat in honorem Herculis, cum eum hospitio suscepisset: ebrii facti domum pholi magno impetu ingressi diripere conati sunt: quos Hercu. fortissimos: & matris Nubis imbrem effundentis auxilio vsos. Hercu. tamen partim occidit: partim fugauit. ¶ Male confisum pe quia velocitate sua freti effugere non potuerunt. ¶ Formaq; bi. i. humana & equina: in qua maius inerat robur. ¶ Sidonio. i. purpureo: qui mulieribus conuenit. ¶ Non silet: non debet silere præ pudore. ¶ Cultu: qui te non decet. ¶ Nympha Iardanis. i. omphale. ¶ Iardanis: idest phrygia. nam Mæones & lydi a dextra sunt phrygiæ maioris. (vt scri. Stra.) nec de Iole possimus intelligere. ¶ Ornauit: instruxit: armauit. ¶ Nota: clara. ¶ Et capto viro: ex te quem cepit & triumphauit. ¶ I nunc: increpatio est per irrisionem. ¶ Recense: narra. ¶ Quod. s. esse vir. ¶ Tu non esses. i. esse nō deberes: quia magis esses fœmina q̄ vir. ¶ Qua tan. dicit q̄ quanto difficilius fuit Herculi vincere seipsum q̄ eos quos vicit: tanto est Omphale eo maior: quia vicit eum. ¶ Procedit: idest euenit. ¶ Hæres tuæ lau. quia tu ex ea decidis: & ipsa ei succedit. ¶ O pudor: amplificat hoc dedecus Hercu. quod passus sit amicam tegmine suo: & armis instrui. ¶ Vellera: pellis. ¶ Exuta costis: diximus supra ex pelle leonis Nemeæi, Herculem fecisse sibi tegmen corporis. ¶ Texerunt mol. la. i. fœmineum. ¶ Spolia: dicuntur quæ hosti eripiuntur in victoria. dicit: illa pellis: qua illa induta est, non significat quod tu viceris leonem: sed quod illa te vicerit: & ex te spolia abstulerit. ¶ Illa tui. s. victrix. ¶ Atra: tincta. ¶ Lernæis ve. diximus supra i fabula Hydrę Lernææ. ¶ Grauem: plenam. ¶ Claua: hercu. enim claua ad domandas feras vsus dicitur: quam Vulcanus simul cum thorace ob meritum virtutis ei dedisse dicitur. ¶ In spe. quo mulieres præcipue vtuntur. hæc autem sumpsisse Omphale scri. Ouid. lib. ii. Fastorum: Illa capit, clauamq; grauem. spoliumq; leonis, Conditaq; in pharetra tela minora sua. ¶ Tantum: solummodo. ¶ Audieram: non autem videram ¶ Licuit: potui. ¶ Famæ: quæ de rebus supradictis ferebatur.

Serpens lernæa — *Antæus* — *Cētaurorum origo & eorū pugna* — *Mçones & lydi vbi locorum sint* — *Spolia q̄ dicantur* — *Quibus armis a vulcāo hercules dōatus fuerit*

ASCEN. ℂ Quæq; redundabat: serpens cōmunis est generis. Læuumq; latus: sic legendum est. nam si dempseris, versum deprauaueris. Non cultu lingua retenta silet: figurata interrogatio vim increpationis habens. q. d. debeat maxime refrenari, & refrenari a cultu, cui talia facinora nō cōgruūt. I nunc: figurata cōcessio vim prohibendi cōtinens. Qua tanto &c. sensus & ordo est: qua. s. Omphale tu es tanto minor: quanto maius erat vincere te o maxime reꝝ, q̄ eos quos vicisti. Notanda est latinitas: quia cum genitiuus transcendens, aut collectiuum est nō seruatur necessario incongruitas generis. Hora. sermo. pri. Quid agis dulcissime reꝝ. Sic optimus plebis &c. & O danaum fortissime gentis &c. Illi procedit. i. ad eam deriuatur: vnde ipsa succedit, & res p̄cedit. Cede bonis: nō quia soluendo nō sis, sed quia illa sibi ea bona iure vendicat, & ita tua non sunt. O pudor: ordo est: o pudor. Aspera vellera. i. villosa tegmina. exuta. i. detracta. costis leonis hirsuti. i. villosi & robusti. texerunt molle latus: scilicet lubricæ puellæ, Falleris: arguta argumentatio ad consimilia decenter applicabilis.

ℂ Ad sensus

¶ AD sensus: visum indicat. Nã more regio incedẽtẽ Iolẽ viderat: qđ de amore Herculis cõiecturam faciebat. ¶ Aduena pellex: Iolem sigñat: q̃ ex Oechalia Tyrinthũ ducebat. ¶ Per vrbẽ: tyrinthũ: vbi Deianira degebat. ¶ Nõ venit incultis: coniecturã firmat a signis: passis crinibus reginæ ante triumphũ incedebãt captiuæ. ¶ Dat vultũ populo sublimis: id non captiuitatis: sed fastus & imperii signũ est. ¶ Viuo parẽte: incedit vt si viuus pr Eurythus Oechaliæ triũphũ duceret. ¶ Forsitan expulsa: Hercules ꝓ vxore Iolẽ ducebat. ideo inuidiose Deianira diuortiũ vr obiicere. ¶ Aetolide: cõmemoratio est a patria Aetholia peloponnensi pars dicta ab ætolo Endymionis filio: eam tenuerunt reges nobilissimi: Agrius. Melas: & Oeneus Dianiræ pr.

ANTO. Deianiræ domiciliũ Aetoliæ q̃ regio fit & vn nomen accepit

En venit ad sensus mollis ab aure dolor.
Ante meos oculos adducitur aduena pellex
  Nec mihi, quæ patior, dissimulare licet.
Non sinis auerti, mediam captiua per vrbem
  Inuitis oculis aspicienda venit:
Non venit incultis captarum more capillis:
  Fortunam vultus fassa tegente suos.
Ingreditur late multo spectabilis auro,
  Qualiter in phrygia tu quoq; cultus eras,
Dat vultum populo sublimis, vt Hercule victo
  Oechaliam viuo stare parente putes.
Forsitan expulsa ætolide Deianira,
  Nomine deposito pellicis, vxor erit.
Eurytidos Ioles, atq; insani Alcide,
  Turbia famosus corpora iunget Hymen.
Mens fugit admonitu, frigusq; perãbulat artus.
  Et iacet in gremio languida facta manus.
Me quoq; cũ multis, sed me sine crimĩe amasti:
  Ne pigeat, pugnæ bis tibi causa fui.
Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis,
  Truncaq; limosa tempora mersit aqua.
Semiuir occubuit vi, lerniferoq; veneno
  Nessus, & infecit sanguis equinus aquas.
Sed quid ego hęc refero? scribenti nuncia venit
  Fama, virum tunicę labe perire meæ.
Hei mihi qđ feci? quo me furor egit amantem?

¶ Famosus Hymẽ: Hymenęũ i famẽ dicit: qm̃ adulteros iũgeret. ¶ Turpia: adulteria & incesta. ¶ Mens fugit admonitu: pathos mouetur ex imagine. ¶ Admonitu: rerũ tuarũ recordatiõe. ¶ Sine crimine: qm̃ me gessi ꝓ cõiuge nõ pellice: vt Omphale & Iole. ¶ Pugnę bis ti. cã fui: primũ cũ Acheloo: deinde cũ Nesso centauro pro Deianira Hercules pugnauit. ¶ Cornua flens legit rapi. Achelo. in vn. Achelous Aetoliæ rex fuit vetustissimus: nomen dedit fluuio q inter Aetoliã & acarnaniã fluit: cũ antea Thoas appellaret: primus post diluuiũ e terra emersit: iõ pro aqua Acheloũ vsurpauit i Geor. Vir. Poculaq; iuẽtis Acheloia miscuit vndis: cũ Hercule ꝓ Deianirę cõiugio pugnauit: primũ sub forma serpentis: deinde vt taurus: cui cornu Hercules pfregit: q exceperũt nymphę & rebus oibus repletũ Cornucopię est appellatũ. Hercules cũ illud excepisset ꝓ maritali dono Oeneo obtulit: vt in Sophoclis tragœdia legit. verũ id fictũ Stra. testat: qm̃ Hercules effluentẽ in cãpos ætolos Acheloũ in alueũ reduxit. ¶ Trunca: cui erãt cornua abscissa. ¶ Semiuir occubuit: Nessum Cẽtaurũ itelligit: quẽ Hercules trucidauit: cũ in traiiciẽdo Eueno flumine Deianiræ vim inferre voluerit. ¶ Lernifero veneno: sagittis Hidræ Lernææ sanguine infectis saucius Nessus occubuit. ¶ Sãguis equinus: Nessus semiequ⁹ erat: qm̃ Cẽtaurus: cuius sanguis erat venenũ. ¶ Sed qđ ego hęc re. apit factũ: vñ exprobratio hęc exorta sit: sed ita apte: vt facti penitẽtia duci videat: & ꝓ culpe vltione de suo interitu deliberat. ¶ Venit fa. renunciatur. ¶ Tabe: veneno. ¶ Tunicæ meæ: diximus per Lycam puerum tunicam misisse Deianiram infectam nesseo sanguine.

Achelous flu. vbi locorũ sit & quo labat & ipsi⁹ cũ Hercule pugna

Nessi mors

¶ En: demonstrãtis est. ¶ Ad se. ad visum. ¶ Ab au. i. auditu. ¶ Aduena: peregrina: & nũc Iolẽ intelligit. nã (vt supra vidimus) enumerauit mulieres quas Her. amauit: vsq; ad Iolẽ: q̃ fuit vltima. ¶ Dissimulare: occultare: & tacere. Auerti: amoueri a me. ¶ Captiua. vt supra diximus in argumento Epi. ¶ Oculis: meis. ¶ Fassa. i. cõfessa & testificata. ¶ Fortunã suã. i. aduersam. ¶ Tegẽte vul. sicut illæ, quæ sunt in tam misera fortuna facere solẽt. ¶ Dat: ostẽdit. ¶ Sublime: ꝓ sublimiter. i. alte. nomen pro aduerbio. ¶ Victo: a se: quem in amore subegit. ¶ Putes: pro putet aliquis: secũda persona pro tertia: sicut apud Virg. Migrãtes cernas. ¶ Oechaliã: patriã suã. ¶ Stare: esse in statu suo. ¶ Forsitan: addit & aliud quod sit futurum turpis ipsi Hercu. quia fortasse expulsa ipsa Deianira accipiet Iolem vxorẽ. ordo est: Iole forsitan erit vxor deposito nomine pellicis. i. Iole, quæ erat pellex, erit vxor tua deposito nomine pellicis. ¶ Expulsa de. s. me. ¶ Aetolide: idest ætola. nam Deianira fuit ex Aetolia. ¶ Eurytidos io. ordo est: Hymen famosus forsitan iunget turpia corpora ioles Eurytidos, atq; Alcidæ insani. ¶ Hymen famosus. i. matrimoniũ infame: quod erit si me legitima vxore expulsa: concubinam duxeris. nam famosus semper in malam partem accipitur. cauendum ne legatur formosus: sed famosus. Hymen autem cũ sit deus nuptiarum sæpe pro ipsis nuptiis ponitur. ¶ Iunget corpora turpia. i. turpiter iunget. ¶ Insani. i. magni. Habet autem hic versus spondæum in quinto loco: neq; vocalis sequente vocali abiicit. ¶ Mens fugit: magis ex cõsuetudine loquẽdi hoc dicit: q̃ quod mens possit fugere. vr enim ex aliquo timore animus & mens a nobis fugere: ergo. ¶ Fugit. i. horret. ¶ Admonitu. i. recordatione huius facti. s. ne me relicta aliam accipias. ¶ Frigusq; perambulat. Virgil. Gelidusq; per ima cucurrit Ossa tremor. ¶ Languida: pigra ad scribendum. ¶ Me quoq;: sicut nunc Iolẽ. ¶ Sine crimine: qa amasti: vt coniugẽ, non vt adulteram: aut concubinã. ¶ Causa pugnæ: quia bis pro me pugnasti. Semel aduersus Acheloum: & iterũ aduersus Nessum. Achelous fluuius ex pindo Thessaliæ monte ortus Aetoliam ab Acarnania diuidit. Vnde interdum Aetoliæ siue Calydonis. interdum acarnanũ fluuium a poetis dr: vt est videre apud Ouid. lib. viii. & ix. Meta. vbi narrat qđ nunc hic dicet: qđ mutatus in varias formas pugnauit cum Hercule propter Deianiram. Primũ enim in ꝓpria forma luctando superatus vertit se in serpentẽ: & postremo in Taurũ: cui Hercules cornu auulsit. Quod Naiades nymphæ diuersis floribus & pomis refertũ copiæ dicauerunt: ille præ pudore oibus modis victus: & cornu mutilatus intra suum flumen se occuluit. ¶ Legit: collegit quasi fracta. ¶ Tempora: caput. nam tempus partem capitis significat. ¶ Trunca: mutilata. ¶ Limosa: plena limo. ¶ Semiuir: Centaurus: qui ex posteriore parte erat equus: ex priore erat vir. ¶ Lerniferoq; veneno: nam (vt supra diximus) interfecta Hydra Lernæa eius sanguine sagittas suas tinxit: vt mortiferum haberẽt ictũ. ¶ Infecit: tinxit. ¶ Sed qđ ego: fingit poeta inter scribendum nuncium allatum fuisse Deianiræ de calamitate Herculis. ¶ Quid. i. ad quid q. d. frustra: quia non poteris iam esse meus: quia audio te iamiam moriturũ. ¶ Tabe: veneno. ¶ Hei mihi: cõqueritur quod fuit causa huius tanti mali Herculi: de quo tamen se excusat: quod amore compulsa sit. ¶ Quo: idest ad quid.

HVBER En q̃ pars orõnis sit.

Famosus quid sit

Achelous

¶ EN venit ad sensus mollis ab aure dolor. Ordo est: Dolor mollis. i. leuis & tolerabilis. en venit ad sensus. i. ad pcordia. ab aure. i. per auditum: quia (Cicerone, immo experientia teste) minus afficiunt audita q̃ visa, minusq; certa sunt. Vnde Plautus: Plus, inquit, valet oculatus testis vnus q̃ auriti decem. Dat vul. sub. i. in sublime. i. aduerbialiter ponit. Forsitan: ordo est: Forsitã ipsa iole erit vxor. s. tua: deposito noie pellicis. i. nec dicetur amplius pellex. & hoc me sup. Deia. Aetolide. i. de nobili Aetolum genere, aut Aetolum regis filia. expulsa. s. e legitimo toro. declinatur Aetolis, huius ætolidis vel dos. vñ ablatiuus ætolide: neq; est hæc sinalepha expulsa ætolide: neq; correctio vocalis antecedẽtis, quã penthimemeris forsan excu[...]t. Euritidosq;. i. euryti filia a noiatiuo hæc eurytis. pronymicũ. n. est a pre sicut ætolis a pria. Quia vero os corripit in genitiuo, legẽdũ est: Eurytidosq; ioles. Nã iole trisyllabũ est: & a vocali inchoat. Turpia: ordo est: Hymẽ. i. de

ASCEN.

us nuptiarum, aut torus, aut paranymphus. formosus .i. decēs (& est ironia) īdiget corpa turpia .i. ad turpe facinus: q ad illicitos ꝯcubitus. sicut Atq; mala vires icidere falce nouellas. corpa inquā Ioles Eurytidos .i. filiæ Euryti deuicti & Alcydæ .i. Herculis insani. grauis est versus: qa spondiacus & vocalibus nō absumptis impeditus: qui ironiā significat: aut pondus iniuriæ & dedecoris. cætera satis explicent. Sed quid ego hæc refero, scribenti nūcia venit Fama: bn̄ scribēti, nā si anteq̄ scripsisset, decreuisset pp id facinus seipsam interimere, frustra de pellice conquereret. Tunicę .s. interioris quā camisiā vocant. Hei mihi: sic Corydō: Heuheu qd volui misero mihi perditus austrum Floribus, & liquidis immisi fontibus Apros.

Impia quid dubitas Deianira mori?
An tuus in media coniux lacerabitur Oeta?
Tu sceleris tanti causa superstes eris?
Et quid adhuc habeo facti, cur Herculis vxor
Credar? coniugii mors mea pignus erit.
Tu quoq; cognosces in me Meleagre sororem.
Impia quid dubitas Deianira mori?
Heu deuota domus, solio sedet acrior alto:
Oenea desertum nuda senecta premit.
Exulat ignotis Tydeus germanus in oris:
Alter fatali viuus in igne fuit.
Exegit ferrum sua per præcordia mater.
Impia quid dubitas Deianira mori?
Deprecor hoc vnum, per iura sacerrima lecti,
Ne videar thalamis insidiata tuis.
Nessus, vt est auidum percussus arūdine pectus,
Hic dixit vires sanguis amoris habet.
Illita nessæo misi tibi texta veneno.
Impia quid dubitas Deianira mori?
Iamq; vale, seniorq; pater, germanaq; Gorge:
Et patria, & patriæ frater adempte meæ.
Et tu lux oculis hodierna nouissima nostris:
Virq; (sed o possis) & puer Hylle vale.

ANTO. ¶ Impia: q̄ vir interimere potuisti. ¶ Oeta: in Oeta mōte Herculē ad deos migrasse diximus: qui ætna pro incēdio legūt obscura nimis diligentia vsi seipsos deceperūt. ¶ Quid ha. s. terentiana locutio: qd dignum laude feci. ¶ Mors mea pi. erit: meo exitu fidē faciā me Herculi nupsisse. ¶ Cognosces: scies me nō degenerare a nostris maioribus. Impia qd du. versus hic sæpe apponit: quod fieri solet: aut in imprecationibus: aut in excantatione amatoria: q̄le est apud Theocritū: & ex latinis Virg. Catullusq; hoc dictiōis genere vsus est: quod intercalare: hoc est, q sæpius inter alios conseretur, appellarunt. ¶ Deuota: ad exitium dānata. qd sit deuouere in eum Fastorum locū exposuimus diligentius: qui est: Huic tibi deuoto carmine dexter adest. Sedet: depressa est ad extremā calamitatē: licet amplissimo fastigio collocata videret. ¶ Desertū: oibus liberis orbatum. ¶ Exulat ty. hic interempto Menalippo fratre in venatione argos ad Adrastū fugit vt diximus. ¶ Alter: Meleagrum significat: quē althæa mr̄ cū fatali stipite iussit. ¶ Exegit fe. sua per pco. ma. althæa cū pœnitētia duceret: qd̄ sua culpa Meleager cecidisset: seipsam trucidauit: vt Diod. scri. ¶ Pectus a nimio amore insanū. ¶ Hēc viam. Nessus monuit Deianirā: cū vellet sibi Herculē conciliare: vt tunicam infectā suo sanguine mitteret: qm̄ amoris vim h̄ret. factū igit̄ excusat ab hostis calliditate: & puellari simplicitate quam sua morte tēperare deliberat. ¶ Illita nes. fatet̄ crimē: qd̄ infanda morte pēsandū esse cōstituit. ¶ Iāq; va. laqueo parato ad interitū iamā pitura salutat suos. ¶ Germana g. Gorge Oenei filia ex Althæa & Deianirę soror. ¶ Fr̄ ad. nō de Meleagro: q iā pierat: sed de Tydeo intelligit. ¶ Sed o pos. viro salutē optat: quē in Oeta iā veneno surere nūciatū erat. ¶ Et pu. hyl. is erat ex Deianira Herc. filius.

Intercalaris versus quis sit.

Tydei exilium

Althææ mors.

Nessi mōitio

Gorge q̄ sit

HVBER. ¶ Impia: instigat seipsam ad mortē. ¶ In media Oeta: nā (vt supra diximus) in Oeta mōte Thessaliæ cōstructa fuit Pyra: in q̄ Hercules combustus est. ¶ Cā tanti sceleris .i. mortis mariti tui. ¶ Eris superstes .i. viues post eū. q. d. absit. ¶ Et qd ad. alia cā quare debeat mori: dicit enim quod cum nullū habeat certum signum: quare sit vxor Herculis: si pp eum mortua fuerit, cred. tur esse eius vxor. ¶ Et quid ha. q. d. nihil. ¶ Adhuc: huc usq;. ¶ Pignus: pbatio: cōfirmatio. ¶ Tu quo. dicit se etiā debere hoc facere: vt videatur esse soror Meleagri: qa sicut ille pp amorem Atalantæ mortuus est: ita ipsa pp amorem ipsius Herculis vult mori. ¶ In me .i. in morte mea. ¶ Sororem: quia cognosces quod te imitata sum. ¶ Impia: versus intercalaris dicitur: q sæpius interponitur: sicut apud Virg. Incipe Mœnalios mecum mea tibia versus. & item: Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnim. ¶ Heu de. do. moritura Deianira deflet infelicitatē suæ domus: vt ostendat se non debere dubitare quin moriatur. ¶ Deuota: execrationibus infelix. nam (vt supra diximus) super illum locū: Deuouit nati spēq; caputq; parens.) Althæa vitam & fortunas Meleagri filii execrata est. ¶ Acrior .i. acerbior, & infelicior. ¶ Alto solio .i. quanto maior fuit: tanto est infelicior. ¶ Desertum: a filiis derelictum. ¶ Nuda: orbata. ¶ Tydeus ger. frater meus. ¶ Oris: regionibus. ¶ Exulat: abest a patria. nam cum Menalippum fratrem inaduertenter occidisset a patria sponte abiit: & venit argos ad Adrastum regem: qui ei filiā suā Argiā vxorē tradidit: & Deiphilē Pollynici, cū ambo casu quodā in eius regiā venissent: & vidisset eos esse: quos oraculi respōsum significauerat: acceperat enim ex oraculo: vt eas daret Leoni & Apro. Tydeus autē aprum ferebat insignem, Polynices vero leonē: itaq; f̄m rn̄sum oraculi eos sibi generos delegit: narrat igit̄ nunc Deianira Tydei exilium. ¶ Alter .s. meleager. ¶ In igne fatali: propter lignum: siue torrem: quem parcæ in natiuitate Meleagri althææ matri seruandū dederāt: in quo vita Meleagri cōsistebat. dicta est hæc fabula supra in Epistola Briseidis in eo loco: Fratribus orba Deuouit nati spemq; caputq; parens. ¶ Exegit: transmisit. ¶ Ferrum: ensem: quia se interfecit gladio. Diodo. tamen scri. eam laqueo vitam finiuisse. ¶ Deprecor: adiurat Herculē: ne credat eā hoc dolose, aut insidiose fecisse. ¶ Sacerrima: valde sacra. ¶ Tuis thalamis: quia haberes aliā mulierem. ¶ Nessus: narrat q̄ūo fuerit decepta. ¶ Vt: ideo postq̄. ¶ Auidū, amans. ¶ Hic sanguis .s. meus. ¶ Texta .i. indumenta a texendo dicta. substantiuū est. ¶ Illita: infecta, tincta. ¶ Veneno nessæo .i. sanguine Nessi: qui erat mixtus veneno lernæo: vt supra dictum est. ¶ Vale: deserentis est. ¶ Gorge: erat soror Deianiræ. ¶ Et patria .s. Calydon. ¶ Frater: Tydeu. ¶ Adempte: ablate. ¶ Meæ patriæ: qui es exul. nā de Meleagro iam mortuo stultum est intelligere. ¶ Puer .i. fili. ¶ Hylle: hyllus .n. filius fuit Herculis & Deianiræ. ¶ Nouissima: vltima: qa nunq̄ sum visura aliam lucem. ¶ Sed vt possis .i. vtinam possis .s. valere. ¶ Puer Hylle .i. fili Hylle. nam puer, & seruū significat: & eum qui est in ætate puerili: & filium: vt hic. Exitus rei fuit quod prius q̄ Hercules mortuus esset, Deianira (vt in argumento dixi) Audita calamitate Herculis de qua dictum est, laqueo vitam finiuit (vt scribit Dio.) Hyllus vero Iolem: iussu patris Herculis post eius mortē vxorē duxit: & ex ea prolē suscepit. scribitur hæc fabula plene ab Ouid. lib. ix. M. ta. & etiā deificatio Herculis: & multa quæ ad hunc locum pertinent: quæ breuitatis gratia non visa sunt narranda.

Vbi Hercules extremum diē clausit

Intercalaris versus

Tydei vatius euēt?

Meleagri exitus

Hyllus qui fuerit & ipsius vita

Deianiræ suspendiū

ASCEN. ¶ Impia quid dubitas: sic Dido: Quin morere vt merita es. & est versus intercalaris: sicut Ducite ab vrbe domū. Heu deuota domus: vt superiores vere ostendit fatale: & familiæ debitum, quod patitur malum. Nam (vt dixi) deuotū dicimus quasi voto additum morti. Oenea: accusatiuus est a nominatiuo hic Oeneus: sicut ab Orpheus Orphea: & in solo accusatiuo corripitur penultima nominum in eius diphthongon exeuntium. In oris ignotis: quia ad Adrastum fugit. Alter .s. Meleager vel Meleagrus. Nam quæ græce exeunt in ros: apud nos exeunt in er & in rus: vt Meāder, Teucer, Alexāder, Tymber, Euāder, Meleager. vel rus. vnde hic Meleagre dictum est in vocatiuo: non per methatesim: sicut Alexander vult: sed a noīatiuo Meleagrus. Deprecor .i. præcor ne sit. Nam precamur vt fiat, quod volumus: deprecamur ne fiat quod timemus.

¶ In decimam

¶ In decimam Epistolam argumentum.

Mitius inueni, q̄ te, genus omne ferarum. Glostenes & scriptores Naxii duos fuisse Minoes scribunt: & totidem Ariadnas: priorem Baccho in Naxo insula nupsisse: alterā vero a Theseo destitutam: cum Corynam nutricem sequeretur in Naxum nauigasse. Alii vnicā Ariadnam e Creta raptam fuisse scribunt: & in Naxo a Theseo relictam, laqueo vitam finiuisse: Alii onaro Bacchi sacerdoti desertā a nautis nupsisse. Ion chius ex Theseo ariadnam peperisse Oenopionem, & Staphillum tradit. Peon Amatusius in sua historia affirmat Theseum cum Ariadna in Cyprum insulam esse vi tempestatis delatum: illamq; cum salo tabesceret: incolis cōmendasse: post paulo cum rediret extinctam reperisse: erexisseq; illi duas statuas: argenteam alteram: alteram aureā: sacrificaiq; instituisse. iiii. calēdas Septēbris. Ouid. vero cū Diodoro conuenit: qui scribit Theseum cum Ariadna e Creta soluentē in Naxō esse delatū: somnoq; admonitum a Baccho: vt Ariadnam relinqueret: dei timore e percussum: puellā, cū altissimo somno premeret: reliquisse. Quāprimū igit expergefacta est, cum Theseum discessisse intelligeret, hanc ad illū Epistolā dedisse cōmentus est. Diodo. illud adiicit deductam a Baccho Ariadnam in montem: qui Drios nuncupatur, nunquamq; comparuisse.

Quot minoes & ariadnes fuer

Varia de Ariadne opininio

Drios qd sit



ARIADNA THESEO

Illa relicta feris etiam nunc improbe Theseu,
Viuit, & hæc æqua mente tulisse velis.
Mitius inueni, q̄ te, genus omne ferarum:
Credita non vlli, q̄ tibi, peius eram.
Quæ legis, ex illo Theseu tibi littore mitto,
Vnde tuam sine me vela tulere ratem.
In quo me somnusq; meus male prodidit, & tu
Per facinus somnis insidiate meis.
Tempus erat vitrea quo primum terra pruina
Spargitur, & tectæ fronde queruntur aues.
Incertum vigilans a somno languida, moui,
Thesea prensuras semisopita manus.
Nullus erat, refetoq; manus iterumq; retento,
Perq; torum moueo brachia, nullus erat.

ANTO.

Mitius inueni: q̄ te, genus oē ferarū: in tota Epistola perfidiæ est & sæuitiæ expostulatio: quas a cōparatione in principio statuit. Clemētius, inqt, se mecū habuissent feræ, & fidius custodissent: q̄ Theseus. ¶ Credita: suæ fidei commissa. translatio est a deposito. ¶ Peius: maiori perfidia. ¶ Ex illo lit. pathos a loco quē signat ne forte saltē alio translatam inuenisse Theseus existimaret: sum, inquit, in ea solitudine i qua me reliquisti. ¶ Per faci. pugat quot obiici potuisset: nō mea culpa: sed tua perfidia relicta sum. ¶ Tempus erat: inuidiam auget a tpe & circunstantiis. nam tempus locum & facti conditionem circumscribit. ¶ Quo p. ter. prui. matutinum crepusculum significat: quādo terra leui rore immadescit. ¶ Incertum: quæ non oino eram expergefacta: sed adhuc in somno languescebam.

HVBER

Argumentum epistolæ.

Mitius inueni. Ne & chartas frustra impleam: & auditori sim fastidio non enarrabo iterum fabulam Minotauri vnde pēdet argumentū huius Epistolæ: qm̄ satis dictū est in secūda Epistola Phyllidis ad Demophonta sup eum locū. Et Tauri, mixtaq; forma viri. & item in argumento Epistolæ Phędræ ad Hippolytum: itaq; qui velit plene videre: illuc recurrat. Quod aūt ad hunc locum attinet: hoc est in summa. Cum ob leges a Minoe deuictis Atheniensibus impositas, Theseus in cretam nauigasset, Ariadne Minois filia eius spē: ac decore capta: cōsilium, operamq; dedit Minotauri occidendi: & Labyrinthi egressum edocuit. Deinde cum Ariadne noctu clam recedens in insulā appulit: aliquando Diam, nunc vero Naxon vocitatam: vbi dicitur reliquisse Ariadnē & sine ea in patriā nauigasse. Quare fingit poeta eam derelictam scribere hāc Epistolā ad Theseum: & eum increpare de duritia & imanitate animi & ingratitudine beneficiorū: quæ ei cōmemorat: & post commemoratas etiam infelicitates suas rogat eum: vt nauem flectat: & redeat ad eam recipiendam. ¶ Mitius. i. minus crudele. nam nulla fera mitis est. ¶ Credita. i. cōmissa. tradita. ¶ Vlli: alicui, siue hoi, siue feræ. ¶ Vnde. i. ex quo. s. littore. ¶ Tulere: pro abstulere. ¶ Somnus. i. sopor. ¶ Et tu. s. prodidisti. ¶ Tempus erat: dicit fuisse autumnale tempus. ¶ Vitrea: splendida vt vitrum. ¶ Spargitur: implet. ¶ Pruinis: Iuue. Iam letifero cedēte pruinis autūno. ¶ Incertū: subaudi est: vel pro incerte posuit. ¶ Languida: cadentia: & debilia. ¶ Pressuras: tractaturas. ¶ Semisopita. i. semidormiens. puto tamen esse legendum semisepulta: vt versus stet: qd idē erit in sensu quod semisopita. vt Virg. in. vi. Aenei. Tandem custode sepulto: vbi Seruius exponit. i. dormiente: cum aūt sopor corripiat primam. vt apud Virg. Alituū, pecudūq; genus sopor altus hēbat. Sopire & sopitus prima deducit. Ouid. lib. vii. Meta. Soluerat alta quies nullo cum murmure serpens Sopitis similis nullo cū murmure serpit. idem libro suprascripto: Peruigilē superest herbis sopire draconē. Aduertendū est igitur semisopita male legi: cum semisepulta (vt diximus) legendū sit: quod idem significat: qd semisopita. vt ex textu Virgiliano patet. ¶ Nullus: pro non ponit: quia de Theseo solo intelligit. vel nullus: nec Theseus: nec alius. ¶ Refero: iterū fero. ¶ Retēto. i. sæpius tento.

Vide ne sit legendū semisepulta

ASCEN.

Mitius inueni. in quibusdam exemplaribus principium est ab his versiculis: Illa relicta feris etiam nunc improbe Theseu, Viuit: & hæc æqua mente tulisse velis. Sed non opinor esse Ouidianum, potuissetq; quisquis est dicere: illa relicta feris. q. d. quam feris dereliquisti improbe Theseu illa viuit: & hæc velis potius dicere cum admiratione potes: sed ad auctorem accedamus. Peius. i. cum maiori malo. eram. i. essem. Apud poetas ferē eram pro essem aut fuissem reperitur. Virg. Geor. secundo: Et si non alium late iactaret odorem, Laurus erat. Hora. sermo. primo. Huic parco decies centena dedisses. Nil erat in loculis. i. nil fuisset. Thesea pressuras: ordo est: ego semisopita moui manus pressuras, idest vt premerent & contingerent Thesea. i. Theseum: sed omnia facilia sunt.

Excussere metus, somnum, conterrita surgo,
  Membraq; sunt viduo præcipitata toro.
Protinus adductis sonuerunt pectora palmis:
  Vtq; erat e somno turbida, rupta coma est.
Luna fuit, specto, si quid nisi littora cernam,
  Quod videant oculi, nil nisi littus habent.
Nunc huc, nũc illuc, & vtroq; sine ordine curro
  Alta puellares tardat arena pedes.
Inter ea toto clamanti littore Theseu.
  Reddebant nomen concaua saxa tuum.
Et quoties ego te, toties locus ipse vocabat
  Ille locus miseræ ferre volebat opem.
Mons fuit, apparent frutices in vertice rari
  Nunc scopulus raucis pendet adesus aquis.
Ascendo, vires animus dabat. atq; ita late
  Aequora prospectu metior alta meo.
Inde ego (nã ventis quoq; sum crudelibus vsa)
  Vidi præcipiti carbasa tensa noto.
Aut vidi, aut certe cum me vidisse putarem,
  Frigidior glacie, semianimisq; fui
Nec languere diu patitur dolor. excitor illo,
  Excitor, & summa Thesea voce voco.
Quo fugis, exclamo: scelerate reuertere Theseu
  Flecte ratem, numerum non hẽt illa suum.
Hoc ego, qđ voci deerat, plangore replebam:
  Verbera cum verbis mixta fuere meis.
Si non audires vt saltem cernere posses
  Iactatæ late signa dedere manus,
Candidaq; imposui longæ velamina virgæ:
  Scilicet oblitos admonitura mei.
Iamq; oculis ereptus eras, tunc deniq; fleui:
  Torpuerant molles ante dolore genæ.
Quid potius facerent, q̃ me mea lumina flerent:
  Postq̃ desierant vela videre tua,
Aut ego diffusis erraui sola capillis,
  Qualis ab Ogygio concita Baccha deo.
Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi,

ANTO. ¶ Metus excussere somnũ: timiditas somnũ excludit: ideo qui altissime dormiunt si molesta obiiciant somnia: vñ timere cogant: a somno excutiunt. ¶ Luna fuit: nundũ oino illuxerat dies. ¶ Specto, si qd nisi littora e ernã: mouet misericordiam a cura. ¶ Cõcaua saxa: naturale est: vt Echo in locis cõchauis rñdeat. Nã (vt scri. Pli.) voces reciproc ex pcusso aere in mõtibus sinuosis & cõuallibus, qñ nõ est vagandi liberrimus cãpus, sed obiectu reflectit. ¶ Locus ipse vocabat: Echo mihi respondebat. ¶ Ille locus: ecce quãtæ sæuitiæ arguit Theseũ: vt imoto Theseo ad misericordiã inanimata cõcitet. ¶ Mons fuit: drion videtur significare: in quem a Baccho delatã Ariadnam diximus, vbi nunq̃ deinceps cõparuit. ¶ Rari: quo minus visu impediret. ¶ Pẽdet scopulus: mari imminens abluit. ¶ Inde ex monte quem ascenderam. ¶ Ventis crudelibus: tres deos sibi aduersatos esse narrat: ventos, somnũ, & fidẽ. ¶ Præcipiti: vt me fugeres toto velo ventos excepisti pernicissime nauigans. ¶ Aut vidi: a dubitatione mouet misericordiam. fieri, inqt, põt: vt tuã nauim nõ viderim: sed voluntas me ĩpulerit: vt te vidisse existimarim. ¶ Quo fugis: cum stomacho legendum. verbũ hoc inuidiose posuit. ¶ Suũ numerũ: deest enim Ariadna. ¶ Plangore replebam: cũ a clamore diseedebam: me, vt in summo dolore fit, verberabã. ¶ Mixta: interdũ & clamorẽ cũ verberibus confundebam. ¶ Iactatæ manus: ne obliuionẽ forte in causa esse diceres, signa tibi dedi manibus late iactatis. ¶ Candida velamina: ecce aliud signũ quo relictæ Theseus admoneretur: substuli, inqt, longo trunco albũ velum. ¶ Iamq; oculis ereptus eras: firmat nõ putasse, sed omnino Theseum abeuntẽ vidisse. ¶ Tum deniq; fleui: ereptus meis oculis erupi in lachrymas: ante enim præ stupore & cura flere non potui. ¶ Me: calamitatem & fortunam meã. ¶ Aut ego diffusis: pathos a corporis habitu. augetur enim cõmiseratio, si cũ sollicitudines nostras exposuerimus, corporis habitũ, qui fortunã præsentẽ deceat subnectamus. ¶ Qualis ab Ogygio: comparatione demonstrat qualis, fuerit Ariadna.

Sacerdotis Bacchi furor ¶ Concita Baccha: Bacchi sacerdos numinis furore concita sparsis crinibus sine ordine fertur. qualiter in Metamorphosi agauem describit. ¶ Ogygio deo: Bacchũ significat: cuius nomine thebas claras eẽ Pli. scri. vbi Ogyges regnauit: a quo thebãi Ogygii dicti sũt.

HVBER. ¶ Excussere: expulere: & violenter remouere. ¶ Præcipitata. i. celeriter demissa. ¶ Viduo: derelicta a te marito meo. ¶ Sonuerunt propter percussionẽ. ¶ Adductus: retractis. ¶ Vt. i. sicut. ¶ Erat turbida. i. turbata, & incompta. ¶ A somno. i. pp̃ter somnũ: qa dormiendo turbantur capilli ab ordine, & cultu suo. ¶ Rupta est. i. dilacerata. ¶ Luna. i. splendor lunæ. ¶ Nisi. i. p̃ter. ¶ Vtroq;: in vtramq; partẽ. s. huc, & illuc. ¶ Sine ordine. i. sine rõne. ¶ Tardat: impedit. ¶ Puellares. i. meos: quæ sum puella: qa difficilis est cursus per arenã. ¶ Reddebant nomen. s. p Echo. i. per resonationẽ. nã ηχῶ græce resono

Echo vñ nomẽ traxit significat. vnde Echo dicit vox: quæ ex cõcauis & desertis locis ex clamore redditur, quæ aliqñ ſm fabulas Nympha fuit in solã vocẽ rñdentẽ a Iunone mutata: vt scri. Ouid. lib. iii. Meta. ¶ Clamanti. s. mihi. i. vocanti alta voce. ¶ Toties locus ipse vo. quia Echo reddit eadẽ verba. Ouid. i fabula Narcissi & Echos: Et totidẽ quot dixit verba recepit. ¶ Ferre opem: quia quod tu nolebas facere ipse faciebat: vt mihi rñderet. ¶ Mons fuit: describit locum ex quo dicit se prospexisse nauem Thesei. & eam vidisse. ¶ Frutices: arbusculæ. ¶ Adesus: corrosus & cauatus. ¶ Vires aius da. quia occurrebat posse obiici: qño poteras ascendere: dicit aius dabat vires: quia nemo est tam imbecillis & timidus: quem animus & mita cupiditas aliquid faciendi: nõ faciat & fortem & audacẽ. ¶ Metior: cõtemplor. ¶ Inde: ex eo monte. ¶ Nam ventis &c. parenthesis.

Prospicere quid sit ¶ Meo prospectu: meis oculis. pspicere autem est pcul. i. longe aspicere. ¶ Præcipiti: festino. aut certe cum putarẽ me vidisse: quia sepe ex affectu animi putamus nos videre ea quæ nõ videmus. ¶ Quoq;: etiã sicut te. fuerunt enim crudeles: qa te cito auferebãt. ¶ Frigidior glacie: hipbole est a. suplatio. i. oratio supra verum. ¶ Semianimis. i. semimortua. ¶ Languere. i. ita eẽ stupidã. ¶ Illo. s. dolore. ¶ Excitor: conduplicatio est. ¶ Summa: maxima. ¶ Reuertere: redi impatiui est modi. ¶ Numerum suum. i. oẽs qui in ea esse debẽt. ¶ Hæc ego. s. dicebã. ¶ Plangore: percussione. ¶ Verbera cum ver. qa & clamabam & feriebam pectus meũ. ¶ Si non au. dicit se etiam fecisse signa motu manuũ: vt saltem viderẽ a Theseu. ¶ Iactatæ: motæ. Iuue. A facie iactare manus. ¶ Velamina candida: lineum pannũ. ¶ Longæ virgæ. i. particæ. ¶ Scilicet: certe. q. d. hac sola causa. ¶ Admonitura: reditura in memoriã. ¶ Oblitos: te & socios. ¶ Ereptus oculis. i. nõ amplius videbaris a me. ¶ Tunc deniq; fle. quia antea clamaueram, & me percusseram tantũ: nec potueram præ dolore lachrymari. ¶ Torpuerant: factæ erãt stupidæ. ¶ Genæ: oculi. ¶ Dolore: pp̃ter dolorem. ¶ Quid facerent. q. d. nihil. ¶ Nisi flerent me. i. miseriam meam. aliqui legunt te. i. discessum tuum: sed melius me. ¶ Desierant: cessauerant. ¶ Aut ego diffusis ... cit quid egerit posteaq̃ non amplius vidit nauem Thesei. ¶ Erraui: huc, illuc iui. ¶ Diffusis: sparsis. ¶ Qualis: facit comparationem. dicit enim se sic pręcipitem cucurrisse, sicut currunt sacerdotes Bacchi cum Dei sui numine stimulantur. ¶ Baccha: mulier Baccho sacrificans. ¶ Concita: commota. ¶ Adeo Ogygio: idest Baccho Thebano. Ogyges rex fuit Thebanorum.

Ogygius qui fuerit, Bacchus autem ex Semele filia Cadmi, qui Thebas condidit: natus est. vt scri. Ouid. in Meta. Bacchæ autem solent præcipites huc, illuc currere. Phædra supra: Nunc feror vt Bacchi furiis eleleides actæ. In saxo. ¶ In monte saxeo.

ASCEN. ¶ MOns erat: docet quam diligentiam fecerit in illo perquirendo: vt se iniq; desertam probet. Pendet adesus aquis: non legatur adhæsus: quia venit ab edendo. i. consumor. Vires animus dabat: memorabile verbum. Verbis: quia percussit pectus. Quid potius facerent q̃ me mea lumina flerent. i. oculi mei quid potius deberent facere q̃ fletæ infortunia mea.

¶ Lapis

ANTO

¶ Lapis sedes: non minus eram ego quę sedebā lapis q̃ saxū: qđ mihi sedem p̄buerat. ¶ Sepe torum repeto: persistit adhuc in ea curatę expositione. ¶ Tua vestigia: quę signa toto reliquisti. ¶ Strataq;: strata (vt Vulpianus & Labeo diffinit) quę sternuntur omnia vestimenta dicimus, vt vestes, stragulas, & penstromata. ¶ Pressimus, exclamo, te duo: pathos ab allocutione ad rem inanimatam. ¶ Vacat insula cultu: licet historiam vertere: vt moueat orator tradit Cice. ideo vt a solitudine misericordiam conciret cultoribus Naxon vacare dicit: cum ea tempestate esset cultissima. Nā multo ante Butes Boreæ filius eam insulam tenuit: cum Lycurgi fratris insidias fugeret: insulāq;, cū antea strongyle vocaret: diam appellauit. post paulo cū thraces illa deseruissent: Cares ex lamia profecti duce Naxo insulam occuparunt, & a duce Naxon appellarūt. ¶ Nō ego facta boū: hoc omnino historia nō caret. nam licet insula vitibus feracissima sit, Dio. tñ scri. siccitate a thracibus fuisse desertam. ¶ Finge da. co. mi. figmento vtit: qđ genus allocutionis Hermogenes πλάσμα hoc est figmentū appellat. esto, inquit, vt sint mihi parata nauigia ad nauigandum. ¶ Terra pa. in patriam reditus nō datur. ¶ Tēperet vt ven. licet Aeolus secundos emittat ventos. ¶ Non ego te cre. hac elocutione ad patriam, qua se frui non licere dicit, pathos excitat. ¶ Centū per vrbes: centum vrbibus habitatam Creten. Home. scri. ¶ Puero cognita ter. Io. Arati carmē est qđ germanicus Cæsar latinū fecit: eo indicat Iupiter in Creta nutritus: cum de Cynosura & helice loquit: quæ Iouis nutrices feruntur. Cresia vos tellus aluit moderator Olympi, Donauit cælo meritum custodia fecit. Quod fidei comites prima in cunabula magni, Fouerūt Iouis attonitæ, cū furta parētis Aera pulsantes mendaci cymbala dextra, Vagitus pueri patrias ne tangeret aures Dicta exercerent dñæ famuli Corybantes. ¶ Iusto parenti: Minois cretensibus leges dedit: vt scri. Diod. ¶ Tecto recuruo: labyrinthū intelligit quē Ariadnes bñficio resoluisse Theseū diximus. ¶ Dedi fila p du. nō modo fila, vt Dedalus mōstrarat ad resoluendū labyrinthū, sed coronā quā a Baccho accepisse scri. Hygi. cuius fulgore loci tenebras superaret. ¶ Per ego ipsa pericula iuro: iusiurandū repetit vt p̄fidię honestior videatur expostulatio. est, inqt, fides iureiurādo firmata. ¶ Nō sum tua: qm̄ destituta sum. ¶ Si modo viuit fœ. negat se viuere posse in ea solitudine. De coniugio spopōderat Theseus, vt ipsa pulcherrime apud Catullū his verbis qritur: At nō hæc quōdam nobis promissa dedisti Voce mihi, neq; hoc miseræ sperare iubebas. Sed cō. Læta, sed optatos Hymenæos: Quæ cūcta aerei discerpunt irrita venti. ¶ Me quoq; ma. a leti genere mouet pathos. ¶ Fratrē: Minotaurū intelligit, quem Theseus interemit. ¶ Soluta: nō decepta.

Strata q̃ sint

Butes vbi regnauerit

Naxos q̃ & dia & strongyle vñ nomen acceperit

Germanicus cæsar qđ carmen latinum fecerit

Mod⁹ soluēdi labyrinthum

Quamq; lapis sedes, tam lapis ipsa fui.
Sæpe torum repeto, qui, nos acceperat ambos,
Sed non acceptos exhibiturus erat
Et tua, quæ, possum, pro te vestigia tango:
Strataq;, quæ membris intepuere tuis.
Incūbo, lachrymisq; toro manante profusis
Pressimus, exclamo, te duo, redde duos.
Venimus huc ambo cur nō discedimus ambo?
Perfide pars nostri lectule maior vbi est?
Quid faciā? quo sola ferar? vacat insula cultu:
Non hoīum video, non ego facta boum.
Oē latus terræ cingit mare: nauita nusq̄ est:
Nulla per ambiguas puppis itura vias.
Finge dari comitesq; mihi, ventosq;, ratemq;,
Quid sequar? accessus terra p̄rna negat.
Vt rate felici pacata per æquora labar,
Temperet vt ventos Aeolus, exul ero.
Non ego te Crete centum digesta per vrbes
Aspiciam, puero cognita terra Ioui.
Nam pater, & tellus iusto regnata parenti
Prodita sunt facto nomina chara meo.
Cum tibi, ne victor tecto morerere recuruo,
Quæ regerent passus pro duce fila dedi.
Cum mihi dicebas, p ego ipa pericula iuro
Te fore, dum nostrum viuet vterq; meam.
Viuimus, & nō sum Thesei tua, si modo viuit
Fœmina periuri fraude sepulta viri.
Me quoq;, qua fratrē mactasses improbe claua
Esset, quam dederas, morte soluta fides.

HVBER

¶ Tā lapis fui. i. ita fui frigida & stupida: vt est lapis. sicut lapis fuit sedes mea. ¶ Repeto torum: reuertor ad lectū. ¶ Exhibiturus: redditurus. ¶ Pro te: loco tui. ¶ Strata: culcitram lecti a sternendo dicta. Ouid. in pri. de Amoribus: Esse qđ hoc dicam: quod tam mihi dura videntur Strata. ¶ Intepuere: incaluere: quia illic cubuisti. ¶ Incumbo. s. stratis. i. impono os meum super lectum. ¶ Profusis: largiter effusis. ¶ Manante: fluente, & madido. ¶ Duo: ego & Theseus. ¶ Maior pars nostri: Theseus, quia maritus maior est vxore. ¶ Lectule: cōtumeliæ: & indignationis causa diminutiuo vsa est. ¶ Quo ferar: idest quo ire debeo. ¶ Vacat: caret. ¶ Cultu: vel cultura terræ: vel certe habitatione. ¶ Facta hominum: vt sunt ędificia. ¶ Facta boum: vt pote terras cultas. ¶ Cingit: circūdat. ¶ Omne latus: idest omnem partem. ¶ Nauita: idest nauta. est autem ἐπένθεσις. i. extensio dictiōis. ¶ Ambiguas: dubias, quales sunt viæ maris. ¶ Finge. i. pone: idest ponatur: quod ego inuenirem comites & naues: quo tamē ire deberem. ¶ Quid: idest quem locum. ¶ Accessus: idest aditus. ¶ Vt: idest quamuis. ¶ Labar: idest nauigem: & celeriter eam. Virg. in. iii. Aene. Et tamen hanc pelago præter labere necesse est. ¶ Temperet ven. idest licet det mihi ventos secundos. ¶ Exul ero: idest non habebo tamen quo eam. ¶ Non ego: dicit nō licere sibi adire Cretam. in qua regnabat pater suus: quia eum prodiderat: & (vt supra diximus) clam eo discesserat. ¶ Digesta: diuisa. ¶ Per cen. vr. habebat enim olim Creta. c. vrbes. ¶ Cognita lo. pue. quia Iupiter illic nutritus est. diximus supra in Epistola Phædræ: Est mihi dotalis tellus Iouis insula Crete. ¶ Regnata: participium sine verbi origine. ¶ Nomina chara. s. pater & patria. ¶ Prodita: decepta, offensa. ¶ Cum tibi: dicit se prodidisse patrem & patriam, vt prodesset Theseo. ¶ Cum subaudi tunc: scilicet sum prodita. ¶ Cum dedi fila: quæ regerent passus. ¶ Pro duce: idest loco alicuius, qui te deduceret. ¶ Ne tu victus: scilicet a Minotauro. ¶ Morerere: perires. ¶ Tecto re. periphrasis labyrinthi. sic supra Phædra Curua meæ fugit tecta sororis ope. ¶ Iuro: verba quibus vtebatur Theseus ad Ariadnem. ¶ Fore: idest futuram. ¶ Dum: idest donec. ¶ Si modo viuis: ad se ipsam conuertit sermonem Ariadne corrigens quod dixerat viuimus. vult enim hoc dicere viuimus ambo: si modo o misera fœmina Ariadne potes tu dici viue: quæ es sepulta fraude Thesei. ¶ Sepulta: idest quasi mortua, non quod esset sepulta. ¶ Mactasses: deest vtinam. ¶ Qua fratrem: scilicet mactasti: hoc est Minotaurum. ¶ Soluta: liberata: quia fides & obligatio coniugii soluitur ipsa morte.

Strata vñ nomen traxere

ASCEN.

¶ Quamq; lapis: ordo est: & ipsa. i. ego fui. tam idest tm̄. lapis. i. dolore indurata & amens, ac sine sensu effecta. q̃. i. q̄tū. sedes fuit lapis: Vacat insula cultu: non est respiciendum ad historiam: nam licet insula non vacabat: visa est tamen vacare amanti: vel quia sine amato erat. solent enim amantes se solos dicere cum sine amatis sint. vel quia prima luce nullos viderat cultores. ¶ Non hominum video, non ego facta boum: quia in littore erat. Omne latus: docet se in iniquo loco desertā: quia in insula vnde sine nauibus exire non detur. nec tamen vllæ occurrunt naues. Finge dari: sic Dido: Quis me autē, fac velle, sinetur &c. Te crete: græce. nam latine creta dicitur. centum digesta: Aenei. iii. Centum vrbes habitant magnas vberrima regna. Cognita terra Ioui: ibidem: Creta Iouis magni medio iacet insula ponto. Nomina chara: scilicet pater: & patria. Me quoq; mactasses: idest mactare debuisses. aut vtinam. mactasses quoq;: idest etiam me claua supple ea qua supple mactasti fratrem: scilicet Minotaurum: quia tunc fides, quam dederas, sancta promissio esset soluta morte: scilicet mea.

Nunc ego nō tm̄,quæ sum passura,recordor:
Sed quæcunq; potest vlla relicta pati.
Occurrunt animo pereundi mille figuræ:
Morsq; minus pœnæ,q̃ mora mortis habet.
Iamiam venturos aut hac,aut suspicor illac,
Qui lanient,auido viscera dente lupos.
Forsitan & fuluos tellus alit ista leones,
Quis scit,an hæc sæuas insula tigres habet!
Et freta dicunt magnas expellere phocas,
Quis vetat,& gladios per latus ire meum!
Tantum ne religer dura captiua cathena,
Ne ve traham serua grandia pensa manu.
Cui pater est Minos,cui mater filia Phœbi,
Quodq; magis memini,quæ tibi pacta fui.
Si mare,si terras,porrectaq; littora vidi:
Multa mihi terræ,multa minantur aquæ.
Cælum restabat,timeo simulachra deorum:
Destituor rapidis præda,cibusq; feris.
Siue colunt,habitantq; viri,diffidimus illis:
Externos didici læsa timere viros.
Viueret Androgeos vtinam,nec fata luisses
Impia funeribus Cæcropi terra tuis.
Nec tua mactasset nodoso stipite Theseu
Ardua,parte virum,dextera parte bouem.
Nec tibi,quæ reditus monstrarent fila,dedissem
Fila per adductas sæpe recepta manus.

ANTO. Nunc ego nō tm̄:cōmiseratio est qua excitat recordatione rer̄ q̃ nobis rōne p̄ntis casus grauiora p̄nt accidere. Quæ sum pas.mortē indicat:de qua forte deliberatat. Morsq; mi.pœ.molestius est mihi viuere diutius q̃ si ↄfestim interirē.Nā postq̃ destituta est a Theseo se vixisse negat.cōfecta enim dolore horis singulis interibat. Iamiā v e.exponit qd viuendi mora molestiā faceret;timeo,inqt,lupos ne me laniet. Fuluos leo.in Naxo imo in Europa nō sunt leones vt Aristo.placet:nisi ad Acheloū amnē.in africa tn̄ sunt ferocissimi & Syria:quos tn̄ ferocia affirmāt superari ab his: q in Europa gignūtur. Tigres hēt:in Naxo nō ↄueniunt tigres:quas indi & Hyrcani mittunt,Octauius maluefactā populo romano ostēdit. Magnas ph.mōstra maria sunt phocę : quos vitulos marinos dicimus:altissimo somno p̄muntur:vt scri.Pli.eius pellē fulmine afflari negāt. Tm̄ ne religer:seruilē cōditionē detractat: cui oē genus mortis p̄ponit. Cui pa.est Minos:cōmemoratione pristinę fortunæ ↄpositū tuet. Simulachra deo.astra Deos appellat: vt stoicis placuit quę ferar̄ imaginibus cælo deformata visunt:vt apud germanicū Cęsarē licet intueri.hoc nō caret historia:nā Ariadna cū corona in cælo trāslata dr,coronaq; tm̄ cōspicit. Viueret Andro.is fuit vnus ex minois liberis,quē Aegeus Thesei pr̄ interemit:cū dubitaret ne atheniēse impiū cū filiis pallatis:quor̄ amicitia fruebat, sibi adimeret vnde coacti sunt Atheniēses: vt Minoi pœnas pēderent annis singulis mittere pueros.vii.& totidē virgines vt Minotauro deuorādi traderent.cū sors Theseo cōtigit,beneficio Ariadnes Minotaurū.resoluto labyritho trucidauit.vtinā,inqt,Athenięses nō interemissent androgeū. q̃m tu ad p̄imēdū minotaur̄ nō nauigasses:nec ego deserta q̃rerer. Hæc exoptatio ad mouēdū cōmiserationē maxime accōmodata est:q̄lis illa est Virgiliāę Dido.Fœlix o nimiū fœlix,si littora tm̄ nunq̃ Dardaniæ tetigissent nr̄a carinę. Funeribus tuis:corporib⁹ tuor̄ & puer̄ & virginū q̃ tradebantur Minotauro deuorandi. Aristo.tamen negat mactatos esse, sed seruorum loco habitos.deinde missos cretenlibus delphos cum sibi ipsis victum ministrare non possent in Italiam migrasse : tenuisseq; iapigiam: deinde in thraciam reuertentes Botheos esse appellatos. Terra cæcropi: acticam intelligit : quā cæcrops tenuit. Ardua par. vi.dextera:Minotaurum circumscribit.

Leōes vbi nascant & q ferociores sint

Tygres vbi nascāt

Phocæ q̃ belluę sint & quę eorū natura

Astra ex stoicor̄ sētētia p dis habebāt

Quāobrē quotannis athenięses hūana corpora minotauro deuorāda tradebant & quid ex sniaphi.id portendat

HVBER Quæ sum passura.i.q̃ sunt mihi casura. Vlla relicta: sicut ego. Occurrunt : offerunt. Pereundi mille fi. mille formæ . Morsq; mi.i.minus graue & pœnosum est mori,q̃ expectare & tardare ipsam mortē. Mora.i.dilatio. Iamiā:mox,subito. Aut hac,aut illac:idest ex omni parte isulæ. Viscera:mea. Auido:famelico. Ista: pro hæc. Fuluos:a colore,nā(vt Au.Gel.scri.)fuluus ex viridi & russo ↄstat.dat aūt hoc Epithetō fuluus & auro & leonib⁹. Quis scit.i.qs pōt scire,cū nemo hic habitet. Sæuas tig.i.feras & nimiū crudeles.abūdāt aūt apud Hyrcanos, & indos nimis credēdæ velocitatis.de cuius natura scri.Pli.lib.viii. Expellere.i.eiicere in siccū. Phocas.i.vitulos marinos. ita enim dicuntur a nobis:quæ licet inter aquatilia nominētur:tamen & Pilo vestiunt:& animal pariūt: & in terra noctu dormiūt. nullū autē animal.(test.Pli.) grauiore somno p̄mit.unde Virgi.iiii.Georg.Sternunt se somno diuerso in littore phocæ. Quis ve.q.d.nullus.pōt enim venire aliqs qui me gladio trāsfodiat.Iuue.dixit:Eripiunt somnū druso:vitulisq; marinis. Tātū:solūmodo.s.timeo. Ne reli.i.abducar ligata tanq̃ captiua. Ne tr.ex colo deducā. Tātū.q.d.supradicta nō multū curo. Pensa:lanas ad pensum datas. Manu ser.i.seruili. Cui.i.ego.cui. Minos:habet emphasin.q.d.filius Iouis & Europæ rex cretæ. Mater:Pasiphae filia Phœbi.dictū est supra in Epistola Phędræ. Quodq; ma.i.quod plus est. Quę fu.pa.ti.quæ fui sponsa tua.pluris enim hic facio q̃ patris & matris genus . Si ma.dicit se vndiq; videre sibi parata pericula. Porrecta:extenta,longa. Multa.s.mala pericula. Cælum re.s.vnde nō essent mihi pericula. Simulachra:figuras.in quas dei dicunt se mutare. Præda:rapina. Cibus:esca.i.destituor rapienda,aut deuoranda a feris. Siue c.i.dicit habitant. Diffidimus.i.nō fidimus. Externos.i.hospites. Læsa.s.a te:qa nūc timeo ne oēs noceant mihi : sicut tu nocuisti. Viueret An.muliebre.est (vt sæpius diximus) longe repetere causas suor̄ malor̄:sic in pria ep̄la Penelopea) vel nam tunc cū lacedæmona classe petebat &c.dicit igitur quod posset optare,quod Andr.frater suus nunq̃ fuisset interfectus inuidia Atheniensiū:qa Athenienses nō coacti fuissent vincti a Minoe mittere septē corpora filior̄ &.vii.filiarum quotannis ad Minotaur̄ vt supra dictū est:& sic Theseus nunq̃ venisset in Cretā : & per cōsequens ipsa nunq̃ fuisset ab eo decepta. Androgeos nr̄s est atticus:cuius vltima longa est:qa est omega.fuit aūt filius Minois & Pasiphaes: qui cū esset fortissimus Athleta ab Atheniensibus per inuidiā interēptus est: ob quā cām minos cōtra eos bella mouit : & victis eas leges iposuit,quas supradiximus. O terra cæcropi.i.Atheniensis.est aūt vocatiuus a forma patronymica Cæcropides.fuit aūt Cæcrops rex Atheniēsiū: qui primus apud eos maris & fœminæ legitimā ↄiunctionē inuenit:ex quo finxerūt eū fuisse geminæ naturæ:ab eo Atheniēses Cæcropidæ dicunt. Luisses:soluisses,purgasses Impia fata.i.crudelem mortem androgei. Funeribus tuis.i.mortibus tuorum. Stipite:trunco. Ardua: ex quantitate syllabarū distinguendi sunt casus:vt non dicamus ardua parte:sed dextra tua ardua.i.in altum sublata ad inferendum maiorem ictum. Nec tua mactasset virum parte.s.vna.Et bouem parte.s.altera.& ita est periphrasis Minotauri . Monstrarent reditus.i.regressus ad locum per quem introieras in labyrinthum. Sæpe recepta.i.sæpe reuoluta. Adductas:flexas,& retractas.

Fuluus color quis sit

Tygres vbi nascāt

Phocæ

Atheniensium pēsio Androge⁹ q fuerit & qtā primā habeat

Cæcrops a quo cæcropię qui fuerit

ASCEN. FORsitan & fuluos:bene dubitat vt fœmina loci imperita:& non est error poetæ,si leones ac tigres nō habent insula illa.Cui mater filia Phœbi.s.Pasiphae Solis filia.Siue colunt:sic primo Aenei. Qui teneant, nam inculta videt, homines ne feræ ne.Viueret Androgeus vtinam:is est de quo sexto Aenei.In foribus letum Androgeo. & credo hic legendum esse androgeos , Nec fata luisses.i.exitium tuorum. Cæcropi terra:patronymicum pro patrio hic Cæcropis huius Cæcropidis.in vocatiuo o Cæcropi: vt hic.ardua parte : si ardua & dextera ablatiui sint casus non staret metrum : quia apud oēs ablatiuus primæ in a productam desinit.dicamus ergo virum parte.i.pro parte ardua : scilicet.i.secundū ardua. & bouē parte,i.pro parte.s.dextera.i.secundum dextera,s.membra, vt sit figurate accusatiuus neutri generis pluralis numeri.

Non

ANTO.

¶Non equidem miror:cōmemoratis beneficiis adſtruit vt duritiem,crudelitatemq; in Theſeo expoſtulet.¶Si ſtat victo na:ſi viciſti.¶Cretæam humum:ſi cretenſes viderunt ſtratum tua duritie Minotaurum.¶Non poterant figi : non inquam ſuperaſti tua virtute:ſed quia tanta durities vulnerari non poteſt.¶Eras tutus ſine armis:pugnare potuiſſes,cū ſis ferreus.¶Habes The.Hyperbole poetica eſt:Theſeum enim vſurpat pro materia quæ omnem ſuperet duritiem.¶Crudeles ſomni:dolor cogit,vt in deos etiam excandeſcat.¶Inertem:ſecuram adeo vt nihil ſentirem.¶At ſalt:m hoc loco ſignificat,ſaltem,inquit,me & vna nocte hoc eſt morte preſſiſſetis.¶Officioſa:nimium parata & curioſa ad meam miſeriam .¶Dextera crudelis ex ſæuitia ad perfidiam tranſit.non minus, inquit, perfidum,q̄ difficilem fuiſſe adſtruit.¶Inane:nullius efficaciæ.¶Iurarunt:conſpirationem fecerunt.Diis imputat factum,vt & ipſa omnino culpa vacet:& Theſeo non ſit liberum ab incepto curſu reuocari.Si,inquit,ita ſomnus,fides,& venti ſtatuerunt, Theſeuſq; eſt duriſſimus,nullo pacto reuocari poterit:ſed mihi moriendum eſt.¶Ergo ego nec la.adſtruit in morte incōmoditates : vt non modo dum vixit:ſed poſt fata incōmoda patiatur. ¶Lachrymas ma.flentem matrem vt decet in liberorum funere.¶Ibit in au.pe.non tamē hoc dicit quod in patria moreretur:ſed cum ſepulchro eſſet caritura:eius ſpiritum errare circum Cocyti littora dubitabat.¶In humata:ſine honore ſepulturæ.¶Poſitos:extinctæ Ariadnes.¶Hęc ſunt offi.per ironiam ingratitudinē obiectat.Reddis,inquit, talia præmia pro dulci vita:vt ipſa apud Catullum queritur. ¶Ibis cæ.pot. inuidioſe hoc dictum eſt : intrabis pyreum Athenarum portum. ¶Celſus:honore.a triumphātibus tranſlatio:qui inter cæteros eminebant ſequēte pompa.¶Saxea tecta,labyrinthi circumſcriptio eſt. erāt labyrinthi faſtigia ſ:xis intexta:vt Pli.tradit.¶Me quoq; narrato,non prętereas dum tua recenſes,me deſtituiſſe.¶Non ſum ſut. nō debeo taceri in tuorum geſtorum cōmemoratione .¶Nec pater eſt Aegeus,ex Aethra Pythei filia & Aegeo natus eſt Theſeus vt Plu.ſcri.& nos retulimus.¶Auctores ſaxa,fretumq; tui: apta obligatio eſt:qua Catullus aptiori vtitur:Quæ nam te genuit ſola ſub rupe leæna:Quod mare cōceptū ſpumantibus expuit vndis.Quæ ſyrtis:quæ Scylla rapax:quæ vaſta Charibdis.

Pyrę?portus vbi locos fuerit Labyrithi faſtigia q̄ materia cōſtabant

Non equidem miror,ſi ſtat victoria tecum:
Strataq; cretæam bellua ſtrauit humum.
Non poterant figi præcordia ferrea cornu:
Vt te non tegeres,pectore tutus eras.
Illuc tu ſilices,illuc adamanta tuliſti:
Illic,qui ſilices Theſea vincat,habes.
Crudeles ſomni,quid me tenuiſtis inertem?
At ſemel æterna nocte premenda fui
Vos quoq; crudeles venti,nimiumq; parati:
Flaminaq; in lachrymas officioſa meas.
Dextera crudelis,quæ me,fratremq; necauit
Et data poſcenti nomen inane fides.
In me iurarunt ſomnus,ventuſq;,fideſq;,
Prodita ſum cauſis vna puella tribus.
Ergo ego nec lachrymas mr̄is moritura videbo?
Nec mea,qui digitis lumina condat,erit?
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras:
Nec poſitos artus vnget amica manus.
Oſſa ſupſtabunt volucres inhumata marinæ
Hæc ſunt officiis digna ſepulchra meis.
Ibis Cæcropios,portus,patriaq; receptus,
Cum ſteteris turbæ celſus honore tuæ.
Et bene narraris letum,taurique,viriq;,
Sectaq; per dubias ſaxea tecta vias.
Me quoq; narrato ſolam tellure relictam:
Non ego ſum titulis ſurripienda tuis.
Nec pater eſt Aegeus,nec tu pitheidos æthræ
Filius,auctores ſaxa,fretumq; tui.

HVBER

¶Non equidem:obiicit:ei nimiam duritiam.¶Stat.i.eſt. Strata: interfecta.Bellua:Minotaurus.¶Strauit.i.texit vel percuſſit. aliqui legunt tinxit.¶Non poterant : ecce cauſa quare habuit victoriam. ¶Præcordia:dicuntur quæ ſunt circa cor.ponuntur tamen pro omnibus inteſtinis.¶Ferrea:dura.¶Cornu.ſ.Minotauri . aliqui volūt intelligere de tauro creteo,quē Theſeus vicit:ſed non in creta:ſed apud Marathonem eum interfecit.¶Figi:vulnerari.¶Vt.i.quāuis. ¶Tegeres:defenderes.vt Virg.Nec Apollinis inſula texit.¶Pectore,ideſt duritia pectoris.¶Tutus:munitus. ¶Illic:in pectore tuo. ¶Silices: lapides duriſſimos . ¶Adamanta : alibi diximus lapidem nimiæ duritiei.¶Habes theſea:qui vincat:ideſt habes feritatem tibi ingenitam:quæ eſt durior ſilicibus.¶Crudeles:cōqueritur de ſomno a quo ſit tardata diſcedente Theſeo.apoſtrophat ad ſomnos.¶Inertem:ſopitam,non ſentientem . ¶At ſemel:dicit quod ille ſomnus debuiſſet eſſe æternus:ita q̄ nunquam eſſet excitata.quia nunc non eſſet in tantis doloribus. ¶Semel:vno tempore.Aeterna nocte:ideſt morte.Virg.In æternam clauduntur lumina nocte. ¶Nimium parati, qui tam cito Theſeum abſtuliſtis.¶Flamina:auræ:flatus.¶Officioſa:prompta.¶In meas lachry.i.ad faciendum me flere . ¶Dextera:ſcilicet Theſei.¶Fratrem:Minotaurum.¶Et me:quia fuit etiam cauſa meæ mortis. ¶Fides:ſcilicet fuit crudelis.¶Nomen inane: ideſt ſine effectu.ſic in primo de Arte : Nomen amicitiæ:nomen inane fides. nam cum dicatur a fio(vt voluit Cicero)non tamen fit quod promiſiſti:& ita eſt nomen inane.¶Data:ſcilicet a te.¶Poſcenti:mihi poſtulanti. ¶Vna: ideſt ſola.¶Tribus cauſis:ſcilicet ſomno,ventis,& fide.¶Ergo:particula eſt non illatiua hoc loco: ſed indignatiua : ingemiſcit enim quod ſit moritura in illa inſula:vbi nullum ſentiat officium ſuorum.¶Nec vi.la.ma.ideſt non videbo matrem meam: quæ me morientem defleat.¶Qui con.ideſt qui claudat.nam mortuis ſolebant propinquiores claudere oculos:.vt ſupra in prima Epiſtola . Ille meos oculos comprimat , ille tuos . ¶Spiritus : ideſt anima. ¶Peregrinas : ignotas . ¶Poſitos artus: ideſt membra mortua. Virg.Sic o ſic poſitum affati diſcedite corpus.¶Iunget:melius legitur vnget . nam cadauera prius lauabantur,deinde vngebantur. Ennius:Tarquini corpus bona fœmina lauit & vnxit.¶Volucres marinæ:quæ ſunt vicinæ huic inſulæ . ¶Oſſa inhumata : ideſt ſtabunt ſuper oſſa mea carentia humatione & ſepultura . ¶Hæc ſunt ſepulchra digna meis officiis : ideſt hæc ſunt officia talia , qualia merentur mea erga te beneficia. ironice dixit . ¶Ibis : vt eum magis moueat. dicit : vt Theſeus meminerit cum redierit Athenas: & narrabit res ſuas geſtas inter eas commemorare, quemadmodum decepit Ariadnem : qua tot , tantaq; acceperat beneficia . ¶Cæcropios : Athenienſes . dictum eſt ſupra. ¶Portus : deeſt in . ¶Patria : vrbe Athenarum . ¶Celſus : altus . ¶Turbæ : populi . ¶Et bene narraris : deeſt cum. & legendum eſt narraris: non autem narrabis. ¶Letum: mortem. ¶Taurique, virique: ideſt Minotauri. ¶Saxea tecta: ideſt labyrinthum. ¶Tellure: hac inſula. ¶Non ego: deridet ipſum & ironice loquitur. ¶Surripienda: remouenda . ¶Tuis titulis laudibus. ¶Nec pater: ex nimia ira dicit eum non eſſe humano ſanguine genitum : ſed ex ſaxis . ¶Pater : ſcilicet tibi ¶Aethræ pitheidos: ideſt filiæ Pithei : vt ſupra diximus . ¶Auctores tui: ideſt parentes : & ex quibus es genitus.ſic Dido ad Aeneam apud Virg.lib.iiii. Aenei.Non tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor Perfide : ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus:hyrcanæq; admorunt vbera tigres.

Fides vnde dicta ē
Ergo quæ pars orationis ſit
Antiquorū rit⁹ i cadaueribus curandis

ASCEN.

¶STRATA: ideſt proſtrata.ſtrauit: ideſt ſeipſa cooperuit. flores ſternuntur per pauimenta . Cornu : qui ſemitaurus erat. Ergo ego &c. dolet ſibi defuturum officium funebre & exequiale: quod morituri fere ſibi defore queruntur.Ibis Cæcropios: inuidioſe dicit Theſeum quaſi triumphantem parta victoria in patriam rediturum:cum ipſa,per quam victoria parta eſt,in inſula deſerta mori cogatur.

ANTO. ¶ Dii facerent, vt me summa de puppe videres: affectione vtitur: monstrat enim qualis sit, & quod actum sit in miserabili fortuna. ¶ Non oculis: quia absens es. ¶ Sed mente: meditare, qualis esse possim. ¶ Hærentem scopulo: sola in eminenti saxo consederat calamitatem suam deplorans: vnde nauigantem conspexerat Theseum. ¶ Graues: madidas lachrymarum abundantia. ¶ Corpus horret: horrore torpescit. ¶ Labat litera: quia tremunt articuli horrore compressi: Epistola tumidibus notis est scripta. ¶ Non te per meritum: solita deprecatione Epistolam claudit. ¶ Adoro te: non per meritum: quia ingratitudine Theseum insimularat: non erat beneficiis deprecandus. ¶ Quoniam male cessit: mihi fuit inutile, nam cum gratias rependi expectarem in solitudine feris deuoranda relicta sum. ¶ Facto meo: meis beneficiis, quæ in te contuli. ¶ Sed nec pœna quidem: si non eram digna gratiis pro collato beneficio: non est cur pœna sim afficienda. ¶ Non ego causa salutis: exprobrat beneficia. Si negas me te eripuisse e medio leti turbine, tamen ad necē tu me cogere non debebas. ¶ Has tibi plangendo: translatio est a victis in prælio: qui cum succubuerint, manus tendere consueuerunt. ¶ Lassas plangendo pectora: quæ iam languescunt dum me percutiunt. ¶ Qui superant: cæteros laniatu assiduo decerpsi. ¶ Tua facta: ad sæuitiam & perfidiam hoc refert. ¶ Si prius occidero: q̄ freta relegas Naxon versus. ¶ Ossa leges: in sepulchro compones a feratum dentibus decerpta. Ex Peonis Amatusii historia sumptum: qui scribit (vt diximus) Ariadnam in Cypro reliquisse nauigatiōe defessam: & cum rediret extinctam reperisse: reliquisseq; pecuniam ad sepulchri & funeris pompam.

Dii facerent, vt me summa de pupe videres.
  Mouisset vultus mœsta figura tuos.
Nūc quoq; nō oculis, sed qua potes, aspice mēte
  Hærentē scopulo, quem vaga pulsat aqua.
Aspice demissos lugentis more capillos:
  Et tunicas lachrymis, sicut ab imbre, graues.
Corpus, vt impulsæ segetes aquilonibus horret,
  Litteraq; articulo pressa tremente labat.
Non te per meritum (q̄m male cessit) adoro:
  Debita sit facto gratia nulla meo.
Sed nec pœna quidem, si non ego causa salutis:
  Non tamen est, cur tu sis mihi causa necis.
Has tibi plangendo lugubria pectora lassas
  Infelix tendo trans freta longa manus.
Hos tibi, qui superant, ostendo mœsta capillos:
  Per lachrymas oro, quas tua facta mouent.
Flecte ratem Theseu, versoq; relabere vento:
  Si prius occidero, tu tamen ossa feres.

HVBER ¶ Dii facerent: nititur mouere eum ad cōmiserationem sui. ¶ Videres, pro vidisses. ¶ Mœsta figura: idest aspectus meus tristis & lachrymosus. ¶ Mouisset: ad misericordiam & lachrymas deduxisset. ¶ Non oculis: quia ex remotione locorum non potes oculis corporeis me videre. ¶ Sed mente: sed cogitatione. ¶ Hærentem: idest finge videre me stantem in scopulo ab aqua pulsato. ¶ Demissos: per humeros sparsos. ¶ More lugentis. i. more eius quæ mortem alicuius mœret. ¶ Tunicas. s. meas. ¶ Graues lachrymis: idest madefactas. ¶ Sicut ab imbre. i. sicut ab aqua. ¶ Corpus: dicit se præ dolore & timore tremere. ¶ Sicut segetes: tremunt per ventos. ¶ Horret: tremit. ¶ Impulsæ: motæ. ¶ Aquilonibus: idest ventis. posuit autem Aquilones pro omnibus ventis: & hæc comparatio est etiam in primo libro de arte amandi de ipsa Ariadne: Horruit, vt steriles agitat quas ventus aristæ: Vt leuis in madida canna palude tremit. ¶ Litera pressa: idest signata & scripta. ¶ Articulo: idest digito. ¶ Labat: vacillat. i. non habet rectum ordinem. ¶ Non adoro: idest non oro nec adiuro. ¶ Per me. s. per beneficium quod tibi præstiti. ¶ Quoniam male cessit: idest male successit mihi: quia male locaui ipsum. ¶ Nulla gratia: idest nulla retributio. ¶ Sit facto meo. i. beneficio quod tibi feci. ¶ Sed nec pœna. i. sit meo facto: idest si non vis reddere gratiam facto meo: non debes etiam reddere pœnam & malum. ¶ Si non. i. si non fui tibi causa salutis: sicut fortasse tu existimas. ¶ Non tamen est cur tu sis mihi causa necis. i. cur tu debeas esse causa meæ mortis. ¶ Has: δεικτικῶς. i. demonstratiue. ¶ Plangendo: idest percutiendo. tantum enim percussi pectora mea: q̄ ipsæ manus sunt lassę. ¶ Tendo: porrigo. ¶ Qui superant. i. qui supersunt & restant. nam reliquos præ dolore laceraui & auulsi. ¶ Tua facta. s. crudelia: quia me deseruisti solam. ¶ Flecte: ordo pendet ab eo loco. ¶ Non te per meritum: hucusq;. ¶ Flecte ratem: verte nauem ad me recipiendam. ¶ Relabere: retro nauiga. ¶ Verso mutato. ¶ Si occidero prius. s. si mortua fuero antequam redeas ad me abducendam ex his locis. ¶ Tu feres ossa: idest efferes & sepelies: Conduxit autem Epistolam per commiserationem. Exitus rei fuit: q̄ Theseus nunquam reuersus est ad eā sed illa inuenta a Baccho in ea insula facta est vxor eius: & translata in cælum cum corona sua: & facta est signum quod hodie quoq; dicitur corona: vt supra alio loco diximus. eius autem transmutationem describit optime ipse Ouid. libro primo de arte Amandi: & libro tertio Fast. & libro septimo Metamorpho.

ASCEN. ¶ Flecte ratem Theseu: summa votorum Epistolæ fini apta.

¶ In vndecimam Epistolam Argumentum.

ANTO. 
Ynas ex Menalippe Aeolum genuit: qui Thessaliæ partem tenuit, quam a se Aeolida nuncupauit, filiam Arnē habuit, ex qua Neptunus geminos, Boetum & Aeolum suscepit. Boetus in aui maternum regnum successit: Aeolus vero, cum ad insulas Tyrrheni maris appellaret: quas Lyparus Ausonis filius tenebat, accepta coniuge huius filia in regnum successit, insulasq; de se Aeolias nuncupauit. Deinde ex Cleopatra: quæ erat ex genere Lestrygonum: septem filios: & totidem puellas sustulit. licet Home. xii. tantum commemoret. Hi sunt qui nominantur mares: Astiochus: Xutus: Androcleus: Pheremon: Iocastes: Agatyrsus: & Machareus. Puellæ vero Iphe: Aeola: Peryboea: Dia: Astycatia: Hephestia: & Canace: omnes (si Diodo. credimus) ob gloriam & virtutem in maximo honore sunt habiti præter Canacem: quæ cum ex fratre Machareo filium peperisset: comperto facinore, seipsam iussu patris trucidauit. Machareus in templum Apollinis delphici cōfugit: quem volunt cum Oreste in necem Neoptolemi conspirasse. Maritura igitur Canace per Epistolam Machareum precatur: vt expositi infantis ossa legat: & vna cum suis vrna componat.

¶ Si qua

ANTO.


SI.qua tñ cæcis errabunt scri.litu.impfectum dicendi genus vt querentem propinqua nece inchoare decet.relin quitur enim aio consciendum magisq̃ verbis explicari possit sunt enim vocabula quę cũ principiis cõueniunt: vt q̃q̃:licet:& cætera id genus alia sibi subiici desiderant. Alia quę tm̃ subiicimus:vt etiã:vero:tamen.Sed qui elegantius locuti sunt:cũ aut indignationẽ:aut dolorem exprimere voluerunt:vt iratũ æstus aut q̃relas significantius ostenderent: quibus honeste inchoare non conuenit ab his sumpsere principia: vt Virgiliana Iuno ad Venerem cũ indignatioe loquitur:Egregiam vero laudem.& ad Aeneam Dido: Dissimulare etiam sperasti perfide tantum posse nefas. Et in tristibus Ouid. Ergo erat in fatis scythiã quoque visere nostris. Canace quoque cum scriberet, cum ante oculos gladium a patre missum,vt illo se perimeret,haberet vt dicebat:principio abrupto vsa est. Si qua tamen,inquit cæcis errabunt scripta lituris: in hoc principio tacetur qd præcedere debuit. idest decreui ante necem ad te scribere tamen literarum notæ quoquo modo obliteratæ fuerint, scias id cadentis Canaces sanguine obtigisse. Libellus libellum pro Epistola vsurpat. Dextra tenet calamum: a corporis habitu pathos concitat. Ferrum: ensem significat ab Aeolo missum. Aeolidos. de se loquitur: per inde atque de alio narraret.is est,inquit, habitus Canaces Aeoli filiæ. forma hæc nominum vt phyllis: Aeneis: Thebais: Aeolis & Aeloidos. Duro patri: Aeolum patrem in odium trahit dum illius crudelitatem exponit. Opus exigeretur: mandata afficerem:hoc est meipsam perimerẽ. Oculis auctoris Aeolum significat qui necis causam prebuerat. Vt ferus est particula vt interdum tempus significat: vt Virgilianum illud: Turnus vt infractos aduerso Marte latinos. in Asina. Plautus pro quantum vsurpauit:cum Argirippus dicit: Vt vestræ fortunæ mei procedunt libane longe,qui hodie numquam ad vesperum viuam. hoc loco: cum similitudinem exprimat: ita carminis licentia præterit Ouidius: vt illud in oratore Ciceronis est: cum dicit. Vt quisque optime græce sciret ita esse nequissimum. Hic locus nos admonet in hac iunctura duarum particularum:ita & vt: nõ semper gradus respondere debere:vt quibusdam placuit.Nam Ouidius sic cis non ficcioribus genis dixit: vt est, inquit, crudelissimus ita meam cædem non lachrymabundus inspiceret.

Vt dictio qd impio prie significet: & qño i oto ne ponat

Scilicet dictio qualiter diuersa significet

Aeol⁹ quã obrẽ vero tũ deus fictus sit

CANACE MACHAREO.



SI qua tamẽ cæcis errabunt scripta lituris,
Oblitus a dominæ cæde libellus erit.
Dextra tenet calamum, strictum tenet altera ferrum,
Et iacet in gremio charta notata meo.
Hæc est æolidos fratri scribentis imago,
Sic videor duro posse placere patri.
Ipse necis cuperem nostræ spectator adesset.
Auctorisque oculis exigeretur opus.
Vt ferus est,multoque suis truculentior euris
Spectaret siccis vulnera nostra genis.

HVBER

SI qua tamẽ.Ex qua vxore æolus rex ventorũ suscepit Canacem & machareũ mihi incertum est sed tamen & Ser.teste: & Ouid.in hac Epistola scribẽte patet eos Aeoli filios fuisse: qui cum turpiter se amarent: & consanguinitatis pretextu teg nte culpam concubuissent: Canace ex eo concubitu concepit & peperit filium: quem cum clam e regia per nutricem emitteretvt aleretur infelix infans se suo vagitu prodidit auo: qui tanto offensus scelere: iussit infantem in nociuum exponi canibus Glaudium vero per satellitem misit: quo illa pro meritis vteretur: quo se interfecisse creditur. Machareus pœnæ & irati patris metu territus ex patria aufugit: crediturque factus sacerdos delphici Appollinis:qui postea verbis oraculi Orestem in cædẽ Pyrrhi ob raptã Hermionem hortatus est. Interea deprehẽso scelere Canaces:priusq̃ moreretur, fingit poeta eam scripsisse hanc Epistolam ad Machareũ:qua ei narrat casum suum: & irã patris & postremo rogat: vt colligat ossa sua & infantis: & vna vrna ea recõdat. Si qua tñ:sunt qui existimãt hic aliqd deesse:quia tñ nõ videat cõuẽnire principio. & i q̃busdã codicibus iueni hos duos versus: Aeolis Aeolidę, quã nõ habet,ipsa salutẽ Mittit:& armata verba notata manu. In duobus tñ codicibus meis vetustissimis hi versus nõ legunt:qd aũt ante tñ videat aliquid esse p̃ponẽdum. plerumque magis fit in sensu,q̃ in verbis: nã intelligitur mitto tibi hãc Epistolã: tñ. Si qua scripta.i.si aliquæ partes meæ Epistolæ. Errabunt.i.vacillabunt:& non habebunt rectum ordinem. Lituris: signis literarum a linendo: vel maculis Cæcis:obscuris: quæ non bene possint legi. Libellus, Epistola, vel charta. Oblitus:fœdatus. A cæde:pp cædẽ. Dominæ.i.mei Canaces. Dextra: describit casum suum. Ferrum: ensem. Metonymia. Strictũ:nudum. Iacet:sedet, posita est. Soluta:aperta. Hęc est imago:hæc est forma:in qua tu potes considerare me esse. Aeolidos: mei Canaces q̃ sum filia Aeoli. Sic:hac forma.s.ense nudo parato ad necẽ meam. Duro: crudeli.adducit aũt eũ in odiũ cõmemorans eius sęuitiam. Ipse.s.pater. Spectator:q videret. Opus.i.cædem meam. Exigeret: perficeretur. Oculis:idest in conspectu. Auctoris:scilicet patris,qui est auctor & causa, vt me interficiam. Truculentior: sæuior. Suis:qui sunt sub imperio suo. Spectaret siccis: idest videret cædem meam sine vlla effusione lachrymarum.

Argumentũ Eplæ

Litura vñ dicta est

ASCEN

SI qua tamen. Est & huic Epistolæ pannosum, nescio cuius assumptum principium tale: Aeolis Aeolidę, quam non hẽt ipsa, salutẽ Mittit, & armata verba notata manu, Quod pannosum dixi:q nõ cohæret sequẽtibus, detrahitque artificio poetæ. q cunctabundam inducit mulierẽ ex abrupto Epistolam inchoasse, correspondentem ad ea quæ animo præmeditata fuerat, videlicet Iam iam meipsam interfectura sum: sed ne penitus inhumata & mea & nati feris expositi maneant ossa: scribã in hoc statu ad fratrem, & significabo illi mentem meam. Si qua tamen &c. Oblitus: media, siue penul.b: eui ab oblinor. Vnde doctrinale: Datque lino lini, vel leui, deinde litum dat ab obliuiscor autem oblitus mediam producit. Lituris cæcis: idest obscuris, illegibilibus, libellus.i. Epistola cæde sangui-

ne per cædem effuso. Calamum: calamus est genus arundinis quo itali scribunt vti galli pennis anserinis. Charta est, quam galli abusiue papyrum vocant, eo q̃ in papyro.i. pellicula papyri quæ arundinis genus est in Aegypto frequēs olim scri/ pcitatum est. Aeolidos: Aeoli filiæ. hæc Aeolis huius Aeolidos. Opus exigeret.i. cædes expresse ageret. & exhiberet ocu/ lis.i. coram oculis auctoris.s. pris. Euri venti sunt orientales: zephyri occidentales: noti meridionales, & aquilones septen trionales: quia vero aquilo seu boreas a thracia flat: vocat eū Sythonium, sicut Virgilius grues dicēs: Sythoniasq; grues. ANTO. ¶ SCILIcet est aliqd.i. si cū acerbitate aliqua qdē efferat, qd dicimus negat: vt est apud Virg. Scilicet is supis labor est: & in andria Terent. iūid curat populus.s. quod ita dictū est: vt nec dii: nec populus curarēt: hoc loco affirmat: vt si profecto multū est. ¶ Ingenio: violētiæ. sunt enim vēti in exorabiles, & imites: ideo poetæ surda freta solēt appel lare: qm̄ oratiū preces nō audiant vētorū rabie impulsa. & Ariadne dixit: vos quoq; crudeles venti. ¶ Populi sui: vētos significat: quorum imperiū Aeolo Homerus assi/ gnat: quod ideo putasse veteres existimo: qm̄ vti velis nautas edocuerit, & scierit Aeolus exhalationē, quæ ex Thracia vbi loco sit & quo pacto ve/ tusto voca bulo appel letur antris Aeolis emergebat: qui vēti essent spiraturi. Sythonio est Thracia ad septētrionē exposita: vñ spirat aqlo: quā diximus vetustissimo vocabulo Sythonē appellatā. Oui. quatuor illos vētos ponit: quos obseruauit antiquitas. & Homerus in odyssea cōmemorat: eū multos alios obseruauerit posteritas: vt apud Pliniū, & Victruuiū li/ cet legere. ¶ Tumidæ nō imperat iræ: suā violētiā mode rari nescit. licet cohibeat vētorū rabiē. ¶ Vitiis suis: patri vitio dat crudelitatē. Superat, inqt, ventos asperitate & sæuitia, quibus imp rat. ¶ Quid iuuat admotā: pathos a gñe. nihil pdest me ducere genus a Saturno. nā (vt dixi/ Aeoli ge/ nealogia mus) Neptunus auctor est generis Aeoli: cuius frater est Iupiter. ¶ Admotā: iunctam. pro auorū nomina hi sunt cælus, Saturnus, Neptunus. ¶ Funebria: ad meum funebre exitium missa. miserat enim Aeolus ensem per præconē vt seipsam trucidaret. ¶ Non mea tela, fœminea tela sunt colus: & cū flami nibus lana & calathus. ¶ O vtinam: pathos a facti pœnitentia. ¶ Commisit in vnum: vno lectulo coniunxit. ¶ Hora serior meo leto: ante id temporis vellem cecidisse: quoniam patris violentiam non experirer: nec nostri generis decus extingue/ rem. ¶ Plus me frater q̃ frater amasti: dolet q̃ Machareus nō fratrē: sed amicū se cū sorore gesserit: qd fuit plusq̃ fratrem de cear. ¶ Nō debet quod soror esse: nō decet sororē se amicā cū fratre gerere. ¶ Incalui: amore incensa fui. ¶ Qualem: vt multa recensere consueuerunt sensi cupidinis violentiam. ¶ Nescio quem sensi: erat enim omnis amor Canace ignotus.

Scilicet est aliquid cum sæuis viuere ventis:
　Ingenio populi conuenit ille sui.
Ille noto, zephyroq;, & sythonio Aquiloni
　Imperat, & pennis Eure proterue tuis.
Imperat en ventis, tumidæ non imperat iræ:
　Possidet & vitiis regna minora suis.
Quid iuuat admotam per auorum nomina cælo,
　Inter cognatos posse referre Iouem?
Non minus infestum, funebria munera, ferrum
　Fœminea teneo, non mea tela, manu.
O utinam Machareu, quæ nos commisit in vnum,
　Venisset leto serior hora meo.
Cur vnq̃ plus me frater, q̃ frater, amasti?
　Et tibi, non debet quod soror esse, fui?
Ipsa quoq; incalui, qualemq; audire solebam,
　Nescio quem sensi corde tepente deum.

HUBER. ¶ SCILIcet: arguit a cōsuetudine.i. cōuersatione. dicit qd qa versat & viuit cū vētis: qui sunt sæui: ipse quoq; est sæuus & cōuenit naturæ ventorū. ¶ Cōuenit: facit ¶ Ingenio: naturæ. ¶ Sui populi.i. vētorū. ¶ Ille noto: enumerat quatuor ven/ Notus q a latinis au/ ster dicit q vētus sit Zephyrus a latinis fa uonius di/ ctus q̃ mō/ di pte spi/ ret tos. ¶ Noto: notus sine aspiratione vētus est meridionalis humidus: & pluuius: q a nostris auster dicit. Zephyrus aūt occi/ dentalis est: qui latine Fauonius dr. ¶ Aquiloni.i. boreæ: q ab aqs discutiēdis dr Aqlio latine. ¶ Sythonio: threcio. flat enī ex thracia. Sython aūt (vt in secunda Epistola diximus) mōs est Thraciæ. ¶ Eure: is est vētus oriētalis. de his oibus vētis cardinalibus Ouid. lib. primo Metamorphoseos: Eurus ad aurorā, nabatheaq; regna recessit: Persidaq;, & radiis iuga sub/ dita matutinis Vesper: & occiduo quæ litora sole tepescūt, Proxima sunt zephyro: scythiā: septēq; triones Horrifer in/ uasit boreas: cōtraria tellus Nubibus assiduis: pluuioq; madescit ab austro. ¶ Pennis: quia venti dicūtur habere alas: vnde ipse libro sexto Metamor. de borea abducēte Orythiam dicit: pauidam caligine tectus Orythian amans fuluis complecti tur alis. ¶ Tumidæ: quæ tumidum facit. ¶ Minora suis vitiis: quia potest reprimere ventos: qui sunt sub regno suo. Vitia autem sua: idest iram non potest coercere. ¶ Quid iuuat admotam: sic legendum est: non autem ad mortem. est autem ordo & sensus. ¶ Quid iuuat.i. quid prodest. ¶ Me admotam nomina proauorum: figurate: idest habentem nomina proauorum admota: sicut Oculos suffusa nitentes. admota: idest appropinquata. ¶ Posse referre: idest enumerare. ¶ Iouem inter cogna tos: idest posse dicere quod Iupiter sit de gente mea. Aeolus autem non Hippotæ filius fuit (vt quidam male existimant) Aeolus cu ius filius fue rit, sed nepos. natus est enim ex Segesta filia hippotæ Troiani, & Ioue. hæc eadē Segesta a Crimiso fluuio Siciliæ compres sa genuit Acestē: qui postea in Siciliæ regnauit. ¶ Non minus: idest nihilo minus.s. licet sim de gente Iouis. ¶ Munera fune bria: idest apta funeri: idest morti. est autem oppolito figura propter duo substantiua apposita sine copula: videlicet ferrū & munera. ¶ Fœminea: idest imbelli. ¶ Non mea tela: idest non mihi apta: aut conuenietia. ¶ O vtinam: optat se fuisse mor tuam antequam coniunctam fuisset fratri. ordo: O Machareu hora quæ commisit: idest coniunxit. ¶ In vnum: idest simul. ¶ Venisset serior: idest tardior. ¶ Meo leto: idest mea morte: idest vtinam prius essem mortua, q̃ me vnq̃ cognouisses: aut non venissem ad tantam calamitatem, vt coacta essem mihi: vt paterna mandata adimplerem: mortem consciscere. ut tut plus: si potes opem feras. Et ex hoc Canace auget miseriam suam: conaturq; Machareum ad misericordiam mouere impre cando sibi mortem: quæ sæpissime cum a teneris annis contingat: mortales quibuscunq; calamitatibus futuris eripere so let. Mors enim (vt testatur Seneca) nullum habet incommodum: ne q; vitam interimere videtur: & si ipsam quoquo mo do eripiat. De qua plura legito apud Herodotum, & Ciceronem. ¶ Cur vnquam: dolet de hoc amore illicito. ¶ Quam fra ter: quia amor fratris erga sororem debet esse moderatus, nec debet esse ad concubitum. ¶ Et cur fui, quod soror non debet esse: cur obsecuta sum tibi in coitu: quod soror facere non debet. ¶ Ipsa. q. dicat se etiā fuisse amore compulsam sicut & fra trem. ¶ Incalui: incensa sum amore. ¶ Deum: cupidinem. ¶ Tepente: calente. ¶ Nescio quæ deum. q. d. antea mihi incognitū.

ASCEN. ¶ SCILIcet est aliquid: amara irrisio. nimirum, inquit. magnū est habere rationē cum ventis, qui illorum naturā induit. Possidet & vitiis &c. bonum verbum. regno, inquit, suo pēnis: quia finguntur venti pēnis vti, dum præcipites feruntur. Possidet & vitiis &c. bonum verbum. regno, inquit, suo dominatur nō vitiis. maiora ergo sunt vitia regno, quia dominamur inferioribus & minoribus dūtaxat. Quid iuuat &c. sic Iuuenalis: Stēmata quid faciunt: quid prodest pontice longo. Sanguine censeri &c. Non mea.i. non decentia me. O vti nam: dixi monosyllaba in vocalē desinētia a vocali sequēti nō absumi. Venit serior.i. tardior. leto.i. morte: hoc est: vtinā non fuissemus iūcti nisi post mortē. Cur vnq̃ plus me frater q̃ frater.i. q̃ fratrē decet. Et cur sup. fui tibi: quod nō debet esse soror.i. amica & cōcubina. Ipsa quoq; incalui. Nō tua solus culpa est: sed & mea: nā ipsa.i. ego quoq;.i. etiā icalui.i. inter secus calui: & sensi nescio quē deū, cupidinē videlicet: quē tūc non morā supple talem, qualē solebā audire sup. alius fuisse,

Fugerat ore

¶FVGErat ore color:orditur quicquid post amorem,& in amore gestum est:& primum a signis quantum ipsa ama/ ut indicat. ¶Obduxerat:inuaserat. ¶Quid esset:quibus curis conflictaretur. ¶Et illud erat:amabam:ideo curis angebat. ¶Animo anili:qui ob ætatem rerum habet experiẽtiam. ¶Deiecit ocellos:quod est maximum erubescentiæ signum:quod in Aenea nõ fore Dido Virgiliana queritur cum ait: Num gemitu doluit nostro:num lumina flexit. ¶Hæc signa macies: vigiliæ:erubescentia. ¶In tacita:cum me amare non negarem:sed tacerem. videtur enim fateri qui rogatus tacet. ¶Iamq; tumescebant:honeste præterit vt cum fratre iuncta sit. ¶Vitiati:vitiatas dicimus virgines cum pudicitiam posuerunt.vt

ANTO.

Erubescẽtiæ signum quod sit.

Fugerat ore color,macies adduxerat artus,
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec somni faciles,& nox erat annua nobis,
Et gemitum nullo læsa dolore dabam.
Nec cur hoc facerẽ,poterã mihi reddere causam
Nec moram quid amans esset,at illud eram.
Prima malum nutrix animo præsensit anili:
Prima mihi nutrix Aeoli dixit,amas.
Erubui,gremioq; pudor deiecit ocellos:
Hæc satis in tacita signa fatentis erant.
Iamq; tumescebant uitiati pondera uentris:
Aegraq; furtiuum membra grauabat onus:
Quas mihi nõ herbas, q̃ nõ medicamina nutrix
Attulit: audaci supposuitq; manu.
Vt penitus nostris(hoc te celauimus unum)
Visceribus crescens excuteretur onus.
Ah nimium uiuax admotis restitit infans
Artibus,& tectus tutus ab hoste fuit.
Iã nouies erat orta soror pulcherrima Phœbi:
Denaq; luciferos Luna uehebat equos.
Nescia,quæ faceret subitos mihi causa dolores:
Et rudis ad partus,& noua miles eram.
Nec tenui uocem.quid,ait,tua crimina prodis?
Oraq; clamantis conscia pressit anus.

Terentianum illud in andria: Glycerium vitiat Pãphilus. ¶Onus furtiuum:fœtus furtim conceptus. ¶Quas mihi non herbas: quæ non medicamina:partum ex vtero excutere conati sunt herbarum succis:ex quibus maxime valere sisimbrium scribit Plinius, si cibo aut succo sumatur. ¶Supposuit vtero: apposuit ad excutiendum fœtum. ¶Penitus:ex intimo vtero. ¶Admotis artibus: medicami/nibus adhibitis excuti non potuit. ¶Tectus: clausus vtero. ¶Ab hoste:nutricem significat:quæ illum perimere conata est. ¶Iam no/uies erat orta soror pulcherrima phœbi:erat decimo mense partus maturus. Hippon Methapontinus a septimo ad decimum mẽsem nasci posse partum existimas... turumq; esse. Diocles: Straton: Empedocles:& Epigenes septimo nasci posse affirmant: octauo omnino negant. Diocles tamẽ Caristius:& Aristo.stragyrita nono & decimo mense partum maturum esse tantummodo putauerunt: Epigenes bizãtius nono mense omnino negat id effici posse. Hip/pocrates decimo. solus Arist.& vndecimum mensem parientibus assignauit. ¶Quæ causa:ignorabam propinquo partu cur dolerẽ. ¶Nec tenui vocem:more parientium clamaui.

Virginesq̃ re vitiatæ dicuntur.

Sisimbriũ herba ad partus excutiendos vtilissima.

Quoto mẽse puer nasci possit & fœt? dicat esse maturus.

¶FVGERat:describit signa amantis. ¶Color:rubor. ¶Fugerat ore:idest ex facie. nam amans efficitur pallidus. Ouidius in primo de Arte:palleat omnis amans:color hic est aptus amanti. ¶Macies: macilentia. ¶Adduxerat: attenuauerat. Ouidi. in loco suprascri/ptos:Arguat & macies vultum. ¶Coacta:compulsa: quia non ha/bebant appetitũ:qui ex ægritudine amoris solet discedere. ¶Som/ni:dormitiones. ¶Nec faciles: idest difficiles. Ouidius loco supra/dicto:Attenuant iuuenum vigilatę corpora noctes:Curaq;:& im/menso qui fit amore dolor. ¶Annua:longissima: idest vna nox vi/debatur mihi vnus annus. ¶Læsa nullo do.quæ non sentiebã do/lorem aliquem. ¶Dabam gemitum:emittebam suspiria. ¶Reddere causam cur facerem:quia nesciebam amorem esse, qui me faceret su

HVBER:

Amãtis color quis sit

Videne sit legendum & noua miles eram.

pirare. ¶Quid:quæ res. ¶At eram illud:idest illa res:scilicet amans. ¶Prima:ante alios. ¶Animo anili:quasi cauto & peti/o talium r. rum. ¶Malum: amorem meũ. ¶Aeoli:vocatiuus est patronymici fœminini. ¶Amas:es correpta amore. ¶Eru/m:verecundiam vultus rubore ostendi. ¶Deiecit:demisit. nam verecundia facit oculos deiectos. Ouidius de Calistone: /Ix oculos atolit humo. ¶Hæc satis:idest licet tacerem, hæc erant satis. ¶Signa fatentis:idest confitentis me amare. ¶In acita:idest in me nihil ei respondente. ¶Tumescebant:crescebant. ¶Vitiati:grauidi. ¶Onus furtiuum:idest puer quem fe bam in vtero. ¶Furtiuum:occultum vel furto:idest stupro conceptum. ¶Membra:scilicet mea. ¶Quas herbas non attu/ t quasi dicat omnes. est enim legendum interrogatiue. ¶Supposuit:per inferiores etiam partes immisit. ¶Vt onus excu/ teretur nostris visceribus:idest eiiceretur e ventre. & vt facerem abortiuum. sunt enim quædam herbæ, & quædam me/ icamina quæ habent vim faciendi abortiuum. ¶Hoc te cæla. parenthesis est:idest hoc solum tibi occultauimus:quod vo rim ante emittere partum. dicimus autem Cęlo te hanc rem: & de hac re. ¶Nimium viuax:idest nimium genitus ad vi/ ndum. ¶Restitit artibus admotis:idest vicit appositas artes. ¶Tectus:in ventre meo tutus. ¶Ab hoste:idest ab illa anu, uæ illis medicaminibus quærebat eum interficere. ¶Soror phœbi: idest Luna. ¶Erat orta nouies:idest iam erat nouus nsis. ¶Dena:idest decima. ¶Luciferos:ferentes lucem. est autem hoc loco adiectiuum: idest iam aderat decimus men/ :quo(vt:plurimum)dicuntur mulieres parere. Virgilius. Matri longa decem tulerunt fastidia menses. ¶Nescia:ignara. Quæ causa faceret dolores:quia nesciebam eos fieri ex fætu:qui iam erat maturus in ventre. ¶Rudis:inexperta. ¶Mi/ :translatiue dixit. ¶Noua:quia nunquam ante pepereram. Solent vtiq; nouæ parturientes intollerabili dolore affici: præ nimio dolore exclamare:vt paulo infra ostendit:dum, inquit. ¶Nec tenui vocem: & ex hoc ostendit tanquam ru/ s ad furta minime potuisse partum cælare:ni eius nutrix sibi auxiliata fuisset:ipsiusq; os adeo compressisse:vt etiam ma o pudore, & timore prohibita:silere adacta fuisset: arguitq; hoc loco quantum doloris inter parturiendum passa fue/ connectendo alias q̃ plures erumnas suas:quas seriatim exequitur:cum ait. ¶Mors erat ante oculos &c. Ordo est: Ego scia quæ:idest qualis causa faceret:hoc est causaret mihi tam subitos: idest repentinos dolores. &: idest quoniam eram dis:& noua miles ad partus. ¶Nec tenui vocem:idest non potui comprimere vocem:quin clamarem. ¶Quid ait:ordo: nus ait, quid prodis:quid indicas. ¶Tua crimina:tuum scelus. ¶Et ipsa conscia:idest quæ sciebat crimen meum. ¶Pres/ clausit. ¶Clamantis:scilicet mei.

Abortiuũ qũo fiat.

FVGErat ore.i.ab ore.color &c.signa sunt amoris. Nullo læsa dolore nesciens causam, qui amor erat. Ad illud eram quod non noram quid esset videlicet amans:nesciui quid esset amans, & eram amãs. Animo anili.i.sagaci & callido ex nga experientia, qualis est in anu. dixit Aeoli:idest Canace Aeoli filia tu amas. vitiati:idest violati ventris. onus furti/ m.i.furtim conceptum nesciente patre. Quas mihi non herbas &c. hoc est nullas non attulit, & omnes attulit:sed plus in figurata interrogatione q̃ in expresso, etiam vniuersa affirmatione. significat enim qui sic quærit velle inuenire ex/ tionem. & non posse:vt Hæc eadem vt sciret, quid non faciebat amyntas? Et: Quem non incusaui amens hominũq; orumq;. Hoc te cælauimus vnum:honesta purgatione Machareus tam nefandi conatus conscius innuitur. Ah infans nium viuax.i.vitalis.restitit artibus:idest medicaminibus admotis. Et tectus.s.in ventre meo. fuit tutus ab hoste.s.nu/ ce, aut arte nostra. Iam nouies:significat quomodo aduentante maturo partu peperit. Soror Phœbi.i.Luna. Noua mi/ .s.lucinæ, quæ dea partus est:quid ait, s. nutrix anus.

ASCEN.

ANTO. GEMItus: præ dolore gemebã. Gemitus: murmura. Verba elapsa: q̃ præ dolore exciderant voces. Reprendo: re sumo & reprimo ne audirent, importune repetendo alii legerũt. Cogor: qm̃ ita imperat nutrix. Lucina Iuno: quæ pa rientibus præest. Graue crimen: qm̃ mecũ infans extinguebatur. Pressa refouisti pectora: Machareus parturienti Cana ce adstitit: quæ cum primo partu maxime laborasset, excitata Macharei adhortationibus dolores cũ partu posuit. Et mihi: me alloquutus es cõmiserationem excitat hæc sermocinatio. Duos: & te & partum. Quid tibi grataris: hac sollci tatione transit: vt quid mali Aeoli crudelitate post partum contigerit, exponat. Quid tibi grataris: non esse gratulãdũ arguit ab Aeoli impietate, & facinoris dedecore & periculo. Surri pienda: furtim abducenda. Sedula: vafra, & ad occultãdũ crimẽ diligens nutrix. Ficta q; sacra facit: simulat sacrificare: hostiam q; simulabat esse puerum frondibus & vitis inuolutũ. Dat populus sacris: quisq; viam præbebat aniculæ, iter q; in templum sacrifica tura pergere simulabat. Limen: Aeolis regiæ hostium. Patrias: patris Aeoli: Suo indicio: eius vagitu. Insana: furibunda. Vt mare: a simili pathos mouet. Fraxina: fraxini arboris quæ in Ma cedonia dicitur bumelia: græce vero melias. Pallẽtia: quæ timo re patris facta erant pallida. Irruit: in me impetum fecit

Fraxinus arbor qb' noibus ap pelletur

Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit:
Sed timor, & nutrix, & pudor ipse, vetant.
Contineo gemitus: elapsa q; verba reprendo
Et cogor lachrymas combibere ipsa meas.
Mors erat ante oculos, & opem lucina negabat
Et graue, si morerer, mors quoq; crimen erat
Quum super incũbens scissa, tunica q;, coma q;
Pressa refouisti pectora nostra tuis:
Et mihi viue soror, soror o charissima, dixti.
Viue, nec vnius corpore perde duos
Spes bona det vires, fratri nam nupta futura es.
Illius, de quo mater, & vxor eris.
Mortua (crede mihi) tamen ad tua verba reuixi:
Et positum est vteri crimen, onus q; mei.
Quid tibi grataris? media sedet Aeolus aula
Crimina sunt oculis surripienda patris
Frondibus infantem, ramis q; albentis oliuæ,
Et leuibus vittis sedula cælat anus:
Ficta q; sacra facit, dicit q; precantia verba:
Dat populus sacris, dat pater ipse viam.
Iam prope limen erat: patrias vagitus ad aures
Venit: & indicio proditur ille suo.
Eripit infantem, mentita q; sacra reuelat
Aeolus, insana regia voce sonat.
Vt mare fit tremulum, tenui cũ stringitur aura,
Vt quatitur tepido fraxina virga Noto.
Sic mea vibrari pallentia membra videres:
Quassus ab imposito corpore lectus erat.
Irruit, & nostrum vulgat clamore pudorem:
Et vix a misero continet ore manus.
Ipsa nihil præter lachrymas pudibunda profudi:
Torpuerat gelido lingua retenta metu.

HVBER. QVID faciam: pro facerem. Edere: emittere. Gemitus: cla mores: idest ex vna parte dolor partus cogebat me clamare: ex al tera phibebat timor patris & nutrix, quæ increpabat me. Et pu dor: ex tanto scelere. Elapsa: iam ore emissa. Reprendo: idest ite rum prendo. Combibere: exiccare, & intra me tenere. legendũ est cõbibere: non autem cohibere: quia ratio metri non patitur. An te oculos: quasi dicat certa & parata. Lucina: dea partus. de qua diximus in Epistola Hypsiphyles ad Iasonem. Opem: quia solet auxiliari parientibus. Mors erat graue crimen: quia non potuis sem mori sine infamia in tali casu, quo fuisset cognitum scelus me um. Super incumbens: scilicet tu. Scissa tunica: idest veste. Et coma: idest capillis: propter dolorem quem de me capiebas. Re fouisti: recalefecisti. Nostra pectora pressa tuis: idest imposuisti pe ctus tuum super meum. Tuis. s. pectoribus. Et mihi: dicit verba quibus Machareus vsus est ad Canacem. Dixti: pro dixisti: synco pa est. Duos: scilicet te & filium. Corpore vnius: idest corpore tuo. Det vires: faciat te non deficere. Fratri: nam ecce quæ spes sit. Fratri. s. mihi. potest etiam legi fratris: vt dicamus. Es futu ra nupta: idest vxor. & ita nupta erit nomen. si vero legitur fratri est participium. Illius: dupliciter potest hic textus ordinari: sci licet cum præcedenti: sic es futura nupta fratris illius de quo &c. vel melius vt legatur fratri: & postea ordinet sic. Tu eris &. i. etiã. Vxor illius. s. mei. De quo: idest propter quem. Tu es mater: idest filium peperisti. his verbis dictis intelligimus eum statim di scessisse. Mortua. s. vt videbar mihi. Reuixi: respiraui. Ad tua verba. i. pp verba: q̃ mihi dixisti. Crimen onus q;. i. criminosum onus. Positũ: pro depositum. i. peperi. Quid tibi: dicit se frustra peperisse: quia & sibi & filio nuper nato sic moriendũ. Grataris: gratularis & gaudes: quia dixi me peperisse. Aeolus: pater meus. Surripienda: remouenda. Oculis pris: ne ab eo videat. i. auferẽdus est puer ita natus: ne pr eũ videat. Frondibus: dicit quo nutrix eũ occultauit: simulans se facturã rem diuinam. Frondibus: foliis, ramis. Albentis oliuæ: hæc. n. arbor erat in tutela Palladis: & dicata paci: apta sacrificiis: quæ anus volebat simulare. Velat: tegit. Vittis: fasciis tanq̃ rem sacri. Sedula: studiosa. Ficta: simulata. Verba præcantia. i. dicit hymnos & supplicationes. Dat viam. i. cedit: quia crede bat eam facere vera sacra. Erat prope limen: idest iuxta ianuam: vt egrederetur cum infante. Vagitus: proprie dicitur vox & clamor infantum. Virgil. lib. vi. Hinc exaudiri voces, vagitus & ingens Infantum animæ flẽtes in limine primo. Patrias: idest paternas. Proditur: detegitur: cognoscitur. Suo indicio: propria voce. Reuelat: detegit remotis fron dibus. Mentita: ficta. Regia: id est aula. Sonat resonat. Insana: magna. Vt mare: facit comparationẽ de suo tremo re cum audiret patrem ita clamãtem. Stringit: leuiter percutitur. Tenui: leui. Frax ina: pro fraxinea. Noto. i. vento. Trepido: quia venit a meridie: ideo est tepidus. Sic: adoptatio similitudinis. Videres: prouideret aliquis. Vibrari: moueri, tremere. Quassus ab: sensus est: lectus super quo erã: quatiebat a meo corpore tremente. Quassus: concussus. Irruit. i. cũ impetu intrat cubiculum meum. Virg. Irruimus densis, & ferro fundimur armis. Vulgat: manifestat. Pudorem. s. dedecus & infamiã. ita enim significat hoc loco. Vix cõtinet manus ab ore misero. i. vix cõtinet se quin vnguibus di laceret mihi vultũ: & eruat oculos. Ipsa. i. ego. Profudi emisi. Præter la. quia nõ potui aliqd dicere: sed solũmodo fle ui. Pudibunda. i. plena pudoris, & verecundiæ. Torpuerat: ita qd nõ poterat loqui. Gelido: frigido ab effectu.

Nupta pro noie & p/ ticipio po nitur

Vagitus quid sit

ASCEN. GEMItus: accusatiuus est pluralis. nam ordo est: dolor cogit edere gemitus. Reprendo: per syncopam. vt versus indi cat, pro reprehendo dictum. Combibere: metaphora: ab harena & cinere. Lucina: dea partus, quæ præest venientibus in lucem. Diana. s. aut Iuno. Pectora nostra tuis: scilicet pectoribus. Dixti: per syncopam pro dixisti: nam non in solis præte ritis in vi fit. Dixit enim Virgil. in primo: Accestis scopulos, p accessistis, & in. vi. Direxti tela manus q;: pro direxisti. Per de duos: te & fœtũ. Mortua: sup. eram. Positum est: idest expositum: ante pedes positum post partum. Cui dicto videtur per phantasiam gratulari Machareus. vnde add. t. Quid ti. gra. me. se. Aeo. aula. q d. sæuus excubator. Leuibus vittis. i. ferreis, quæ tempora in modum vittarum cingãt. Iam pro. li. e. docet agnitum esse partum a patre, facinus q; rescitum. sed, vt sæpe facit, πάθος mouet. i. affectionem, seu compassionem a frustrata spe. sicut. v. Aenei. Iam q; propinquabãt metis, finem q; tenebant &c. Vagitus. i. ploratus infantis. Indicio proditur ille suo: sicut sorex secundũ comicum, qui est mus mi nor, qui suo strepitu se feli prodit. felem aut ẽ catum dicit vulgus. Ipsa. i. ego solum, inquit, lachrymare potui, nõ prolog.

Clamg. dea

ANTO.

IAM q; dari patruum canibus:pa:hos ab ætate.⸿ Auibus:vulturibus qui cadauera sequuntur.iussit, inquit, Aeolus ex pon̄i pue:um.⸿ Sensisse:ſnam calamitatem.⸿ Tunc:cum mea pignora lupis edenda tradi conspicerem.⸿ Inimicus:satelli tem seu præconem Aeoli intelligit.⸿ Viscera:fœtum significat.⸿ Satelles:satellitem qui fontibus capiendis præest appel lamus.eundem apparitorem dicimus.⸿ Sonos indignos:mandata quæ patrem non decet.⸿ Aeolus hunc ensem:Aeoli, mandata sunt,quæ & satelles Canace renunciat.⸿ Ex merito:ex commisso.⸿ Quid iste velit:superbius est q̄ si rem appe suisset.volebat enim vt illo sibi mortem consciſceret.⸿ Condam:adigam in mea præcordia.⸿ His mea muneribus inui

Satelles q sit

Iam q; dari patruū,canibusq;,auibusq; nepotem
Iusserat,in solis destituiq; locis
Vagitus dedit ille miser,sensisse putares:
Quaq; suum poterat voce rogabat auum.
Quid mihi tunc animi credis germane fuisse?
Nam potes ex animo colligere ipse tuo.
Cum mea,me coram,siluas inimicus in altas
Viscera,montanis ferret edenda lupis
Exierat thalamo,tunc demum pectora planxi:
Contigit inq; meas vnguibus ire genas.
Interea patrius vultu mœrente satelles
Venit:& indignos edidit ore sonos.
Aeolus hunc ensem mittit tibi(tradidit ensem:)
Et iubet ex merito scire quid iste velit.
Scimus,& vtemur violento fortiter ense,
Pectoribus condam dona paterna meis.
His mea muneribus genitor connubia donas?
Hac tua dote pater filia diues erit?
Tolle procul decepte faces hymenæe maritas:
Et fuge turbato tecta nefanda pede.
Ferte faces in me,quas fertis erinnyes atræ
Vt meus ex isto luceat igne rogus.
Nubite fœlices parca meliore sorores:
Admissi memores sed tamen este mei
Quid puer admisit tam paucis editus hor si?
Quo læsit facto vix bene natus auun:?

diose hoc pronunciatum est: vt Aeoli impietatem erga filiam ar guat:vt dicat filiam nō esse his muneribus,nec ea dote donandā. Faces:quæ in nuptiis accendebantur.⸿ Decepte:quoniam me vxo rem Macharei forte existimasti:nam cæteræ sorores nupserūt fra tribus.⸿ Turbato:celeri:misericordiam mouet iis in imprecatio nibus.⸿ Quas fertis erynni s:non maritales accendantur faces:sed funales,non adsit nostro connubio Hymenæus:sed erinnyes. Alle cto:scilicet & Megæra.⸿ Nubite:fratrum coniugio vt animi fœli cius,q̄ Canace.⸿ Quid puer admi.pathos est a pueri simplicitate: quem iussit necari Aeolus iussitat.

HUBER

IAM q; iu.postquam Canace exposuit dolorem:quem ex diffi cultate & periculo pariendi accepit,deinde ex infante cognito & deprehenso a patre:nunc dicit multo maiorem dolorem,quo per culsam se dicit cum audiuit patrem suum iussisse illum infantulum innocentem exponi dilacerandum canibus & feris.⸿ Patruum ne potem:scilicet suū,nā natus ex filio vel filia dicitur nepos aui sui. ⸿ Canibusq;,auibusq;,vtraq;,copulaq; apponenda est: vt versus stet:quando etiam sensus exigit.⸿ Destitui:derelinqui sine aliquo custode.⸿ Solis:desertis,inhabitatis.⸿ Dedit:cum auus iussit.⸿ Pu tares sensisse:videbatur sensisse illud crudele iussum: ita in tempo re vagiuit.⸿ Voce qua poterat:idest illo vagitu:quia voce expres sa,& verbis formatis nondum poterat per ætatem.⸿ Quid animi .i.quem,vel qualem animum.⸿ Nam potes.i.potes scire quem ani mum habuerim:si feceris coniecturam de tuo ad meum.⸿ Collige re:conicere,cognoscere.⸿ Inimicus:satelles vel famulus patris no cliturus mihi.⸿ Viscera:filium meum. sunt enim filii viscera paren tum.⸿ Montanis:qui incolunt montes.⸿ Coram me.i.me vidente. ⸿ Exierat.s.pater meus.nam superius dixit:Irruit & nostrum vul gat clamore pudorem.⸿ Tum demum: tunc tandem: scilicet eo egresso.⸿ Planxi:percussi.⸿ Nam contigit ire in meas genas vngui bus: idest tunc demum licuit mihi immittere vngues in genas me as dilacerandas.⸿ Satelles:miles,minister.⸿ Patrius paternus.⸿ Vul tu mœrente:idest tristi:ex quo poteram cognoscere eum afferre tristia mandata.⸿ Indignos:crudeles.⸿ Sonos:voces,ver ba.⸿ Aeolus:verba satellitis ad Canacem.⸿ Tradidit:interposito est.sunt enim verba Canaces,dicit enim dictis illis ver bis tradidit ensem.⸿ Et iu.adhuc sunt verba satellitis post traditum ensem.⸿ Quid ve.quare mittatur tibi ⸿ Ex me:scilicet tuo:idest ex eo quod fecisti: vult intelligas ad quod eum tibi miserit.⸿ Scimus:verba Canaces.dicit enim scio quid velit hic ensis:& eo vtar pro merito meo.⸿ Fortiter:intrepide:quia non dubitabo me interficere.⸿ Condam:immittam,& ab dam.⸿ Dona pa.ensem,quem pater mihi misit.⸿ His mea:apostropham facit ad patrem.⸿ Donas mea connubia his mune ribus:idest hæc munera facis meis connubiis.dicimus enim dono tibi hanc rem:vt Dido ad Aeneam:Quod tibi donaui perfide littus emi.& dono te hac re:vt hic.& Virgili.in.v.Aenei.Sergestum Aeneas promisso munere donat.multa sunt alia exempla.⸿ Erit diues hac dote:quia nulla re vnquam egebit:quia hoc ense se interficiet.⸿ Tolle procul:dicit ad con nubia sua non adhibendum esse hymenæum:quia sunt infelicia.⸿ Faces maritas:idest tedas connubiales.⸿ Maritas:adie ctiuum est.⸿ Pede turbato:idest celeri.consequens pro antecedenti.nam ex turbatione & metu fit aliquis celer. Virgili.de Cacho: Turbato pedibus timor addidit alas.⸿ Tecta nefanda:in quibus nefandum facinus admissum est inter fratrem & sororem.⸿ Ferte faces:dicit non hymenæum adhibendum suo connubio: sed erinnym fere ntem faces infelices:vt supra Hypsiphyle Iasoni:At mihi nec Iuno,nec hymen:sed tristis erinnys.Pertulit infaustas sangui nolenta faces:dicit ergo.⸿ O ennnyes:idest o furiæ.sic autem legendum est:nam declinatur erinnys erinnyos.⸿ Atræ:infernæ.⸿ Faces quas fertis:idest funebres:& non nuptiales.ratio autem metri nullo pacto patitur: vt legatur eumenides:sed erinnyes recte legitur.⸿ Vt meus rogus:scilicet in quo sum cremanda,cum ero mortua.⸿ Luceat:incendatur.⸿ Ex isto igne:scilicet quem vos furiæ af fertis.est autem rogus proptie lignorum congeries:& pyra ad comburenda cadauera cum ardere cœperit. Virg. Ter cir cum accensos subiectis ignibus atris Decurrere rogus.⸿ Nubite:intelligimus eam habuisse alias sorores. licet de eis apud poetas non fiat mentio.⸿ Meliore parca:idest meliori forte,& fortuna q̄ ego.⸿ Admissi:idest delicti mei.⸿ Admisit:idest peccauit.Editus:in lucem datus & emissus.⸿ Vix bene natus:idest qui vix vidit lucem.⸿ Quo facto læsit auum:idest quid fecit propter quod læserit Aeolum auum suum:vt et m nunc iubeat mori.

Rōne me tri scpi⁹bi na apponi tur copula

Dodo ed bus connu gitur

Erinnys quo pacto declinetur Rogus q d sit

NEpotem:is enim proprie dicitur respectu aui.etat:autē auus eius & paternus & maternus Aeolus.Sensisse putares.i. quilibet putare posset,qui gestum eius videret.Quid mihi:sic Vir.Quis tibi nunc sensus cernēti talia Dido? Viscera.i. partum,quē viscera mea portauerūt & ediderūt.Edē.la.i.deuorā.la.lupis montanis:in montibus versari solitis. Satelles patrius.i.a patre missus.apparitor:vulgo seruientes di cit,olim la .to,q̄ lateri adhæreret.ignari clientē vocat: cli ens a colendo dictus ad aduocatū refertur.est eni.n qui alt:mus in iudicio vtif præsidio,& ob id ei addictus est nec publicus est minister.is vero qui ad publica negocia mittitur, & minister & viator dicitur.Aeolus hunc e.m.t.verba satel litis tradidit ensem,verbum Canaces:hoc est cum diceret mittit tibi simul tradidit ensem addens.Et iu.ex me.sci.q.i.u. quia meruisti occidi.monet ergo vt tu te id facias.His me a m iu.planum ... cum apostrophe.sic Aenei.ii.Hoc fuit al ma parēs quod me per tela,per hostes Eripis &c.Hymen ... us :nuptiarum deus credit.Parca me.i.melio te fato,Quid puer ad.&c.quia facinus suum omnino purgare nō potest:adduc t cām infantis:quē insontē dicit inique,& impie trucidatū,

ASCEN.

ANTO. ¶ SI Potuit:permissione hac insontem esse puerum ostendit. infans enim nihil committere potuit: nec pro parentum cõmissis erat plectendus. ¶ Nate dolor matris: auget hæc amplificatio commiserationem. ¶ Parum faustis: qui non bene successit. ¶ Non mihi te licuit: pathos quoque excitatum: si quod æquum est fieri nobis negatum dicimus. ¶ Iustis: non ad lachrymas referas: sed ad exequias. ¶ Tonsas laniatas: quæ cum funeribus sepeliuntur. ¶ Auidæ feræ: lupos & vultures significat. ¶ Cum vulnere: saucia ta ense misso cadam. ¶ Tu tamen o frustra: concludit deprecationibus Epistolam. ¶ Frustra sperate: vana spes fuit de nostro coniugio. ¶ Sparsa: a feris laniata. ¶ Quælibet arcta: quantumuis breuis sit nos duos capiat. ¶ Viue memor nostri: non mei in vita obliuiscaris. ¶ Lachrymasque in funere funde: cures nostrum funus. maximo putabant extinctis esse solatio, si honore sepulturæ & funebri pompa non carerent.

Solatia mortuorum opinione antiquorum

¶ Reformido: ex puellarum sententia locus est i quæ mortuorum cadauera exhorrescunt. ¶ Perfer: efficies Canaces mandata: vt ego parentis iussa forti animo exequar.

Si potuit meruisse necem, meruisse putetur.
Ah miser admisso plectitur ille meo
Nate dolor matris, rapidarum præda ferarum,
Hei mihi natali dilacerate tuo.
Nate parum fausti miserabile pignus amoris,
Hæc tibi prima dies, hæc tibi summa fuit.
Non mihi te licuit lachrymis pfundere iustis:
In tua non tonsas ferre sepulchra comas:
Non super incubui, non oscula frigida carpsi,
Diripiunt auidæ viscera nostra feræ.
Ipsa quoque infantis cũ vulnere psequar vmbras
Nec mater fuero dicta, nec orba diu.
Tu tamen o frustra miseræ sperate sorori,
Sparsa, precor, nati collige membra tui
Et refer ad matrem, socioque impone sepulchro
Vrnaque nos habeat quamlibet arcta duos.
Viue memor nři, lachrymasque in funere funde,
Neue reformida corpus amantis amans.
Tu (rogo) proiectæ nimium mandata sororis
Perfer, mandatis perfruar ipsa patris.

HVBER. ¶ SI Potuit: quia nõ potuit. ¶ Ah: dolentis. ¶ Plectitur: punitur. ¶ Meo admisso: idest propter peccatum meum. ¶ Nate: vertit sermonem ad filium: cuius miserrimam sortem dolet: quod eodẽ die natus: & mortuus sit. ¶ Præda: rapina: cibus. ¶ Tuo natali: die, quo natus, dicitur autem & hic natalis substãtiue: & hoc natale in neutro genere: & tunc facit ablatiuum natali, vt hic. dicitur autẽ adiectiue hic & hæc natalis, & hoc natale: & additur dies: vel lux: vel tẽpus. dicitur etiã locus natalis in quo aliquis natus est. vt Ouid. in Tri. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Detinet. ¶ Pignus confirmatio. nam filii dicuntur pignora coniugii. ¶ Parũ fausti: idest parũ foelicis & fortunati. ¶ Hæc: qua pater meus iussit te exponi feris. ¶ Summa: vltima. ¶ Nec mihi: cõqueritur quod nõ potuerit præstare officium quod solet in funere filii. ¶ Iustis: debitis propter affectum naturæ. vnde ipse. Ouid. alibi: Quis matrem nisi mẽtis inops in funere nati Flere vetet. ¶ Perfundere: irrigare. ¶ Nõ tonsas i. longas. ¶ Non super incubui: nam parentes ex affectu naturali solent incumbere cadaueribus filiorum: & sic eos mortuos osculari. Virg. lib. xi. de Euandro: Phæretro Pallante reposto Procubuit super atque hæret, lachrymansque, gemensque. ¶ Diripiunt: auferunt: dilacerant. ¶ Ipsa quoque: dicit se secuturam filium: suum quia gladio a patre misso se interficiet: vt supra dixit. ¶ Vmbras infantis. i. animam filii mei. ¶ Cum vulnere: quod mihi faciam ¶ Nec fuero dicta diu mater: quia priuabor filio: sine quo non possum dici mater. ¶ Nec dicar orba diu: quæ licet careã filio: & propter hoc sim orba tamen cito moriar: & sic non dicar orba. ¶ Tu tamen: nũc rogat fratrem Machareum: vt colligat ossa matris & filii, & reponat in eadem vrna. ¶ Frustra sperate: quia cum sperarem te futurum maritum meum: nõ potui id consequi. ¶ Sorori: pro a sorore. ¶ Sparsa: dispersa & dilacerata. ¶ Refer: reporta. ¶ Ad matrem: ad me, ex qua paulo ante exierant. ¶ Socio: coniuncto. & communi. ¶ Quamlibet arcta. i. quãtumuis stricta. & melius q̃ quælibet. ¶ Vrna. i. vas in quo reponebantur cineres cadauerum. Iuue. Et in vrna perpetuum ver. ¶ Funde lachrymasque in funere: idest prosequere mortẽ meam lachrymis. ¶ Reformida: verere, time. ¶ Perfer: effice. ¶ Mandata: hæc: scilicet quæ tibi commissi. ¶ Proiectæ: infelicis & abiectæ. ¶ Ipsa: ego. ¶ Perfruar mandatis patris: idest faciam quod pater mihi mandauit. quia supra dixit: Aeolus hunc ensem mittit tibi: tradidit ensem: Et iubet ex merito scire quid iste velit.

Natalis quo decli/netur

Vrna quid erat

ASCEN. ¶ SI Potuit meruisse. q. d. certum est, q̃ non. Hei mihi natali: [illegible] a tempore quia die natali solebant prisci indulgere genio: idest dare operam voluptati. vnde Persius: Hunc Macrine diem numera meliore lapillo. Qui tibi labentes apponit candidus annos. Et in Buco. Phyllida mitte mihi, meus est natalis Iola. Hinc Herodes dicitur die natali conuiuiũ celebrasse, que petitum est caput Baptistæ. Hæc tibi prima dies. Idem [illegible]. sic de rosis Maro: Quam longa vna dies ætas tam longa rosarum est. Non super incubui: id enim moris. Vnde Anna de Didone: Et extremus siquis super halitus errat, Ore legam. Id autem faciebant applicando os ori & superincumbendo. Nec mater fuero dicta: scilicet viua. quia sese occisura est. Sparsa precor nati: hæc Epistolæ principalis est intentio. Neue reformida: quia amor quod & horror facere solet.

¶ In duodecimam Epistolam argumentum.

ANTO. SOL ex vna nereidum: Aeetam & Persen genuit. Perses in taurica regnauit: Aeeta in Colchide: & ex Hecate Persæ filia filios suscepit, Circen, Medeam, Calciopem, & Absyrtum: quem Pacuuius Aegyaleum appellat. Medea cum paternæ crudelitati obsisteret: iussa in custodiam dari: fugit ad solis templum: quod ad hostium phasidis in littore situm erat. Ea tempestate Iason Aesonis filius cum argonautis: vt vellus aureum raperet: in ea loca appulerat: ad templum profectus puellæ in harena spacianti nauigationis causam exposuit. Medea hospitis pulchritudinem admirata amore capitur: patris sæuitiam exponit: rei perficiendæ auxilium promit: it: si Iason de connubio pacisceretur. data de connubio sponsione: Medeæ opere vellus rapiunt: fugiunt: puellamque abducunt: Thessaliæque rebus compositis: Iason corinthum ad Creontem regem secessit: apud quem decem annos commoratus: ius filiam Glaucem, quam alii Creusam appellant, vxorem capit. Medeæ diuortium suadet: abnuentem ex vrbe propellit, Creusam ducit vxorem. Furibunda igitur Medea ad Iasonem scribit: ingratitudinem in eo expostulat: præsentemque minatur vltionem: nam impetrato vnius diei reditu Creontis regiam incendit: in qua cum filia rex absumptus est, Dydimum, & Alcimenum, & Thessandrum, quos ex Iasone susceperat, trucidauit. Thessalus salutẽ sibi peperit. Iason dolore percitus seipsum confecit. Ex hoc tragœdiam fecit Ennius: quam Medeam inscripsit. illum secutus Ouidi. Medeam & ipse edidit. de qua Fabius meminit: vnde magnam huius Epistolæ partem translatum esse non ambigimus.

Persas & Aeetas vbi regnarunt.

Glauce siue Creusa cuius filia fuerit.

Medeç filiorum interitus.

¶ At Tibi



T Tibi colchorũ(memini)regina vacaui. ¶ Exprobrat bñficiũ in pricipio ingratitudinẽ expostulatura. ¶ At particula hæc interdũ saltẽ significat. vt Virgilianũ illud: Si te nulla mouet tantæ pietatis imago: At ramũ hũc:apperit ramũ q veste latebat Agnoscas:interdũ in principio vsurpat: & vt vehemẽtius moueamus: intelligẽda relinqmus q̃ dici debuissent:qd Virg. i Aenei. iiii. facere vẽ cũ ait: At regina graui iãdudũ saucia cura. id interpretari oportet; qeũt Aeneas, at Dido maximis curis angebat: cui hic locus similis est tu, inquit, Medea, cum in Thessaliam redisses: esseiq; in omniũ fauore me domo pepulisti. At ego vt recte memoria colligo: & si fuerim regis filia: te foui in Colchide. meo quoq; beneficio petitũ vellus tecũ detulisti. ¶ Regina: regis Colchorum filia. sunt Colchi Scythiæ populi: vt Stra. testatur. ¶ Vacani: officiũ pstiti. ¶ Ars mea: magicam intelligit: qua cum valuisset Medea, illius ope vellus subripuisse: vt Orpheus & Balbus scribunt. ¶ Cum peteres: summis precibus a Medea opem impetrasse Iasonem Flaccus Vale. scribit. ¶ Tunc quæ dispensant: pathos a tempore. ¶ Dispensant: in ptãtem hñt. tractũ ab his: qui Aera pensantes distribuebãt anteq̃ esset impressi nummi vsus. ¶ Fata mora: vitã & mortẽ. ¶ Fusos: meos: nõ suos. allegoria est. nam remoto verborum ambitu mortem significat. voluissem, inquit, parcas me morti tradidisse: cũ Iason Phasin fluuium intrauit. ¶ Mori bene: sine vitæ labe: & molestia extingui. honesta morte: nihil esse prẽstantius Herodotus, Iunonis iudicio, demonstrat. ¶ Ab illo: ex quo Iason Colchos adiit. ¶ Pœna fuit: ad fugam hoc refertur: & ad fratris. necẽ quẽ i fiustra dissecuit apud thomos.

ANTO. At dictio qd improprie significet.

Colchi vbi sint

Antiquorũ ritus in ære distribuendo

Nihil pstãtius honesta morte



T tibi Colchorũ. Aurei velleris fabulam plenissime diximus in Epistola Hypsiphyles: quæ incipit: Littora Thessaliæ itaq; illuc recurratur. Quantum autem pertinet ad hunc locum recitetur ex Diodo. Iasona Corinthi tradunt cum annis decem cum Medea vixisset: genuisse ex ea filios duos: quo tẽpore aiũt Medeam magno in honore nõ solũ pp spẽm: qua eminebat: sed ẽt ppter prudentiã, cæterasq; virtutes: qbus ornata erat, a viro habitam fuisse: paulatim deinde ætate decorẽ formæ auferrẽte: Iason Glaucæ (quã poeta appellat Creusam) Creõtis filiæ amore captus virginẽ vxorem a patre petiuit. Annuente Creonte: certumq; nuptiarũ statuẽte diẽ: Iason Medeæ spontaneum diuortium persuadere conatus est. Ait enim se cupere illã vxorem ducere: nõ in eius cõtẽptũ: sed vt filios suos in domũ regiã ea cognatione introduceret. Medea hæc verba ægre ferẽte: deosq; iusiurãdi præstiti testes appellãte: Iason beneficii immemor & ingratus Creontis filia vxore accepta: Medeã abs se expulit: qd postea fecerit dicemus in fine Epistolæ. Irata igitur Medea hanc Epistolã ad Iasona scripsit: in qua primũ cõmemorat Iasoni sua erga eum beneficia: & promissa: & iusiurandum Iasonis. Deinde adiurat ipsum Iasona: vt si minus sui causa saltem causa filiorum coium velit eam recipere: & loco soliro coniugii eam haberet quod si non fecerit: minatur ei se sumpturam vindictam de tanta iniuria. ¶ Vt: idest sicut.

HVBER. Argumentũ eplæ.

MEDEA IASONI



Xul, inops, contempta nouo Medea marito
Dicit, an a regnis tempora mille vacant
At tibi colchorum (memini) regina vacaui
Ars mea cum peteres, vt tibi ferret opem.
Tunc, quæ dispensant mortalia fata, sorores
Debuerant fusos euoluisse suos.
Tunc potui Medea mori bene, quicquid ab illo
Produxi vitæ tempore, pœna fuit.

¶ Regina: idest ego filia regis Aeete: vt Virgi. magnum reginæ sed enim miseratus amorẽ Dædalus &c. Illic reginam intelligit Ariadnem filiam regis Minois. ¶ Colchorum: colchi populi sunt: in ponto: quibus imperauit Aeeta. regio Colchis appellatur. ¶ Vacaui: præstiti operam, inseruiui tibi. ¶ Ars mea: scilicet magica: & incantatoria. nam Stra. lib. pri. Dicit Medeam veneficam fuisse memoriæ proditum esse. ¶ Sorores: idest tres parcæ. ¶ Dispensant: i disponunt. sed quia dicuntur nere fata hominum: ideo dixit dispensant. vnde & pensa dicta sunt a pendendo. ¶ Fila: allusit ad officium earum. Iuuena. de parcis: Et staminis albi Lanificæ. ¶ Euoluisse: diuisis syllabis (vt supra diximus) legendum est: idest euacuasset. ¶ Fusos suos. i. debuerant finiuisse vitam meam. ¶ Bene: idest honeste. Quicquid: sensus est: Omnis vita, quæ fuit mihi post illud tempus, fuit pœna: quia semper vixi in magnis curis & doloribus.

Colchi de qb[9] supra

Pensa vñ dicta

T tibi colchorũ. Ex abrupto & ad præcogitata respiciente incipit exordio, quo circa non dicam versiculos eos, qui ex quibusdam codicibus præponuntur esse. Ouidianos. ii autem sunt: Exul inops contempta nouo Medea marito Dicit, an a regni tempore nulla vacant. At tibi &c. Ordo priorum est: Medea exul inops & contempta dicit nouo marito. s. Iasoni, non dicit quid: & id artificiose subticet: quia non congruit salutem dicere repudianti. Nec male dicere cuius sibi gratiam reconciliare molitur. Artificiosam quoq; Aposiopisin facit quasi ex obruente obiectione, quid dicis. Medea iam contempta viro in regnum suscepto: cui illa an. a regni tempore. i. postq̃ in regno fui quod propter eum deserui. nulla vacant. s. tempora, vt mihi aures præbeat: aut quid simile. Sed quia (vt dixi) hoc principium Ouidianum non est. Dicamus Medeam præcogitasse sic: Fateor quidem Iason noua nupta, regno dotata est, quod ipsa afferre non possum, & ita minus vtilis nunc fuero: At memini. i. memoria repeto: quia ego regina. i. cum essem regina: hoc est filia regis Colchorum, ego vacaui. i. vacua omni alio negocio operam nauaui. tibi. s. vni. tunc. s. cum. i. quando peteres: vt ars mea ferret tibi opem. i. auxilium. Tunc sorores. i. deæ fatales, quæ parcæ dicuntur. Debuerant fusos euoluisse suos: euoluisse pentasyllabum est. dicuntur autem filo seu stamine cuiuslibet fata ac dies cõmensurate. vnde sunt versiculi: Clotho colum portat, Lachesis trahit: Atropos occat. Tunc potui Medea mori bene: quod Cherea Terentianus dicit sic: Nunc est tempus profecto interfici, cum perpeti me possum, ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua.

ASCEN.

ANTO. ℂLA Certis iuuenibus: argonautaꝝ viribus: quos quatuor & .xl. fuisse ex Orpheo colligimus. licet Caius balbus vnum
addat. Alii quinquaginta: alii sexaginta fuisse scribunt. ¶ Pelias arbor. argonauim significat: q in pelio Thessaliæ mōte fa/
bricata est ex pinu: seu ex quercu: vel (vt Alexander maluit) ex Eone arbore: q nulla violentia materiæ: aut ipsis putrescat.
¶ Phryxeā ouē: vellus arietis: quē Marti Phryxus sacrificauit: pellē Martis sago appēdit. ¶ Magnetida: pagase oppidū ma/
gnesiæ vbi fabricata est argonauis. ¶ Phasiacā: phasidis fluminis quē intrare opportuit argonautas nauigātes ad Aeetam
vrbē Aeete regiā. ¶ Et decor. ea sunt q maxime in amorē alliciunt. ¶ Si spēs: si eloquentia: si facilitas affuerit. gratiā linguæ

Hei mihi, cur vnq̄ iuuenilibus acta lacertis
   Phryxeam petit pelias arbor ouem!
Cur vnquam Colchi magnesida vidimus argo!
   Turbaq; phasiacam graia bibistis aquam:
Cur mihi plus equo flaui placuere capilli:
   Et decor, & linguæ gratia ficta tuæ:
At (semel in nostras quoniam noua puppis harenas
   Veneras, audaces attuleratq; viros.)
Isset, anhelatos non præmeditatus in ignes
   Immemor æsonides, oraq; adunca boum.
Semina iecisset, totidem sumpsisset & hostes,
   Vt caderet cultu cultor ab ipse suo.
Quantum perfidiæ tecum scelerate perisset!
   Dempta forent capiti, q̄ mala multa meo!
Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas:
   Hac fruar, hæc de te gaudia sola feram.
Iussus inexpertam Colchos aduertere puppim,
   Intrasti patriæ regna beata meæ.
Hoc illic Medea fui, noua nupta quod hic est.
   Quam pater est illi, tam mihi diues erat.
Hic Ephyrem bimarem, scythiam tenus ille niuosam:

leporē dicimus elocutionis. ¶ Noua pup. nam antea in Col/
chos nauigauerat nemo, primus Iason naui longa illuc naui
gasse traditur. ¶ Audaces, qui primi ausi sunt Cyaneas supe
rare: quæ erant instabiles insulæ: & se mari credere. si poetis
credimus. Nā Erichthā antea nauigasse legimus. ¶ Anhelatos:
tauri quas Iasonem domare oportebat: ignem e naribus ef/
flasse traduntur. ¶ Non præmeditatus: a me non edoctus.
¶ Immemor: a parte ingratitudinem obiicit. Nam is ingra/
tus est: qui beneficia obliuiscitur. ¶ Semina iecisset: dentes
serpentis, quem Cadmus interemit, Phryxusq; detulit ad
Aeetam seminasset: vnde nati essent armati homines, qui in
auctorem se ruinis, arma cōtulissent. ¶ Suo cultu: ab his q ex
dentibus essent nati. ¶ Quam multa mala: ea dicit q̄ Iasonis
causa & amoris insania fecit. ¶ Nā patrē pdidit: fratrem, filiosq;
trucidauit: Creontē & filiā cum regia incendio absumpsit:
peliā filiabus occidendū pbuit. ¶ Hac fr. si aliā vltionē in te
moliri nō potero: saltē beneficia exprobrabo. ¶ Iussus inex.
argonautaꝝ trāsmissionē in colchos enarrat vt suæ expro/
brationi vim addat beneficioꝝ, q̄ in illos cōtulerit cōmemo
ratione. ¶ Inexpertam: cuius nulla antea erat experiētia: qui
nauigata nō erat. ¶ Regna beata: ditia. veteres beatos diui/
tes appellare cōsueuere: ideo Iuue. tradit: vetulæ vesica bea
tæ. & Propertius in elegiis: hac significatione sępius vsus est.
¶ Hoc illic Medea fui: imagine vtitur confert enim secū Creu
sam Creontis: vt se, officiūq; suū cōmēdet. ¶ Hoc: ad hospi
talitatem referas. hospitio, inquit, te suscepi in Colchide: vt
Corinthi a Creusa susceptus es. ¶ Pater: Creon. ¶ Illi: Creusæ. ¶ Ephyrē bimarem: Eumelus scribit, ab Ephyre Oceani filia
Corinthū appellatam fuisse Ephyrem: deide Corinthum a Corintho Iouis filio: posita est inter Aegeū, & Ionium mare,
vtrinq; a mari distans .lx. stadiis. vt auctor est Pli. angustiæ isthmos Peloponnesiacus nuncupatur.

HVBER ℂHEI Mihi: longe repetit cām suorum maloꝝ qd quidē est muliebre, vt in prima Epistola plene diximus, sup eū locum
O vtinam tunc cum lacedæmona classe petebat. & aliis multis Epistolis. cōqueritur ergo qd Iason cum argonautis vnq̄
venerit in Colchos: & qd eius amore capta fuerit. ¶ Acta: impulsa. Iuuenilibus: fortibus. nā iuuenes robustiores. ¶ Pelias:
Thessalica a Pelio monte Thessaliæ: vbi incisæ sunt arbores: ex quibus Argonauis fabricata est. ¶ Quē phryxeam: quam
Phryxus Marti consecrauit. vt supra dictū est in Epistola Hypsiphyles. ¶ Arbor: nauis. ¶ Magnesida: Thessalica. Magne/
sia enim regio est annexa Thessaliæ: vt Pli. scri. ¶ Magnetes eius populi dñr equitādi periti. de qbus Luc. lib. vi. Et magne
tes equis minyæ: gens cognita remis. ¶ Colchi. s. nos. ¶ Argo: nomē est nauis Iasonis: vt alibi diximus. ¶ Turba. g. i. vos ar/
gonautæ: q estis graii. ¶ Aquā pha. nā phasis fluuius est Colchoꝝ. ¶ Plus æquo. i. plus iusto: vt pp pulchritudinē tuā pde/
rē patrē. ¶ Decor: pulchritudo tua. ¶ Gratia fi. i. facūdia simulata. ¶ At se. vt magis augeat beneficiū suū erga Iasonē: dicit qd
debuisset pati eū ire in magna & aperta pericula. ¶ Noua pu. nā qdā volunt eā fuisse primā nauē. ¶ Audaces: temerarios: q nō
cōsiderauerant magnitudinē periculi. ¶ Isset. i. ire debuisset. ¶ Aesonides: Iason. ¶ Nō pme. inconsiderans. ¶ Anhelatos: efla
tos: & expiratos e naribus tauroꝝ. ¶ Et in ora, in facies. ¶ Adunca: curua. ¶ Iecisset: iacere debuisset, & spargere. ¶ Semina:
dentes serpentis. ¶ Totidē: quot erant semina: hoc est dentes. ¶ Caderet: periret. ¶ A suo cultu. i. a semine: qd ipse semina/
set, & coluisset tanq̄ agricola. ¶ Quātū. q. d. multū: qa nō decepisses postea me. ¶ Dempta. amota. ¶ Capiti: vitæ meæ: quæ
nō esset in discrimine sicut nūc est. ¶ Est aliqua: snia est color rethoricus. ¶ Exprobrare: obiicere, quasi cū pbro. i. cōtumelia
opponere & referre. ¶ Hac. s. voluptate exprobrādi bñficiū. ¶ Iussus: repetit lōge bñficia sua a primo aduētu Iasonis i Col
chos. ¶ Iussus: a Pelia patruo tuo. ¶ Inexpertā: insuetā nauigationi. ¶ Aduertere. i. appellere. ¶ Beata: ditia. & ita latenter tan
git historiā. nā (vt Stra. scri.) regionis eius opes ex auri & argenti & ferri metallis iussā quādā in ea loca expeditionis occa
sionem suballegant. ¶ Illic: in Colchis. ¶ Noua nu. Creusa: quā nūc accepisti. ¶ Pater. s. eius Creō. ¶ Tā diues erat mihi. s. Aee
ta pr meus. ¶ Hic ep. Ephyre olim dicebat: q̄ postea Corinthus a Corintho filio Orestis instaurata nomē accepit: ære clara.
vnde Virg. Ephyreiaq; æra. Cauendum aūt ne legat Zephyrē. ¶ Bimarē: bimarē dixit, qa est inter duo maria vnde Hora.
Bimarisq; corinthi. Mœnia. ¶ Hic. s. Creon pr vxoris. ¶ Ille. s. pater meus. ¶ Tenus scythiam. i. vsq; ad scythiam.

ASCEN. ℂARBOR Pelias. i. in Pelio mōte Thessaliæ. natali: hoc est facta argonautis. Est ergo patronymicū a loco natiuo: hoc
est a pria. nec abusiue: qa (vt Porphyrius asserit) locus & pria ēt genus: hoc est principiū gnationis dicunt: & a se denomi/
nant, declinat ergo hęc Pelias, huius Peliados &c. Sīr magnetis huius magnetidos: vñ pfert accusatiuū magnetida: quo
circa vtrunq; pronymicū locale est. dic ergo argo magnetida. i. magnesia fabricata. diximus autē in o græca habere etiā o
in accusatiuo. vnde leges argo nō argon: qa nō descendit a noiatiuo argos, sed argo. vt Et altera, quę vehat argo. Turba
graia. i. vos græci. Aquā Phasiacā: Phasidis fluminis Colchoꝝ. Isset: p iuisset. & bene in tertia psona loquit quasi de alio
& redit ad eū in secūda dicens. Quātū pfidię: o quātū. q. d. vtinā perisses: qa tunc multa mala fuissent dempta meo capiti.
Nā ordo est: Quātū. i. o quātū multa. q. d. plurima mala fuissent dempta &c. Est aliqua ingrato: licet nullum, inqt, sim ab's
te expectatura solaciū, nec querelæ meæ pretiū, tñ nō desinā exprobrare meritū in te meū, cū ipsa exprobatio voluptatē
pariat aio meo: quod & Carinus Terētianus sic dicit in andria: Sed quid ago, adeo ne ad eū: vt cū eo hāc iniuriam expo
stulem: ingerā mala multa. Atq; aliquis dicat nihil pmoueris. Multum molestus certe ei fuero, atq; aio morē gessero. Hoc
il. Me. fui. i. filia regis. Quā diues. i. qtū diues pr est illi s. Creusæ nouæ nuptæ. hic. s. Creon pater Creusæ. Tenet Ephyrē
, i. Corinthum bimarem. i. sitam inter duo maria, Aegeum & Ionium. Ille. s. pater meus tenet omne. s. omnem regionem.

ℂQua

Quot argonautæ fuere
Argo nauis q̄ materia cōstructa sit & vbi fabrefacta
Vellus arietis cuiusdam fuerit
Pagase oppidū vbi locoꝝ sit
Lepor qd sit.
Cianeę insulę vbi locoꝝ sint
Ingratus quid sit
Vipeoidētes vñ çeta habuerit
Medeę facinora.
Btī apud veteresq; appellari fuere
Ephyre q̄ sit qbus appellata nominib' & vñ dicta.
Pelio mōs vbi sit
Magnesia regio vbi locorū sit.
Magnetes populi vbi & vnde dicti.
Exprobrare quid sit,
Aeris copia apud colchos
Ephyre

¶QVA Plaga laeua: colphi sunt ad sinistram partem maris pontici. ¶Iuuenes pelasgos: graecos argonautas. ¶Toros pictos: praemitis: mensis accubuistis: quibus vtebantur pictis. ¶Tunc ego te vidi. Diodo. aliter hanc historiam texit: Iasonem, inquit, primum in templo Solis a Medea visum, & illic de matrimonio pepigisse. ¶Vt vidi, vt perii: emistichium est quo frequētius vsus est Theocritus: & ex latinis Virgil. & Ouid. tempus enim auget pathos: postq̄ te vidi: q̄ primū amore incensa sum. ¶Nec notis ignibus: non consueto amore: non enim antea amarat Medea. ¶Teda pinea: fax ex pinu diis incendebatur. ¶Et formosus eras: amorem tutatur a fato: & forma. ¶Sensisti: meum amorem. ¶Eminet: ostenditur: se demonstrat. & si, inquit, amorem occultamus: ipse tamen se indicat.

ANTO. Colchi vbi locci sint

Omne tenet ponti qua plaga laeua iacet.
Excipit hospitio iuuenes Aeeta pelasgos,
Et praemitis pictos corpora grala toros.
Tunc ego te vidi, tunc coepi scire quis esses,
Illa fuit mentis prima ruina meae.
Vt vidi, vt perii, nec notis ignibus arsi,
Ardet vt ad magnos pinea teda deos.
Et formosus eras, & me mea fata trahebant.
Abstulerant oculi lumina nostra tui.
Perfide sensisti, qs enim bene caelat amorem?
Eminet indicio prodita flamma suo.
Dixerat interea tibi rex, vt dura ferorum
Insolito premeres vomere colla boum.
Martis erant tauri plusquam per cornua, saeui,
Quorum terribilis spiritus ignis erat.
Aere pedes solidi, praetentaq; naribus aera,
Nigra per afflatus haec quoq; facta suos.
Semina preterea populos genitura iuberis
Spargere, deuota lata per arua manu.
Qui peterent natis secum tua corpora telis:
Illa erat agricolae messis iniqua suo.
Lumina custodis succumbere nescia somno
Vltimus est aliqua decipere arte labor.
Dixerat Aeetes, moesti consurgitis omnes,
Mensaq; purpureos deserit alta toros.

¶Dura colla boum. Aeeta proposuit Iasoni perficienda certamina, si vellus aureum cuperet in graeciam abigere: vt tauros edomaret, dentes serpentis sereret: draconem peruigilem componeret. Diodo. tamen hos tauros saeuissimos homines fuisse ex teurica ac citos tradit. ¶Insolito vomere: nunq̄ enim ararant: quoniam Marti erant sacri. ¶Aere pedes: non vngula, sed aere constabant pedes: nares quoq; aere vt fauilla oblitae non consumerentur. ¶Semina: serpentis cadmei dentes: vnde armati mortales nati seipsos confecerunt. ¶Deuota: fatalia: & ad suam necem acta. ¶Lumina custodis succumbere nescii somno: is erat draco peruigil, qui vellus aureum custodiebat. ¶Aliqua arte: carmine: aut magico poculo.

Certamina Iasoni proposita
Tauri custodes qui fuere apud Aeetam.

¶OMNE Ponti. idest omnem partem ponti. ¶Qua: scilicet parte. ¶Plaga: regio. ¶Laeua: sinistra. ¶Iacet: posita est. ¶Pelasgos. i. vos argonautas graecos. ¶Praemitis pictos toros: idest discumbitis in toris ornatis pictis tapetibus. ¶Prima ruina: primum nocumentum. Virg. lib. iiii. Aenei. Illa dies nocuit &c. ¶Vt vidi perii: idest vno: eodemq; tempore te vidi: & amore tui capta sum. ¶Ignibus: idest amoribus. ¶Nec notis: idest maximis, non vsitatis. ¶Ardet: comparatio: idest sicut teda accensa ad sacrificia deorum crematur. ¶Et formosus: enumerat in Iasone multa quae eam trahebant ad amorem, & in primis formositatem. ¶Et me mea fata: hoc dicitur ex parte sua: quod & mala fata sua trahebant eam. ¶Abstulerant: idest furati fuerant, multum enim valent nutus oculorū ad prouocandum amorem. ¶Sensisti: aduertisti: cognouisti: scilicet quod ego eram capta. ¶Quis enim: quasi dicat nullus. ¶Eminet: idest apparet. ¶Suo indicio: vt alibi: Quoq; magis tegitur: tanto magis aestuat ignis. nam flamma suo indicio se detegit: & ita amor qui flammae comparatur. ¶Dixerat: ostensura Medea q̄ magna, multaq; fuerint sua erga Iasonem beneficia: commemorat singula pericula: quae Iason fuerat subiturus: a quibus cum eum liberauerit: arguit eum ingratissimum esse, si eam deseruerit. ¶Rex: Aeetas pater meus. ¶Insolito: insueto. erant enim indomiti tauri. ¶Martis: Marti consecrati. vt in Episto. Hypsi. Isse sacros Martis sub iuga panda boues. ¶Plus, q̄ per cornua, idest qui etiam igne quem naribus euomebant, erant saeui non solum per cornua, sicut alii tauri. ¶Spiritus: idest flatus. ¶Erat ignis terribilis: nam pro flatu emittebant ignem terribilem. ¶Aere: pedes: distinguendum est: vt sint due dictiones. ¶Pedes: scilicet erant. ¶Solidi: duri & fortes. ¶Aere: per aes, quo erant muniti. ¶Praetenta: opposita. ¶Naribus. oti. ¶Haec scilicet aera. ¶Facta nigra: idest fumosa & caliginosa. ¶Per suos afflatus: quia flatus igneus solet facere nigra quae tangit. ¶Semina: dentes serpentis. ¶Populos: idest homines. ¶Deuota manu: idest quae se huic fato deuoueret & dedicaret: sicut dicimus Decios deuotos. ¶Qui: scilicet homines nati ex dentibus serpentis. ¶Peterent: ferirent: inuaderent. ¶Telis natis secum: vt supra Hypsiphyle: Et subito natos arma tulisse viros. ¶Illa messis: translatio est. ¶Iniqua: ingrata, & iniusta. ¶Suo agricolae: cui propter laborem deberet fructum non damnum reddere. ¶Vltimus vel maximus: vel certe extremus. nam non huius peruigilis draconis dentes: sed alius erat seminaturus. ¶Nescia succumbere somno: idest quae a somno non poterant vinci. ¶Aeetes: nominatiuus est graecus: nam latine dicitur Aeeta. ¶Dixerat: supradicta esse tibi facienda. ¶Omnes: scilicet vos argonautae. ¶Consurgitis: ex toro vbi discumbebatis. vt supra: Et premitis pictos corpora graia toros. ¶Mensa deserit toros: quia remota est. vt Postquam exempta fames epulis, mensaeq; remotae.

HVBER.

Aeetes quo pacto latine flectatur.

¶QVA Plaga ponti iacet laeua: idest sinistra. tenus scythia niuosa. Scitote iuuenes q̄ Aeeta trisyllabum est nec legetur Aeeta pro Oeeta. Vt vidi vt perii: Virgilianum hemistichion in Bucco. cuius sensus est: Vt vidi: idest statim postq̄ te vidi. vt: idest qualiter cum admiratione: quasi dicat dii boni: qualiter perii. Ad deos: idest ante deos: in sacrificiis deorum. Et formosus eras, & me mea fata trahebant: bene vtrumq; commemorat. nam alterum non videtur satis fuisse vt sic periret. Non omnia enim formosa continuo amamus. Quia tamen formosus erat, erat amabilis, & quia fata trahebant eam (nam fatale putat q̄ per amorem in tanta mala incideret) amabat misere. Quis enim bene caelat amorem: quasi dicat nemo. & est prouerbiale. Dixerat interea tibi rex: quasi dicat pater meus, qui praescripsit tibi quo pacto vellus aureum acquirendum esset: quia non nisi domitis prius tauris Marti sacris ignem naribus prae ferocitate efflantibus qui pedes aereos habebant his autem domitis erat solum sulcandum, & in sulcis serendi dentes serpentini: serpentis inquam a Cadmo interfecti, e quibus nascerentur statim armati homines, quos etiam interimere oporteret, & illis interemptis peruigilem draconem necare: quae omnia cum suis opibus nequiret Iason efficere, confugit ad Medeam: cuius ope & arte fretus victor euasit. sed tamen quam ille prius dederat fidem, nunc non seruat. vnde perfidiae damnat: atq; incusat. Plus q̄ per cornua: nam caeteri tauri cornibus tantum feroces sunt: hi autem etiam naribus & pedibus. Nam spiritus: idest flatus eorum erat igneus. ¶Nam aeripedes solidi supple erant: hoc est pedes erant ex solido aere: & habebant anteriorem partem narium aeream, aut salutem aeratam, hoc est aere munitam, quod tamen est flamma euomita nigrum erat. Manu deuota: idest morti addicta, per arua dura: & ita difficilia sulcatu. Telis natis secum: idest cum primum ipsi nati essent. Suo agricolae: idest cultori, qui dentes seminauerit. erat: pro foret. Dixerat Aeetes: vtroq; igitur modo legitur, & Aeetes. & Aeeta: nam prius dixit Aeetas pelasgos.

ASCEN.

Quam tibi tunc longe regnũ dotale Creusæ,
Et socer,& magni nata Creontis erat.
Tristis abis,oculis abeuntem persequor vdis,
Et dixit tenui murmure lingua,vale.
Vt positũ tetigi thalamo male saucia lectum:
Acta est p lachrymas nox mihi quanta fuit.
Ante oculos taurię meos,segetesę nefandæ,
Ante meos oculos peruigil anguis erat.
Hinc amor,hic timor ẽ,ipſm timor auget amorẽ:
Mane erat,& thalamo chara recepta soror.
Disiectamę comas,aduersaę in ora iacentem
Inuenit,& lachrymis omnia plena meis.
Orat opem minyis petit altera & altera habebit:
Aesonio iuueni,quod rogat illa,damus.
Est nemus & piceis,frondibus ilicis atrum:
Vix illuc radiis Solis adire licet.
Sunt in eo(fuerant certe)delubra Dianæ:
Aurea barbarica stat dea facta manu.
Nescio an exciderint mecũ loca venimus illuc,
Ausus es infido sic prior ore loqui.
Ius tibi,& arbitrium nostræ fortuna salutis
Tradidit,inę tua est vitaę,morsę manu.
Perdere posse sat est,si quem iuuat ipsa potestas:
Sed tibi seruatus gloria maior ero.
Per mala nr̃a p̃cor:quorũ potes esse leuamen:
Per genus,& numen cuncta videntis aui.

ANTO. Calciope q̃ fuerit & quot filios sustulerit. Dianæ templum quibus i locis fuerit.

¶REGNVM do. Corinthũ signãt:quã p dote Iason erat accepturus. ¶Acta est p lachrymas:tota nocte q̃ longa fuit lachrymasse Balbus scri. fassa cũ sorore Chalciope calamitatẽ suã. ¶Ante ocu. ecce timoris & lachrymarũ causam cõmemoratione periculoꝝ imminentium dolebat. ¶Segetes:armati homines:qui ex satis dentibus fato debebant exoriri ¶Soror: chalciopẽ intelligit:quæ ex phryxo.iiii.filios peperat: Argum, Cithorum, Melam, & Phronti. Orpheus scri. Chalciopẽ nunciasse argonautis per argum filium Medeam Iasonem amare:illamę ad nauem duxisse: cũ quo Apollinius congruit: Balbus conciliationem hanc Veneri tribuit a Pallade & Iunone impulsam. ¶Aduersa in ora: accubuerat more dolẽtium, qui in faciem iacere consueuerunt. ¶Petit altera: Calciope, quo/niã phryxo nupserat, pro argonautis rogabat. ¶Altera: Medeæ salus ex argonautarum salute pendebat. ¶Damus, opem ferimus. ¶Est ne. locum scribit: in quo templũ Dianæ fuisset scri. Orpheus ante Martis ædem: alterum fuit in taurice: quod Hecate ꝯstituit. de quo intelligere Apollinium existimo. ¶Vix il. id subdit, vt quod atrum dixerat: interpretaretur. ¶Dea au. simulachrum Dianæ illic ex auro factum visebatur. ¶Nescio an exci. me cum loca: hæc dubitatio pathos excitat vt scrib. Fabi. ¶Illuc: ad templum Dianæ. ¶Ius ti. & ar. quod petituri sumus, id facilius ĩpetrabimus: si iustũ si facile prius ostenderimus: demum nos non fore ingratos si id cõsequamur. ¶Ius tibi & arbi. arguit a facili. ¶Gloria maior: vnde oritur gloria æquum est vt sit iustius seruare, q̃ perdere. ¶Per mala nostra precor: petitionem honestiorem faciunt preces.

HVBER. Minyi vñ originem traxere.

¶Quã ti. hoc dicit: tunc nõ cogitabas de vxore, quæ daret tibi magnã dotẽ: sed de salute. ¶Dotale: qđ dicis eẽ datum tibi in dotem. ¶Quã. i. quãtum. ¶Erat lon. i. remotũ ab animo & cogitatione tua. ¶Socer: creon. ¶Et na. cre. i. Creusa: q̃ erat longe. ¶Tristis: mœstus. ¶Prosequor oc. prospicio. ¶Vdis. i. lachrymatibus. ¶Lingua i. mea. ¶Male sa. i. amore percussa. Virgi. iiii. Aenei. At regina graui iamdudum saucia cura. ¶Male. i. perniciẽ meã. ¶Vt: postq̃. ¶Acta. i. præterita. ¶Quanta fu. i. tanta quãta fuit. i. tota. ¶Ante ocu. s. meos: quia te amabam tantũ tibi timebam: quod tota nocte videbar videre pericula tua. ¶Hinc: ab vna parte. ¶Timor. s. patris. ¶Ipsum ti. i. quãto magis timebam: tanto magis amabã. ¶Mane erat. i. facta erat mane. ¶Soror. s. mea Chalciope. ¶Disiectam comas. i. me habentem comas incomptas, & sparsas. ¶Iacentem in ora aduersa. i. cubantem in faciem: quod faciunt qui non possunt dormire. Iuue. Cubat in faciem, mox deide supinus. ¶Omnia plena lachry. i. inuenit totũ lectũ humectatũ meis lachrymis. ¶Orat. s. soror mea. ¶Minyis: argonautis vobis Thessalicis. nã ex Orchomeno, quod prius Minyæum vocabaẽ, colonos quosdã ad Iolcõ deductos constat: vt Stra. scri. vnde Argonaute minyæ dicti sunt. nam Iason ex Iolco fuit. ¶Altera petit. s. soror mea. ¶Altera habebat: sic enim quidam codices habent, & tunc intelligimus altera habebat. s. ego Medea. si habebit intelligimus Creusam. i. altera petit altera capiet fructũ. ¶Aesonio iu. idest Iasoni. ¶Quod pe. s. opem. ¶Est ne. describit locum in quo Iason locutus est cum Medea: & eam rogauit in auxilium suum. ¶Atrum: obscurum. ¶Piceis: picea species arboris. Virg. Procumbunt piceæ. interdum piceus adiectiuum est. pix. vero dicitur ipse liquor: qui ex ipsa arbore manat. ¶Frondibus illicis: idest ilicibus frondosis. ¶Vix illuc: dicit ex densitate vix posse illum locum illustrari a sole. ¶Illuc: in illud nemus. ¶Delubra: templa. ¶Certe fuerant: quasi correctio quia: dixit sunt: dicit nescio an nunc sint: certe fuerant. ¶Dea: idest simulachrum deæ Dianæ. ¶Nescio an exciderint: cauendum est ne legatur nescis: quia neq ratio metri: neque sensus patitur: sed nescio, & est sensus: nescio an ita oblitus sis locorum sicut mei. Nescio an loca exciderint: idest ex memoria lapsa sint. ¶Mecum: sicut ego excidi tibi. ¶Orsus es: idest incepisti ab ordior. ¶Infido ore: infidis verbis. ¶Ius tibi: verba quibus Iason ad Medeam vsus est: eam sibi concilians. ¶Ius: potestatem: arbitrium: auctoritatem. ¶Salutis: vitæ. ¶Manu: idest potestate. ¶Perdere pos. sat est. sententia rhetorica: sensus est: si quis delectatur potestate, satis ei debet esse quod possit nocere: non autem debet nocere. ¶Si ipsa potestas: idest posse. ¶Iuuat delectat. ¶Quem: idest aliquem. ¶Est sat: idest sufficit. ¶Posse perdere: posse interficere. Iuue. Et qui nolunt occidere quemquam, posse volunt. sed subaudi licet possis me perdere. ¶Seruatus: idest tuo auxilio liberatus. ¶Ero maior gloria: q̃ si passa fueris me mori. Per mala: adiurat Iason multis precibus: vt sui misereatur: & sibi opem præstet, ¶Leuamen: auxilium. ¶Per genus: scilicet tuum. ¶Aui: scilicet phœbi, vel Solis. nam Aeetes filius fuit Solis, qui videt omnia.

Picea a quo pix q̃ spẽs arboris sit

Snia quædam pulchετrima

Aeetes cuius filius fuerit.

ASCEN. ¶QVam tibi &c. docet opes suas non minus vtiliter fuisse Iasoni. q̃ nunc regnum Creusæ: cum maius sit beneficium vitam conseruare, quæ regnum conferre, cum seclusa vita inutile sit regnum: & tamen spreta ea, a qua vitam conseruatam habet: duxit eam, a qua regnum obtineat. Magni Creontis: idest quem nunc tanti facis. Et lingua dixit tenuit murmure: subaudi cum: vt sit concomitante tenui murmure: quia non congrueret puellæ audacter, vale dixisse homini peregrino. Nec leges dixi: sed dixit: quia lingua nominatiui est casus: vt decet metrum. Nox mihi q̃ta. i. tanta est acta mihi: idest a me, quanta fuit. sic. iiii. Aenei. Nunc. hymen inter se luxu, q̃ longa fouere. Segetesę nefandæ: scilicet armatorum: vt Aenei. iii. Telorum seges ac iaculis increuit acutis. Ipsum timor auget amorem: quia amor moritur, solicitudine & curis. Chara soror: scilicet Calciope. Inuenit disiectam comas: idest habentem comas disiectas, & iacentem in ora aduersa. more scilicet impatienter amantium, & amore languentium. Orat opem minyis: idest Thessalis. nam minyæ Thessaliæ sunt populi Iasonis in ea profectione comites, vt attestatur Orpheus in argonauticis. Vnde Meta. septimo. Iamę fretum minyæ pagasea puppe secabant: hoc est argo a pagase vrbe magnesiæ. Petit altera, & altera habebit: meo iudicio sensus est: ipsa petit altera: idest alteras res, quia opem petit. & habebit altera: idest alteras res: quia amissionem fratris & sororis. s. Medeæ. Est nemus & piceis: piceæ arbores a pice, quæ ex eis distillat, dicuntur. Ilices sunt glandiferæ de genere quercuum. Sunt in eo: corrigit per parenthesim. dicens (fuerant certe:) quasi dicat nescio an adhuc sint. nec legendum est, & fuerant. nec sunt, & in eo fuerant. Si quem iuuat ipsa potestas: immo moltos posse iuuat, q̃uis nocere noluit.

¶Triplices

ANTO.

¶ Triplices vul. Dianã sigñat quæ tria habet ora. vñ in fastis est: Ora vides Hecates in tris vergentia ptes. ¶ Arcana mystica: & occulta. nã (vt Orpheus scri.) ad aureũ vellus non erat accessus nisi prius Dianæ sacrificaretur, sacra sola Medea nouerat & puellæ colchicæ magno silentio tenebant. ¶ Aliquos deos. Scythæ Vestã: Tellurẽ: Iouẽ: Apollinem: & Venerem: colunt, Vestam thabĩ appellant: Iouẽ papeũ: tellurẽ apiã: Apollinẽ Ethosirũ. Albani vero Solem & Lunam colunt. ¶ Quod si for. vi. sponsio hæc p taciturnitatem annunciandã esse: quã græci αποσιωπησιν appellãt. ¶ Virũ nõ dedignate Pelasgum: cum sequi debuissem te, sorotẽ caperem. correptione elocutionẽ intercipit vt vehementius puellã excitaret:

Scythę & albãi quos deos colãt

Per triplices vultus, acarnaq; sacra Dianæ,
Et si forte aliquos gens habet ista deos.
O uirgo miserere mei, miserere meorum,
Effice me meritis tempus in omne tuum.
Quod si forte virum non dedignare pelasgum
(Sed mihi tam faciles vnde deosq; meos?)
Spũs ante meus tenues vanescat in auras,
Quam thalamo, nisi tu, nupta sit vlla meo:
Conscia sit iuno sacris præfecta maritis,
Et dea marmorea cuius in æde sumus.
Hæc aĩum, & quota pars etiam mouere puellæ
Simplicis, & dextræ dextera iuncta meæ.
Vidi ẽt lachrymas, an & est ps fraudis in illis?
Sic cito sum verbis capta puella tuis.
Iungis & æripedes in adusto corpe tauros,
Et solidam iusso vomere scindis humum.
Arua venenatis pro semine dentibus imples
Nascitur, & gladios, scutaq; miles habens.
Ipsa ego, q̃ dederam medicamina, pallida sedi
Cum vidi subitos arma tenere viros.
Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres
In se constrictas conseruere manus.
Peruigil ecce draco sq̃mis crepitãtibus horrẽs
Sibilat, & torto pectore verrit humum.
Dotis opes vbi erant? vbi erat tua regia coniux?

¶ Faciles deos & me. qui faciles sunt: & mihi faueant. ¶ Spũs an. me. firmat sponsionem iure iurando: moriar, inquit, prius, q̃ tibi aliquam ad meum cõiugiũ ꝓponã. ¶ Præfecta: Iuno pronuba (vt diximus) nouis nuptiis adhibet. ¶ Et quota pars: non modo hæc: sed multo minora simplicem ad amandum puellam concitassent. ¶ Iungis æripedes: meis carminibus coacti tauri a te ad aratrum iungunt. ¶ Scindis: aras. ¶ Solidã: durã: vt puta quę diu manserat inarata. ¶ Iusso: vt Aetas iusserat. ¶ Venenatis: qui venenosi serpẽtes fuerant. ¶ Sedi pallida: extimui anxia de salute tua. ¶ Facinus mi. exclamatio est. ¶ Peruigil ec. dra. auget pericula vt sua officia maiora videantur. ¶ Squãmis cre. hor. cuius in te squãmæ crepitabant. ¶ Dotis opes: dos opulenta tibi non quęrebantur. in odium Creusam ducit: cuius causa repulsam patiebatur.

HVBER.

¶ TRIPlices vultus: Virgili. in. iiii. Tria virginis ora Dianæ. triplici añt vultu depingebatur: qa ipsa est Luna in cælo. Diana in terris: & in siluis. Proserpina apud inferos. ¶ Arcana: mystica quæ noctu celebrantur. ¶ Et si forte. i. p istos deos vestræ gentis, si forte aliquos habetis. ¶ Meorum socioꝝ: qui mecum sunt. ¶ Effice me tuũ: fac me tibi deditũ & obligatum. ¶ Meritis: beneficiis tuis. ¶ Quod si forte: pollicet etiã ei Iason se perpetuo habiturum eam legitimam vxorem. ¶ Non dedignare. nõ spernis & fastidis. ¶ Virum: maritum. ¶ Sed mihi: sunt qui corrumpant hũc versum non intelligentes. est autem legendus sic: Sed mihi tam faciles vnde meosq; deos. cauendũ autem ne dicamus deosq; meos. est autẽ sensus. Sed vnde deos tam faciles: subaudi: sperem vel habeam & vnde habeam deos tam meos. i. tam obsequentes mihi. ita enim solemus loqui: spero te mihi facilem & meum, & est versus interpositus quasi per parentesim. ¶ Spiritus. i. vita. ¶ Ante vane. i. abibit. ¶ In auras: idest ante moriar, q̃ vlla sit mea nisi tu. ¶ Conscia, confirmat promissionem suam per iuramentum adducens Iunonem testem. ¶ Sit conscia: idest testis: scilicet huius meæ promissionis. Præfecta: idest præposita: qa ipsa præest nubentibus. sic supra Phyllis: Iunonemq; toris, quæ præsidet alma maritis. ¶ Dea: Diana. ¶ In æde: in templo. nam in singulari tẽplum significat: in plurali domum. ¶ Hæc animum: dicit ex minima parte promissionum, quas fecit Iason, se potuisse moueri: & impelli ad id quod petebat. ¶ Hæc. s. quæ a te sunt dicta. ¶ Et quota pars: idest minima pars. ¶ Possunt mouisse. i. flexisse, codices tamen vetusti habent mouere. quod quidem accipiendum est præteriti temporis sic: hæc mouere. i. mouerunt animum pu. simpli. Et quota pars: possunt. s. mouere. nam si infinitiuus sit: primam corripit. ¶ Simplicis: credulæ: vt supra simplicitas digna fauore fuit. ¶ Iuncta. s. in pignus fidei. ¶ Pars fraudis in illis. i. an & ipsæ sciunt fallere: sic Phyllis supra: Credimus lachrymis an, & hæ simulare docentur? Hæ quoq; habent artes, quaq; iubentur eunt. ¶ Capta: decepta. ¶ Sic. s. cum iurasses per Iunonem & Dianam: & iunxisses dextram dextræ meæ: & adidisses lachrymas. ¶ Iungis: dicit quemadmodum implorato auxilio, & impetrato: ipse Iason incepit facere: quæ supra memorauit ei fuisse facienda. cum dixit: Dixerat interea tibi rex &c. ¶ In adusto: vel valde vsto vel nõ vsto, qa licet semper efflarent ignẽ, nunq̃ tñ eo igne vrebantur. ¶ Solidam: duram. ¶ Pro semine. i. loco seminis. ita enim sparsit Iason dentes serpentis: sicut spargitur semen. ¶ Gladios. i. enses. ¶ Ipsa ego: habet emphasim. vult autem intelligere quanto magis tu. & reliqui debuistis timere. ¶ Pallida: timida. consequens pro antecedenti. Lucanus: Ipsaq; inexpertis quod primum fecerat herbis, Expauit Medea nefas. ¶ Subitos. i. subito natos. ¶ Terrigenæ. i. geniti ex terra. ¶ Facinus. i. factum. ¶ Conseruere. commouere. ¶ Constrictas. i. strictis: hoc est nudis ensibus armatas. ¶ Ecce: magnum & improuisum aliquid significat. ¶ Crepitantibus: resonantibus. ¶ Horrens: asper. sunt enim serpentes squammiferi. Virg. ter collo squammea circum Terga dati. ¶ Sibilat: proprie dixit de serpente. Virg. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. ¶ Torto: obliquo, sinuoso. ¶ Dotis opes: Medea ita amplificat beneficium suum: vt doti id anteponat. ¶ Vbi erant: quasi dicat non quærebas tunc dotem: cum solum de salute tibi cogitandum putares. ¶ Regia: idest regio sanguine creata, vt nunc iactas esse istam tuam.

Aedes in singulari qd significet & qd in plurali

Sibilare cui pprie conueniat

ASCEN.

¶ PER. Triplices vultus: Aenei. iiii. Tria virginis ora Dianæ. Seruius dixit eandem esse, quæ Luna in cælo, Diana in siluis, & Proserpina apud inferos dr. vnde tris vultus habere prædicatur propter triplicem potestatem, quæ numinibus fere conceditur. & significatur in Ioue per fulmen trisulcum: in Neptuno per tridentem, & in Plutone per cerberũ canem tricipitem. Aui cuncta videntis. s. Solis. a nominatiuo auus. Effice me tuum. i. tibi obnoxium. Sed mihi: pulcherrima reticentia pudoris & amoris plena: quasi dicat. Si auderem me tibi offerre maritum: & velis habere virum Pelasgum, non est in terris quem tibi præferrem, sed vnde sup. inueniam. (sic Horatius sermo. secundo vnde mihi lapidem) vt nanciscar deos tam faciles. i. qui tam cito faciant quod optem. & tam meos: idest mihi tam fauorabiles: quasi dicat maius est id bonum, q̃ vt optare audeam. Si tamen ita esset. Spiritus ante meus tenues vanescat in auras, Quam thalamo nisi tu nupta sit vlla meo. Iuno sacris præfecta maritis: idest pronuba. Virgili. iiii. Aeneid. Iunoni ante omnes cui vincula iugalia curæ. Et quota: quasi dicat etiã minima. An & est pars fraudis in illis, sic Phyllis: Credidimus lachrymis, an & hæc simulare docentur: Hæ quoq; habent artes, quaq; iubentur eunt. Iungis & æripedes &c. docet quæ beneficio suo peregerit. Corpore inadusto: idest non adusto, sed illæso ab igne: quem naribus efflabant. Facinus miserabile: acclamatio πάθος habẽs, quasi dicat indignum esse illos periisse vt perfidus saluetur. Dotis opes vbi erãt? quasi dicat nisi meis tunc opibus adiutus fuisses: nunquam ad regnum aspirasses. Somno medicato: idest per medicamenta inducto in serpentem

ANTO. ¶ ISTMos: de hoc diximus. non sunt cōparanda, inquit, cum meis officiis quæ te ex tanto discrimine liberarunt. ¶ Facta nocens, quam sceleris insimulas: Iason Medeæ facinora vituperabat. ¶ Subduxi: clausi. ¶ Sōno medicato: quę meis cantaminibus induxi. ¶ Vellera tuta dedi: rapuisse Medeam ex arbore vellus aureū, & Iasoni dedisse Orpheus scri. Caius balbus id ab Iasone factum esse asserit. ¶ Regnum: patriamq; reliqui: argonautæ rapto vellere confestim dederunt vela ventis. Dubitabant enim ne ab Aeeta itercipere̅tur: secumq; Medeam abegerunt. ¶ Munus in exilio: exiliū tuli pro munere ¶ Facta est Præda: corrupta a latrone. Orpheus in pheacia insula primū Medeæ virginitatē ab Iasone delibatam scribit: cū Eranon, Carandeon, & Solimō Aeetæ legati apud alcinoū argonautas conuenirenti peterentq; : vt Medeam redderent: Iason monitus ab Arete Alcinoi vxore. Medeā despōdit. ¶ Aite non fugiens: Absyrtum secum detulisse Medeam scribunt. Alii vero insequentem intercepisse, laniasseq;. ¶ Deficit: quoniā facinus hoc narrare non ausim. ¶ Quid enim post illa timerem: arguit a maiori: si ausa sum, inquit, fratrem laniare, multo audacius nauigabo. ¶ Credulitatis: non crudelitatis legēdū. ¶ Symplegades: duo sunt scopuli in bosphoro: qui crediti sunt aliquando cōcurrere: omnes naues comprimere consueuerunt: adeo quod nec columbæ (vt scribit Homerus) licet ioui ministrent ambrosiā impune volitarit. Argo tamē illas illæsa superauit Iunonis beneficio, quæ Iasoni fauebat. ¶ Scylla rapax: Scylla & Carybdis pericula maris sunt inter Italiā & Siciliam. Scyllā Homer. in Odissea describit fuisse olim Phorci filiam ex creteide a Glauco amata. Carybdis vero vetula rapacissima traditur: quæ cum boues Hercu. surripuisset: ab illo in mare proiecta voracitatem exercet. argonautæ (vt scr. Orpheus) in tyrrhenum mare appellentes hæc monstra superarunt. ¶ Quæq; vomit fluctus totidē: carybdim intelligit: quæ quatuor & viginti horis bis aquā sorbet: & eiicit. ¶ Ad æm. vr. iolcnon intelligit vrbē thessaliæ vbi erat Peliæ regia. patrē æsonē: matrem Alcimedē: & fratrem pmachum trucidatos peliæ iussu repit: licet alii, quibus adstipulatur in Meta Ouid. tradāt viuū patrē cōuenisse: in iuuētāq; a medea, Iasone petente, fuisse restitutum. ¶ Ad pa. de. argo neptuno in isthmo. vbi erat templum, dicauit: & vellus aureum Iunoni.

Vbi primū Medea a Iasone corrupta fuerit.

Symplegades q scopuli sūt & vbi locorū

Scylla & carybdis vbi locorū sint ac eorū fabula

Iolchō vbi locorum fuerit

Quiq; maris gemini distinet isthmos aquas;
Illa ego, q̄ tibi sum nunc deniq; barbara facta,
Nunc tibi sum paup, nunc tibi visa nocens?
Flammea subduxi medicato lumina somno,
Et tibi, quæ raperes, vellera tuta dedi.
Proditus est genitor, regnū, patriaq; reliqui.
Munus in exilio quodlibet esse tuli.
Virginitas facta est peregrini præda latronis,
Optima cum chara est matre relicta soror.
At te non fugiens sine me germane reliqui.
Deficit hoc vno littera nostra loco.
Q̄d facere ausa mea est, nō audet scribere dextra
Sic ego, sed tecum dilaceranda fui.
Nec tñ extimui (quid enī post illa timerem?)
Credere me pelago fœmina iāq; nocens.
Numē vbi est? vbi dii? meritas subeamus in alto,
Tu fraudis pœnas, credulitatis ego.
Compressos vtinam symplegades elisissent:
Nostraq; adhærerent ossibus ossa tuis.
Aut nos Scylla rapax canibus misisset edēdos,
Debuit ingratis Scylla nocere viris.
Quæq; vomit totidē fluctus, totidēq; resorbet,
Nos quoq; trinacriæ supposuisset aquæ.
Sospes ad æmonias, victorq; reuerteris vrbes:
Ponitur ad patrios aurea lana deos.

HVBER. ¶ ISTHMos: subaudi vbi erat. i. corinthus: quę est in Isthmo. dixi in Epistola Herm. sup eum locum: Qua duo porrectus longe freta distinet Isthmos. & in Epistola phædræ super eum locū: et q ionia bina suis oppugnāt fluctibus Isthmos. ¶ Distinet: diuidit. ¶ Gemini. vt supra: Hic Ephyrem bimarē. ¶ Illa ego: dicit se fuisse, quæ ei tot & tanta pericula ademerit. ¶ Nunc deniq;: nam tunc nō tibi videbar barbara, nec spernenda, cum a me opem expecteres. ¶ Nunc ti. sum. pau. subaudi ego illa. ¶ Quæ nūc tibi. i. iudicio tuo. ¶ Sum visa. i. putata. ¶ Nocens: scelerata: venefica. ¶ Subduxi. i. remoui. ¶ Flammea. i. ignea. habent enim serpentes oculos lucentes in modum ignis. Ouid. in. iii. Metamor. de serpente quē Cadmus interfecit: Igne micant oculi. ¶ Medicato. i. medicamine quodam victo. ¶ Quæ raperes: id est quæ rapere posses. ¶ Tuta. i. tu tutus & sine periculo salutis tuæ. ¶ Proditus: deceptus. ¶ Munus quodlibet: ita quidam legunt. vt sit: ego tuli esse quodlibet munus in exilio. placet tñ magis vt legatur quod licet. & tunc erit sensus magis exprobrās ingratitudinem Iasonis. sic ego pro supradictis habui hanc remunerationem: quod licet mihi esse in exilio. ¶ Tuli. i. accepi. ¶ Virginitas: mea. ¶ Præda: rapina. ¶ Latronis: prædonis. i. Iasonis: quia non vt maritus te gessisti, sed vt prædo. ¶ Soror. i. mea Calcyope. ¶ Cum matre. i. Idia: ita enim (teste Hesiodo) vocata est mater Medeæ: licet quidam dicant filiam fuisse Aeetæ & Hypseæ. & Diodo. dicat fuisse filiam Aeetæ ex Hecatæ. ¶ At non te: fratrem Absyrtum a se interfectū dolet: dicit ergo. ¶ O germane: absyrte. ¶ Ego fu. de patria. ¶ Nō reli. te sine me: nam Medea eum secum duxit: & cum pater eam insequeretur: dilacerato fratre: & membris in variis locis sparsis (vt alibi diximus) pr̄ etem temorata est. ¶ Litera: Epistola. ¶ Vno. i. solo. ¶ Deficit: non habet animum: quia ex omnibus quæ pro te feci hoc vnum est: quod non audeo scribere. ¶ Sic: sicut frater dilaceratus est a me. ¶ Sed te cum: quia cum tu meruisti. ¶ Quid: enim timerem post illa: nam qui maiora ausus est: non timet minora. dicit igitur. ¶ Ego fœmina, & iam nocens: duo ponit, quæ nauigationem timere solent. fœmineus sexus timidus esse consueuit. ¶ Femina. q. d. naturaliter timida. ¶ Iam no. quæ iam admiseram scelus fraternæ cædis. ex mala enim conscientia solent magis timeri pericula. Iuue. Hi sunt qui trepidant & ad omnia fulgura pallent. ¶ Non exti. credere: non verita sum committere me pelago. ¶ Quid enim parenthesis est. ¶ Numen. s. Dianæ læsæ. ¶ Dii. s. omnes per quos tu peierasti. ¶ Vbi. s. sunt qui nos puniant internandum. ¶ Subeamus. s. ambo: hoc est ego & tu. est autē zeugma. ¶ Tu. s. subeas pœnas fraudis, quia me decepisti ¶ Ego, pœ. cre. i. ego puniar: qa tibi nimiū facile credidi. cauendum ne legatur crudelitatis: nam ratio metri nullo pacto exigit. deenim syllaba secunda eius dictionis lōga naturaliter est, quā nō liceret breuiari. ¶ Symplegades: dicit quod vellet se fuisse cōprehensam & elisam inter symplegades. sunt aūt symplegades scopuli duo in bosphoro thracio: quos aliquando concurrisse poetæ finxerunt. fortasse pp opinionē, quā metus nauigantiū fecit. nā cū loca ita sint angusta: vt sinus nō e longinquo procul visentibus videantur: ob metu arbitrati sunt seiungi scopulos: qui antea iuncti videbantur: crediderunt qz concurrentibus inter se saxis. quæ disiuncta interdū videbant solida absumi, intercipiq; nauigia. dicunt aūt a συμπλήγαδες ... inter se concurrentia saxa cyane. dicunt & cyaneæ. Iuue. Et concurrentia saxa cyane. dicunt & cyaneæ. Longatio dicunt ēt a græcis syndromades. i. cōcurrentes. inde & Iuue. Et concurrentia saxa cyane. dicunt & cyaneæ. nam κυανόν nigrū significat. inter hæc saxa Iason eundo in Cholchos, & redeundo cū magno discrimine transisse dicit. Luca. libro secūdo: Vt Pagasæa ratis peteret cū phasidos vndas, Cyaneas tellus emisit in æquora cautes. Rapta puppe minor sub ducta est montibus Argo: Vnaq; percussit pontū symplegadas inanē: Et statura redit. dicit igitur Medea vtinam fuissemus cōpressi, & interfecti inter symplegadas, cū transiuimus per eas. ¶ Elisissent. i. compressissent. ¶ Adhærerent: id est vtinam ambo simul fuissemus collisi & cōfracti: ita vt ossa mea fuissent cōiuncta ossibus tuis. ¶ Scylla: in mari siculo nautæ magnis pelagi desidētis vorticibus territi vndas (vt Iustinus scri.) latrare putauerūt: quas sorbētis æstus vorago collidit. Hinc fabulæ Scyllam & carybdim peperere. hinc latratus auditos, hinc monstri credita simulachra. hanc autē Scyllam

Medeę mater quo nomine appellata fuerit

Symplegades

Cyanō qd significat

Scyllæ quot fuere & eorum fabula

Scylla n Phorci & Creteidos Nymphæ filiam ferunt: quam cum amaret Glaucus deus marinus: cuius amore Circe tenebaturq; ipse eã ipernetet: illa irata fontem: in quo Scylla se abluere solebat: venenis quibusdam infecit: in quem cum illa descendisset, pube tenus in feras: hoc est marinos canes mutata fertur: quæ transeuntibus nautibus periculosissima esse fertur, de qua nunc intelligit. Altera fuit filia Nisi megarensium regis, quæ Minoe patriam suam Megarã obsidẽte, eius amore capta est: cumq; Nisus eius pater purpuream comam ita consecratam haberet: vt quod illam intactam teneret, patria potiretur: neq; ab vllo ei imperium auferri posset. Sylla vt hosti, quem amabat: placeret: comam patris clam abscidit: & patrẽ, patriãq; ei pdidit: quę postea cũ ab eo pter, spem sperneret: dolore in auẽ cõuersa est: pater quoq; Nisus deo℞ miseratione in auis formã & ipse mutatus dicit: hæc volucres perpetuas inter se gerunt inimicitias: vt ostendit Virg. in Georgicis. Aduertendũ est tamen quod hæc Scylla: Nisi interdum pro mõstro maris a poetis ponit: vt a Virg. in Buco. Quid loquar aut Scyllam Nisi &c item ab Ouidi. in lib. ii. de Remedio: Præterita cautus Niseide nauita gaudet. Ait ergo. ¶ Aut scy. ta. vorax quæ naues in se rapit. ¶ Canibus: pp fabulã vt diximus. sic Virg. in Buco. Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis. Debuit: quia & ipsa aliqñ inter amantes fuit. ¶ Carybdis: vt Seruius scrib. mulier fuit voracissima: quæ qa Herculi boues rapuit, a Ioue fulminata est: & in mare præcipitata: vnde naturam pristinam seruat: nam sorbet vniuersa: & ſm Sallustium ea circum littus Tauromenitanum egerit. de his duobus periculis Virg. in iii. Aenei. Dextrum Scylla latus: læuũ implacata Carydis Obsidet. ¶ Supposuisset: submersisset. ¶ Nos quoq;: sicut & alia omnia. ¶ Trinacriæ. i. siciliæ. nam (vt diximus) Sicilia est, quę & trinacria dicit. ¶ Sospes: incolumis. ¶ Et victor: compos voti: quia potius es aureo vellere. ¶ Aemonias: Thessalicas. ¶ Ad. p. i. Thessalicos: tanquam monimentum victoriæ. Carybdis fabula

Quid referam Peliæ natas pietate nocentes?
 Cæsaq; virginea membra paterna manu?
Vt culpent alii, tibi me laudare necesse est,
 Pro quo sum toties esse coacta nocens.
Ausus es (o iusto desunt mea verba dolori)
 Ausus es æsonia dicere cede domo.
Iussa domo cessi natis comitata duobus,
 Et qui me sequitur semper, amore tui.
At subito nostras vt hymen cantatus ad aures
 Venit, & accenso lampades igne micant.
Tibiaq; effudit socialia carmina vobis,
 At mihi funesta flebiliora tuba.
Pertimui, nec adhuc tñ scelus esse putabam,
 Sed tamen in toto pectore frigus erat.
Turba ruũt, & hymẽ clamãt, hymenęa frequẽtãt

¶ DEFICIT Hoc vno: quasi dicat id præscribere nequeo quomodo fratrem saltem discerpserim. sic sexto Aenei. Ter patriæ cecidere manus &c. Cecidere me pelago. id Iuue. Satyra. vi. Late docet fœminas videlicet amatores ac mœchas sequentes nihil vereri maris tempestatem. Symplegades elisissent: spondiacus versus pondus in sensu habens. Nam in gra uiori exitio optamus minus. Debuit ingratis Scylla no. vi. quia & Glaucus illi ingratus fuerat. ¶ Quæq; vorax: carybdis scilicet vtraq; autem est in mari siculo. Sospes ad Aemonias: reuersum in patriam Iasonem videlicet Thessaliam (quam non recte tunc vocasset Thessaliam, nondum enim sic dicta erat, sed postmodum a Thessalo communi Iasoni ac Medeæ filio) & probat Medea propter ingratitudinem eius. vocat ergo Aemonias vrbes Thessalicas. ab Aemone enim rege dicta esse Thessalia prius Aemonia. Aurea lana: aureum vellus. ASCEN.

¶ QVID Referam Peliæ natas: Peliæ filias tres fuisse scri. Dio. Alcestam, Amphionem: & Euadnẽ: quæ suadente Medea patrem trucidarunt. putabant enim ad iuuentam ab illa posse restitui: viso ex ariete periculo: vt in Met. diximus. ¶ Nocentes pie. putabãt ad iuuẽtã restitui debere. ¶ Duobus na. erãt quatuor Medeæ ex Iasone filii: vt diximus: cũ ea discessere Thessalus & Thessander. ¶ Hymẽ cãtatus: nuptiale carmẽ: qđ fescenninũ dr: qin primũ apud fescenninos inuẽtũ sit: vt põpeius scri. ¶ Lãpades: quę faces intelligit, quas in nuptiis accẽdi Var. tradit. ¶ Socialia: cõiugalia. carmẽ ad tibias canebat. erant tibiaq; multa gña: sed q nuptiis pponebãt, puellares dicebant. ¶ Tñ scelus. i. vt me repulsa aliã susciperes vxorẽ. ANTO. Pelię quot filiæ fuere & qb⁹ appellatę nominibus. Puellares tibiæ quæ fuere.

¶ Quid referã: cõmemorat aliud suũ erga Iasonẽ bñficiũ: qa in eius gratiã persuasit filiabus Peliæ: vt patrem iugularent pollicita se reductura eum ad ætatẽ iuuenilem: qđ cum illæ fecissent: Medea mortuum eum reliquit: ergo sciebat ab eo non amari Iasonem. ¶ Nocentes pie. quia non interfecerunt patrem nisi propter pietatem: vt. s. ei prodessent. ¶ Pietate: nimio amore erga patrem. ¶ Cæsa: ancisa, lacerata. ¶ Virginea: puellari. hanc fabulã scri. plene Ouid. lib. vii. Meta. ¶ Vt: id est quis. ¶ Alii cul. i. dãnent ea quæ feci. ¶ Tibi est me. au. ne. qa tuo amore compulsa ea feci. ¶ Pro quo: id est causa cuius. ¶ Ausus est: ostendit ingratitudinem Iasonis: qui post tanta beneficia ipsam Medeã ab se eiicere ausus est. ¶ O iusto: parẽthesis est. q. d. non possum exprimere dolorẽ quẽ concepi. ¶ Ausus es: conduplicatio est. ¶ Cede: abi. ¶ Aesonia: patris mei Aesonis. nam (vt supra diximus in argumẽto) Iason spontaneũ diuortiũ Medeæ psuadere conatus ẽ. ¶ Iussa. s. a te. ¶ Cessi: abii: discessi. ¶ Duobus natis: quos ex te suscepi. ¶ Et amore tui: subaudi comitata. ¶ Qui. s. amor. ¶ Semp sequit me. i. q nunq me derelinquit. ¶ At subito: corrigendus est hic textus: vt sensus & ratio metri cõstet: nã sic legendũ est. ¶ At subito nfas vt hymẽ cãtatus ad aures venit. &c. sensus est: at postq audiui carmina vestra nuptialia: vobis quidẽ socialia: sed mihi funebria: pertimui. pendet enim ordo vsq; ad hunc locũ. est aũt talis. ¶ At pertimui. ¶ Vt. i. postq. ¶ Hymen cã. i. cãtibus celebratus. nam (vt alibi diximus) inuocabat in nuptiis: vt Vulgus hymen hymenæe vocãt: hymenæe frequẽtant. ¶ Lampades: faces nuptiales. ¶ Micant: splendent. ¶ Tibiaq;: tibiæ adhibebant nuptiis. Tubæ vero funeribus. Persius: Hinc tuba candelæ &c. ¶ Tibiaq;. s. postq. ¶ Effundit: emisit. ¶ Carmina socialia vobis. i. tibi & vxori tuæ præbentia signũ societatis. i. matrimonii. ¶ At mihi. s. effudit carmina. ¶ Flebiliora. i. tristiora. ¶ Tuba funesta. i. q funeribus adhiberi solet: vt supra diximus. nam erat etiã militaris tuba ad accẽdos aĩos militũ ad pugnã. ¶ Tñ scelus: vt legitime duceres illã. ¶ Frigus. i. timor. ¶ Turba ruunt: synthesis est in numero. ¶ Ruunt: pperant. ¶ Hymenæe: sic legendũ est in vocatiuo: nõ aũt hymenæa: quia nulla ratione potest talis accusatiuus reperiri: faceret enim vel latine hymenæũ: vel græce hymenæõ: vt alibi diximus. HVBER. Tibiæ & tubę qbus adhibebãtur.

¶ Quid referam Peliæ. q. d. & suasu meo compulsæ sunt filiæ Peliæ patrem occidere putãtes se pie cũ eo acturas, hoc est ipsum ad iuuentam ætatem renouaturas, id aũt suasit Medea in vltionem, quia Iasonis fratres, & (vt quidam asserũt) patrem occidi fecerat Pelias. Nocentes ergo pietate: quia putabãt se rem piam acturas. Hymen cantatus. i. carmen nuptiale: quod epithalamiũ dicit. accipimus enim nomina deorum pro rebus quibus præsunt. hymen clamant. i. repetunt hanc vocem hymẽ dicẽtes: Hymẽ, o Hymenæe: o Hymenæe. vt est apud Catu. & loquutus est sicut in euangelio: Vocatis me magister & domine, Hymenæa. s. festa, aut gaudia, aut carmina, aut alia ad legitimas nuptias pertinentia. est enim adiectiuũ Hymenæus. a. um. sed ponitur hic substantiue. verum deus ipse etiam Hymenæus dicitur. nam græce Hymenos dicitur membrana, seu pellicula virginalis clauſtri. Putatur tamen Hymenæus fuisse vir quidam Atheniensis defensor virginum in bello, ita vt eius præsidio ad legitimas nuptias peruenerint. vnde eius nomen in nuptiis faustis & legitimis frequentabant: quãuis non desint qui Veneris & Bacchi filium putant. apud Romanos autem Talassio vocatur nuptiale carmen, quia Talassio dimicando seruata est in captu sabinarum egregiæ puellæ virginitas, vt docet Pli. libro primo. ASCEN.

Quo proprior vox est, hoc mihi peius erat.
Diuersi flebant serui, lachrymasq; tegebant.
Quis vellet tanti nuncius esse mali!
Me quoq;, quicquid erat, potius nescire iuuabat:
Sed tanquam scirem, mens mea tristis erat.
Cum minor e pueris iussu, studioq; videndi
Constitit ad geminæ limina prima foris:
Hinc mihi, mater abi, põpam pater, inquit, Iason
Ducit, & adiunctos aureus vrget equos.
Protinus abscissa planxi mea pectora veste,
Tuta nec a digitis ora fuere meis.
Ire animus mediæ suadebat in agmina turbæ,
Sertaq; compositis demere rapta comis.
Vix me continui, quin sic laniata capillos,
Clamarem, meus est, iniiceremq; manus.
Læse pater gaude, Colchi gaudete relicti,
Inferias vmbræ fratris habete mei.
Deseror amissis regno, patriaq;, domoq;
Coniuge, qui nobis omnia solus erat.
Serpentes igitur potui, taurosq; furentes!
Vnum non potui perdomuisse virum!
Quæq; feros pepuli doctis medicatibus ignes!
Non valeo flammas effugere ipsa meas.
Ipsi me cantus, artes, herbæq; relinquunt.
Nil dea, nil Hecates sacra potentis agunt.
Non mihi grata quies, noctes vigilantur amaræ:
Nec tenero miseram pectore somnus habet.
Quæ me non possum, potui sopire draconem:
Vtilior cuiuis, q̃ mihi, cura mea est.
Quos ego seruaui, pellex amplectitur artus:
Et nostri fructus illa laboris habet.

ANTO.

Puer ipro/ prie p quo accipiatur
Quæ dea magicis p̃/ fuerit
Hecate q̃ fuerit & cuius filia

¶ PEIVS erat: molestius videbat: orator dicit. ¶ Tristis: languida & mœsta. nam si ad orõné aut ad frõté, referas: seuerum, & iracundũ interp̃tab: t. ¶ Minor e pu. puer apud Terétiũ p̃ seruo vsurpat: hic vero p̃ filio. ¶ Hinc mihi: addas renũtiauit. ¶ Pompam: lætã in nuptiis multitudiné. ¶ Aureus: in veste aurea more triũphãtium cõspicuus. ¶ Serta: coronabantur in nuptiis qui ad. rant. ¶ Læse pa. g. pathos a iusto. ¶ Relicti: quos fugi. ¶ Inferias: dicit sua calamitate fraternis manibus inferias soluere. ¶ Serpentes igit potui: sub vno impetu vi oĩa colligere: vt cõmiserationis vim augeat. ¶ Feros ignes: illos intelligit: quos efflare tauros martios diximus. ¶ Meas flammas: amoris æstus: quos patior. ¶ Nil dea: Proserpinã intelligit: quã magicorũ deã tradit esse Porphyrius. sunt q ad Circẽ referant qd non placet. ¶ Hecates potentiss hæc fuit Persæ filia immanis venena nouit oĩa, & herbas. p̃femq; sustulit. p̃ma ẽt aconitũ inuenit & plura venenorum gñia. ¶ Non mi. g. dies: pathos a tempore. ¶ Mea cu. in magico artificio diligẽtia. ¶ Pellex: a nomine odiũ excitat in Glaucem, quæ nouiter Iasoni nupserat. ¶ Nostri la. is fuit Iasonem seruare, quo fungebatur Creusa.

HVBER.

Puerorum affectus

¶ QVO: quanto. ¶ Hoc. i. tanto. ¶ Pei⁹ erat. i. magis angebat. ¶ Diuersi. s. in diuersis locis domus. ¶ Tegebãt: occultabãt: nõ eni au lebant clare flere. ¶ Quis. q. d. nullus: q̃a malarũ rerũ inuiti nũcii eẽ debemus. ¶ Iuuabat. i. placebat mihi ignorare. ¶ Tanq̃. i. q̃si fuissem plene instructa: & scirẽ te vxorem ducere. ¶ Minor. s. natu & ætate ¶ E pueris: ex duobus filiis p̃tis. ¶ Iussu: mãdato meo. ¶ Studio. i. cupiditate: q̃a pueri cupidi sunt videre oĩa noua. ¶ Geminæ. i. duplices. Ouid. in Amoribus: & duplices occuluere fores. Foris gtũs est hoc loco singularis. ¶ Constitit. s. vt videret q̃d fieret. ¶ Hinc: ex limine domus. ¶ Mr abi: verba pueri ad Medeã. ¶ Põpã. i. nuptialem triumphum & apparatum. ¶ Aureus. i. vestib⁹ aureis indutus. ¶ Vrget. i. p̃mit. ¶ Equos adiũctos. i. vehit curru: & ducit ab eqs. Protinus: statim auditis illis verbis. ¶ Planxi. i. pcussi. ¶ Abscissa: lacerata ¶ Nec fuere tut.: q̃a dilacerata sunt. ¶ Aius: volũtas impetus animi. ¶ Suadebat. s. mihi. ¶ Ire in ag. i. ire i mediã multitudinẽ: q̃ circũ te, & spõsam tuã erat. ¶ Et demere. i. auferre, ¶ Serta: coronas quas habebat sponsa tua. ¶ Compositis: ornatis. ¶ Laniata capillos. s. meos ¶ Sic. i. ita lacerata & squalida. ¶ Qui. i. vt nõ. ¶ Meus est. s. maritus Iason. ¶ Iniicerẽq; manus. i. eũ mihi caperẽ: & mihi debitũ ipsa vendicarẽ. diximus supra de iniectione manus in Epistola Orestis: cũ exposuimus: Iniice nõ timidas in tua iura manus. ¶ Læse p. cõuertit sermoné ad eos quos vt læsisse. dicẽs: nũc factã eẽ eorũ vĩdictã.

Opiones ianes q̃dã antiquorũ

¶ Læse. s. a me. ¶ Colchi: populi regionis meæ. ¶ O vmbræ fra. quẽ ego crudeliter interfeci. ¶ Habete infe. i. estote placatæ: & habete vobis factas inferias ex malis meis. existimabant enim fieri inferiæ mortuis. i. sacra quoties eorũ inimici vel hostes fuissent vel morte vel alio supplicio affecti. ide Vir. lib. x. Totidẽ quos educat Vfẽs Viuẽtis rapit iferias. & Pyrrhus apud Ouid. Placet Achilleos mactata Polixena manes. sunt eni inferiæ sacra mortuorũ. ¶ Deseror: ecce quomõ eis ferant inferiæ. ¶ Deseror: vidua derelinquor. ¶ Regno, patriaq; domoq; am. &c. synthesis est. ¶ Cõiuge. s. amisso. ¶ Qui solus erat oĩa: q̃a oĩa amissa æquo aĩo ferebam dũmodo eum hẽrem sic: Briseis ad Achillem. Tot tñ amissis te cõpẽsauimus vnũ: Tu dñs, tu vir tu mihi frater eras. ¶ Serpentes igit: conqueritur quod potuerit dom re serpẽtes, & tauros: & non potuerit domare Iasona: & in amore suo retinere. ¶ Vnum. i. solum. s. te. ¶ Quæq;: duæ sunt dictionis. i. & ego quæ. ¶ Pepuli. i. remoui: pepuli aũt legendũ est, non repuli: nã

In q̃bus p̃/ teritis p⁹ re cõsonãs geminetur

post re geminat cõsonãs in tribus præteritis: reppuli: repperi: rettuli. in reliqs seruat naturã p̃tis. ¶ Medicatibus. i. medicaminibus. ab eo quod est. hic medicatus quartæ declinationis. ¶ Flãmas. i. ignes amoris. ¶ Cãtus: incãtationes. ¶ Herbæ: vires herbarum. ¶ Artes. s. magicæ. ¶ Dea. i. Diana. ¶ Sacra Hecates. s. Proserpinæ. Diod. tñ scri. Hecatem filiam fuisse persæ: fratris Aetæ viri crudelissimi: quæ audacia & immanitate patrem superauit: quę cum ad venena mortifera conficienda summum studium impendisset: prima aconitũ inuenit, vim, naturamq; cuiusq; veneni in cibis quos aduenis dabat experta. his rebus admodũ edocta veneno patrem sustulit: deinde regno assumpto templum Dianæ statuit: cui nauigantes hospites sacrificabat: existimans ea crudelitate suum nomẽ clarius futurum: ex hac & Aeeta patruo vult Diodo. natã Medeã, Circen, & Aegialeũ: sed de matrem: Idya, de qua supra diximus, certior est opinio: ergo Hecatem intelligimus Proserpinam, quæ oĩbus magicis pręesse dr: quã & ipsa Medea, vii. Meta. inuocasse dr his verbis: Tuq; triceps Hecate quæ coeptis conscia nostris: Adiutrixq; venenis: & supradicto loco: Statuitq; aras cespite binas, Dexteriore hecates at læua pte Iuuẽtæ: & item: Ibat ad antiq̃s Hecates p̃sidos aras. ex quo oñdit eam Medeæ p̃ numine cultam fuisse. ¶ Sacra: q̃ facio: vt tuũ aĩum flectã. ita ipse loco sopradicto. Haud p̃cul eggesta scrobib⁹ tellure duabas, Sacra facit &c. ¶ Nil agũt. i. nil p̃sunt. ¶ Nõ grata. i. nõ iucũda. ¶ Amaræ: acerbæ: plenæ anxietatis. ¶ Somn⁹. i. sopor. ¶ Miseram. s. me. i. nec dormio. ¶ Quæ. s. ego. ¶ Non possum me. s. sopire. i. dormire facere. ¶ Draconẽ: peruigilẽ. ¶ Cura: diligẽtia. ars est. ¶ Pellex: concubina. ¶ Quos ego ser. s. a morte. ¶ Fructus: vtilitatem. translatio est sumpta vel a terra, vel ab arboribus.

ASCEN.

¶ QVO. i. quanto. Propior. i. vicinior. Vox est hoc: idest tãto peius. i. molestius erat mihi. Quis vellet. q. d. nullus. Aureus idest pulcher, aut auro ornatus. Laniata ca. i. hñs capillos laniatos & discissos. Læse pater gau. &c. docet se iustas dare pœnas patri, & Colchis, aliisq; quos amore Iasonis offenderat. Habete infe. i. sacrificia quæ inferis fiebant occisione facta, q̃ inferi nimirum gaudẽt. Coniuge qui: quia propter ipsum cætera derelinquerat. Quæq; fe. pepuli: vnum posuit, vt aĩs est. nam visus multorũ reppulit habet. nec staret hic versus, si reppulit ponat. Doctis medicatibus. i. per medicamentum doctorum, aut medicamentis docte adhibitis. Sacra He. quæ magicis artibus præest. Mea cu. non accipitur hic pro solicitudine, sed quasi pro curatione & medela qua curamus morbos, non qua torquemus & vrimus corda. Cuiuis: idest cuilibet alteri. Pellex græcum est, licet a pellendo quidam deductum putent.

¶ Sculte

¶STVLtæ maritæ:insanæ vxori:quoniam putat te posse potiri i clam tepit vt indicet se vltionem moliri. ¶Auribus iniustis:quia maritum alienum occupat. ¶In faciem:hoc ad pulchritudinem referri debet:damnas in me formã. ¶Rideat: multũ stomachi habet hęc concessio. ¶Ostro Tyrio:strato purpureo. ¶Adusta:nã cũ patre & domo conflagrauit. ¶Quod si forte preces:per deprecationẽ Epistolam claudit. ¶Minora animis:quoniam maiora meditor: q̃ literis mandari possint: ¶Quod & tu mihi sæpe fuisti:in rapiendo vellere id contigisse diximus. ¶Sæuiet:iustas : querelas facit à natorum incommoditate. ¶Tangor:moueor:quia tibi sunt similes. ¶Auitæ flammæ:Medeæ auũ solẽ esse diximus. ¶Duos :quatuor commemorat Dio. ¶Redde torum:me in tuũ cõiugium reuoca. ¶Non ego te imploro:suasio a facili. ¶Ipse dedisti:Iason vltro de cõiugio in templo solis,seu(vt alii tradunt) Dianæ spopondit. ¶Villo aureo:nõ albo legas:beneficia p dote commemorat. ¶Opes sisyphias: Sisyphus Corinthũ tenuit:cui Merope Atlãtis nupsit:& ex ea genuisse traditur Laertem Vlixis patrẽ:Glaucũ:& Creontẽ. ¶Quos equidẽ actutũ:idignatio pcisionẽ peperit:deest enim vlciscar iniuriã illoꝝ morte. ¶Actutũ : ex duabꝰ altera summata pericul is cõstat actutũ,& cõfestĩ signat. ¶Parturit.i.idignatio me minabũdã fecit. ANTO Sisyphus vbi regnauerit Actutum quid sit

Forsitan & stultæ dum te iactare maritæ
Quæris,& iniustis auribus apta loqui.
In faciem,moresq; meos noua crimina fingis,
Rideat,& vitiis læta sit illa meis.
Rideat,& Tyrio sedeat sublimis in ostro,
Flebit,& ardores vincet adusta meos.
Dum ferrum,flammæq; aderũt succusq; veneni,
Hostis Medeæ nullus inultus erit.
Quod,si forte preces præcordia ferrea tangunt,
Nunc animis audi verba minora meis.
Nam tibi sum supplex,qđ tu mihi sæpe fuisti:
Nec moror ante tuos procubuisse pedes.
Si tibi sum vilis,communis respice natos,
Sæuiet in partus dira nouerca meos.
Et nimium similes tibi sunt,& imagine tangor:
Et quoties video,lumina nostra madent.
Per superos oro,per auitæ numina flammæ,
Per meritum,& natos pignora nostra tuos.
Redde torum pro quo tot res insana reliqui:
Adde fidem dictis,auxiliumq; refer.
Non ego te imploro contra taurosq;,virosq;,
Vtq; tua serpens victa quiescat ope.
Te peto,quem merui,quem nobis ipse dedisti,
Cum quo sum pariter facta parente parens.
Dos vbi sit quæris?campo numerauimus illo,
Qui tibi laturo vellus arandus erat.
Aureus ille aries villo spectabilis aureo
Dos mea:quam,dicam si tibi,redde,neges.
Dos mea tu sospes,dos est mea graia iuuentus
I nunc sisyphias improbe confer opes.
Quod viuis,qđ hẽs nuptam,socerũq; potentem
Hoc ipsum ingratus,qđ potes esse,meum est.
Quos equidem actutum,sed qđ pdicere pœnam
Attinet? ingentes parturit ira minas.

¶FORsitan:cõis est suspitio vxoꝝ de maritis. quod de eis apud amicas maledicant:vt alibi diximus. ¶Iactare:ostentare, laudare: ¶Apta:cõuenientia.s.de vitiis vxoris tuæ:q̃,vt est iniusta, ita libẽter audiet. ¶In fa.mo.me.i.maledictis de pulchritudine & moribus meis. ¶Noua:inaudita. ¶Fingis:cõminisceris mẽtiris. ¶Rideat:pro ridebit,rideat hæc cõcedẽtis est per idignationẽ: & subaudiẽ licet. ¶Sublimis:superba. Ostro tyr.i.in purpura:quę apud Tyron abundat. ¶Flebit:subaudi tamen. ¶Aducta : cremata. ¶Vicet me.ar.qa magis ardebit, q̃ ego nunc ardeo. ¶Dum.fe.enumerat ea per quæ possit se vlcisci. ¶Succusq; ve.i.succus venenosarum herbarum. ¶Inultus:impunitus. ¶Quod si for.pcatur nunc Iasona. ¶Meis ais : qa sum superba:& alta aio:licet humilibus verbis tibi supplicẽ i & significat eã q̃lẽ Hora.pcepit. Sit Medea ferox,iuicta:q; ¶Quod.s. esse supplicẽ. ¶Procubuisse.i.iacere:sicut supplicantes facere solent. ¶Si sum vi.ti.si me paruifacis. ¶Cõis:ex vtroq; nostrum genitos ¶Sæuiet:faciet aliqd crudele. ¶Et ni.si.adducit eos in gratiã ostendens esse siles patri. ¶Tãgor:delector. ¶Imagine similitudine. Sic Dido ad Aeneam lib.iiii. Aenei. Si quis mihi paruulus aula Luderet Aeneas:q te tm̃ ore referret. ¶Madent.i.rigant lachrimis:quia per eos recordor tui. ¶Lumina.i.radios, & lucẽ. ¶Flãmæ aui.i.Solis aui mei.flãmæ aũt dixit:qa dicũt Solẽ eẽ igneũ. ¶Meritũ:bñficium quod tibi pstiti. ¶Pignora:quia filii sunt pignora matrimonii. ¶Torũ:ius tori.i.matrimõiũ. ¶Insana.i.amore demẽs. ¶Tot res: pĩem:pĩiam,mĩem, & sororẽ. ¶Adde fi.di.i.fac vt dicta tua feruentur:& fidẽ habeant. ¶Refer.i.redde:sicut ego dedi tibi: quod ẽ iustissimũ. ¶Nõ ego:dicit se prestitisse auxiliũ i maiori re q̃ ipsa petat. ¶Imploro:inuoco: ¶Cõtra tua:sicut tu iplorasti meum. ¶Quiescat dormiat. ¶Victa:sopita,notãdũ est posuisse serpẽtẽ fœminino genere:sicut & Iuue. Et mouisse caput visa est argẽtea serpẽs.nã vtriusq; gñis est. ¶Ipse de.i.tu ppria volũtate & spõte. ¶Cum quo pa. sum fa.p.i.ex quo suscepi filios. ¶Dos vbi : rñdet obiectioni, quæ posset fieri de dote. ¶Campo:ecce rñsio. ¶Numerauimus.s.dotem. HVBER Serpẽs in genere fœminino quandoq; ponitur

¶Qui erat aran. vt seminares dentes serpentis. ¶Tibi la.i.ablaturo. ¶Vellus.i.lanam auream & est sensus : accepisti a me dotem magnam:cum taurorũ ferocitas p me cõpressa est:& ira terrigenaꝝ:& deniq; cũ abstulisti vellus aureum.nam cum id per me habueris est dos mea. ¶Spectabilis:pulcher. ¶Villo:pilo, & lana. ¶Quam:dotem. ¶Neges.i.nolis mihi reddere. ¶Tu so.i.vita tua pręseruata ẽ dos mea. ¶Graia iu.i.oẽs socii tui per me seruati sunt. ¶Improbe:pfide. ¶I nũc:irrisio est. ¶Cõfer.i.cõpara. ¶Opes si.i.opes Creõtis filii Sisyphi.sisyphias aũt cõtumeliose dixit:qm̃ cõstat eum fuisse latronem:qui suis latrociniis maximas opes cumulauit:quaꝝ heres fuit Creon. ¶Quod viuis.i.qđ hẽs vitam. ¶Nuptã.s.Creusam. ¶Socerum:Creõtem. ¶Potẽtẽ:diuitẽ ¶Quod po.eẽ igra.est meũ.i.bñficiũ meũ:qa nisi ego essem,ne igratus q̃dẽ eẽ posses: qa iam nõ viueres. ¶Quos.s.te & vxorẽ tuam & soceꝝ. ¶Actutũ:vna est dictio : & significat statim,cito. & est eclypsis.deest enim verbũ.subaudiẽ.n.puniã.sicut apud Virg.lib p.Aeñ.Quos ego,sed motos pstat cõpõere fluctꝰ.cõuenit.n.talis pmo mẽti iratæ. ¶Sed qđ at.qđ opus ẽ.qđ priet. ¶Prędicere:multo añ minari. ¶Pœnã:q̃ sum sũptura. ¶Parturit:cõcipit,gñat. Sisyphus Actutũ

¶MARItæ.i.vxori. In faciem.i.ad vituperationẽ faciei meç.vt sup.rideat & vitiis læta sit illa meis. Rideat: amara cõcessio,quæ vim prohibendi hẽt.nã minabũdo vultu profertur. In ostro Tyrio.i.purpura q̃ apud Tyrũ preciosa est : quia dibapha.i.bis tincta.flebit, & ardores vincet adusta meos: qa plus est.vstũ esse.i.cõsumptum igni q̃ vri.dum.i.donec, aut quãdiu.ferrũ,flãmæ, & succus veneni aderũt.i.extabunt.hostis Medeæ nullus inultus erit : per quod tacite etiam Iasoni minaẽ.Quod si forte pces præcordia ferrea:præcordia dicunẽ passionũ sedes pelliculæ quædam cor & ei vicina cingẽtes Quod.i.quæ res tu mihi sæpe fuisti:hoc est etiã supplex. Communis natos:accusatiuus in is legitime exit dum genitiuus in ium.idem dixit Creusa Aeneæ: Iamq; vale, & nati serua communis amorẽ. Per auitæ numina flãmç.i.per solis radios. Nam sol auus est Medeæ,pater videlicet Aeetç.Numerauimus dotem.i.persoluimus tot beneficiis nõ pecuniis. Laturo: idest ablaturo.vellus villo spectabilis aureo:synæresis est.i.contractio duarum syllabarum in vnam.sicut.x.Aenei. Dat fulio villis onerosum atq; vnguibus aureis. Sisyphias:idest corinthias:quæ in ære corinthio plurimæ sunt. Quos equidem actutum.i.confestim:postq̃ sensero te nolle flecti.subticuit autem verbum quod est occidam, aut trucidabo.sed qui iræ suæ moderantur,solent verbum reticere, sicut Neptunus Aene.primo : Quos ego, sed motos, præstat componere fluctus. Addit ergo:Sed quid prædicere pœnam Attinet:quasi dicat nihil. Cætera a superiori commẽtario explanata sunt. ASCEN.

ANTO. QVO feret ira: nulla adhibita ratione impetus sequar. Consuluisse. i. cum petat vt ad coniugium reuocaretur. Viderit ista deus: cum furore enumerandum est: cupido, inquit, nostris rebus prouidebit. Agat: moliatur. Maius: q̄ nostris literis mandatum sit: aut cupido senserit: nam filios peremit: & ad Creusam coronam misit naphtea: quæ est ex genere bitu minis: in quam ignes transiliunt (vt scri. Plini.) vnde cunq; visant aspersa: Sacrificatura igitur ad aras igne correpta extingui non potuit: sed cum patre qui opem ferre voluit, & regia concremata est. licet alii tradant radice quadam a Circe accepta Creontis domum incendisse: quæ eius naturæ traditur: vt cum ea lignum succendatur extingui non possit ad id perficiendum Medeam mutata facie concessisse, Diodo. p filium dona misisse nouæ nuptæ impetrato ad vnum diem reditu scrib. quæ cum tractari cœpta sunt omnia fuisse incensa.

Quo feret ira, sequar. facti fortasse pigebit:
Et piget infido consuluisse viro.
Viderit ista deus, qui nunc mea pectora versat,
Nescio quid certe mens mea maius agat.

HVBER. SEQVAR quo ira feret. i. faciam id quod ira suadebit. Facti for. pi. terret ipsum Iasona dicēs se esse factură id: cuius fortasse postea eă pigebit. ex quo ostēdit id futurū & magnū & crudele. Et piget: est sensus. Si pi. fa. pigeat: quia etiā piget me. Consuluisse. i. profuisse, & rem vtilem fecisse. Viro infido. i. tibi qui non seruasti mihi fidem. Viderit: pro videat. q. d. ego non curo. Qui ver. mea pe. i. qui inijcit mihi in animū tā diras cogitationes. Nescio quid maius: pro nescio qd magnum, & terribile. Exitus rei fuit: qd cū Iason nequaq̄ pcib⁹: & verbis Medeę flexus esset: sed exulisset: vt ex vrbe stati discederet: erat enim (vt diximus) Corinthi. Illa a Creōte impetrauit vnius diei dilationē, vt recederet. & iterim noctu regiā clā ingressa quibusdā medicamētis immutata facie ne cognosceretur, domū incēdit: qdā radice a Circe inuēta: quæ eā vim habebat: vt mensus ignis negret extingui: repēte cōflagrāte regia Iasonē exiluisse ferūt: Creontem vero & Glaucā, siue Creusam igne absumptos. alii dīt Medeę filios dona qdam venenis illita spōte attulisse ad Creusam: q̄ cū illa corpori applicuisset, in dirum morbum: & cum pater filiæ auxiliū ferre volēs, eius corpori hæsisset, euestigio expirauit: ita de hac re varia est opinio. Medea vbi cognouit Iasonem flāmas euasisse, vltioni intenta, animum ad mortē filiorū in patris calamitatē adiecit: & oēs vno excepto, qui aufugit iugulauit: eorūq; corpa sepeliuit in Iunonis templo deinde fidissimis fugæ socus assumptis no cte e Corintho fugiēs, Thebas ad Herculē venit: deide Athenas ad Aegeū Thesei prem cōfugit: ex quo ferūt Medū genuisse a quo Media regio, cui imperauit, noīata est. Inde venefici accusata digrediēs in Phœniciā delata ē. Inde ad superiores Asię partes transiēs, cuidā potētissimo regi hæsit: ex quo quidā volunt potius susceptū filium Medū. a quo Media dicta sit, Errauit postea multum: licet Solinus, vbi de Italia tractat, dicat eam a Iasone Butroti sepultam fuisse: Marsum vero filium Marsis imperasse, qui, ab eo dicti sunt. Atqui in fabulis tāta est varietas (vt Diod. sentiat) Iasona non multo post filios a Medea interfectos diē suum obiisse. dicit enim quod filiis & vxore priuatus: cū oēs dicerent eum iuste plecti quia in Medeā ingratus fuisset: & cū vim doloris ferre non posset: mortem sibi cōsciuit: & hęc satis de Iasone & Medea.

Regię Creontis incēdium

Medus q fuerit & a quo media regio nuncupata est

In decimamtertiam Epistolam Argumentum.

IPhiclus Phylaci filius vrbem Thessaliæ Phylacem in phthiotica regione tenuit. phthios enim subditos Achilli Philotectæ, & Protesilao scrib. Stra. Iphiclus cum filios parere non posset, poculum sumpsit: quod ex herba serpentibus noxia fuisse traditur, filios suscepit, Protesilaum & Podarcem: qui cum nauibus. xl. (vt auctor est Home.) ad Troiam nauigarunt: sed cum græcis cæteris: qui cum Menelao contra Troianos conspirarant, ob tempestatem Aulide clauderetur Protesilaus. Laodomia Acasti Phylacei filia ex Laudothea Protesilai vxor, cum viri desiderio teneretur: illius vmbra quę sæpius occurerat sollicitata: ad illū hanc scrib. Epistolam: qua suadet vt belli periculis abstineat, & vt coniugis viuat memor. fuisse & aliam Leodomiam legimus Bellerophontis ex Achemene filiam: quam ex Ioue Sarpedonem lyciorum regem peperisse tradunt. Pacu. & Titinius. Protesilaū tragœdiam ediderunt: ex qua multum in hanc Epistolam Oui. transtulit.

Iphiclus vbi regnauerit & quot filios sustulerit

Laodomiæ quot fuerę

ANTO. MIttit, & optat amans quo mittitur ire, salu. principium a beneuolentia sumptum est. quoniā nulla mouebatur indignatione. Aemonis: a nomine patriæ aliam beneuolentiam excitat. Aemoniam ab Aemone rege dictam esse Thessalicam scri. Plin. & Protesilaus & Laodomia erant Thessali.

Aemonia vnde dicta ē

HVBER. MIttit, & optat. Græcis proficiscētibus & ad obsidionē Troiæ missum datum erat: qui primus in terram Troianam ex classe descēdisset: cum manu hostis periturū: quare cum in ea expeditione esset Protesilaus Iphicli filius vir magni animi Laodomia Acasti filia eius vxor sincere maritum amans: de eius salute anxia hāc Epistolam ad eū scripsit: cū intellexisset græcos tempestate in Aulide retineri: ostenditq; q̄ grauiter tulerit eius discessum: deinde eum monet: vt non sit nimiū audax in pugnando: memineritq; timēdos Troianos: & præcipue Hectora: quē dicit se intelligere esse fortissimū. Præterea, qm intellexerat ex oraculo responsum esse eum interfectum iri ab hoste, qui primus Troianum solum tāgeret, monet eum & orat, vt vltimus descendat de naui: qd si non fit respectu propriæ salutis: faciat saltem respectu ipsius Laodomiæ: ne si forte periclitaretur: sit ei causa doloris & mortis: qa eo mortuo: nullo pacto vellet esse supstes. Laodomiæ duę fuerūt. vna filia Bellerophōtis, ex qua Iupiter genuit Sarpedonē: & hęc filia Acasti Thessalici vxor Protesilai: qui & ipse Thessalicus fuit: vnde dicit. Laodomia Aemonis. i. Thessalica: nā Thessalia Aemonia dicta est.

Laodomiæ duæ

LAODOMIA PROTESILAO.

MIttit, & optat amans quo mittitur
ire, salutem:
Aemonis Aemonio Laodomia
viro.

Optat

ſOptat ſalutem ire quo mittitur:ideſt peruenire ad maritum ſuum.i.cupit eum ſaluere & incolumem eſſe.

ASCEN.

Mittit & optat amans. Tota hæc Epiſtola facilis eſt in verbis, nec tam vehemens ardor habet in ſententiis, vt ſuperiores fere habuerunt, nāq; eam ſcribit, non expoſtulat, neq; querit̃ de iniuria facta, ſed q̃a coniugem amat, eiuſq; imagine vexatur: cohortatur eum, vt ſibi proſpiciat ne pręſagia mortis effectu ſortiant̃. Ea autem ſunt, quia egreſſurus limen pedē offendit, & q̃a vt omen indicat, primus in terrā hoſtilē deſcenſurus eſt, & quia iam tunc cum ad huc in Aulide erat, aut potius cum illic ab ea adhuc eſſe putabatur, imago eius occurebat. Tortel. uocet, quia ſine aſpiratione ſcribitur Proteſilaus. Aemonis: patrony micum a patria: quaſi dicat: mulier ex Aemonia.

Aulide te fama eſt vento retinente morari:
Ah me cum fugeres, hic vbi ventus erat?
Tunc freta debuerant veſtris obſiſtere remis:
Illud erat ſæuis vtile tempus aquis.
Oſcula plura viro, mandataq; plura dediſſem,
Et ſunt, quæ volui dicere, plura tibi.
Raptus es hinc pręceps, & qui tua vela vocaret,
Quem cuperēt nautæ, non ego, ventus erat.
Ventus erat nautis aptus, non aptus amanti:
Soluor ab amplexu proteſilae tuo.
Linguaq; mādantis verba imperfecta reliquit,
Vix illud potui dicere triſte, vale.
Incubuit Boreas, arreptaq; vela tetendit,
Iamq; meus longe Proteſilaus erat.
Dum potui ſpectare virum, ſpectare iuuabat,
Sumq; tuos oculos vſq; ſecuta meis.
Vt te non poteram, poteram tua vela videre,
Vela diu vultus detinuere meos.
At poſtquam nec te, nec uela fugacia vidi,
Et quod ſpectabant, nil niſi pontus erat.
Lux quoq; tecū abiit, tenebriſq; exāguis obortis
Succiduo dicor procubuiſſe genu.
Vix ſocer Iphiclus, vix me grādæuus Acaſtus,
Vix mater gelida mœſta refecit aqua.
Officium fecere pium, ſed inutile nobis,
Indignor miſeræ non licuiſſe mori.
Vtq; animus rediit, pariter rediere dolores,
Pectora legitimus caſta momordit amor.
Nec mihi pectendos cura eſt prębere capillos,

ANTO

ℭAVlide te fama eſt: cum Palamedes, Vlyxes, & Menelaus: q̃ p reddenda Helena legati ad Priamum fuerāt: & renūciarēt id Troianis, & Priamo non placere. Coniurati græci in Aulide biennio, vt edictum erat, cōuenerunt: ſed tempeſtatem & p̃ſtilētia vexati cōctabant̃: erat enim irata Diana q̃m eius ceruā Agamēnon trucidauerat. aulis Bœotiæ portus eſt profundiſſimus contra Gereſtū Euboeæ promontorium: vt ſcri. Stra. quingentarum nauiū capax. ſCum fugeres: ex deſiderio hoc dictū eſt. nam Proteſilaus nō ſugit. ſSæuis aquis: mare ſæuire dicimus: cum inſanas excitat p̃cellas: tranſlatione ſumpta ab animatis ad inanimata. ſPlura mandata: amantium conſuetudinē exprimit: qui ſabulando more cām nectunt ne ſeparent̃. ſErat ventus: ſpirabat qualē exoptāt nauigantes: ſed mihi aduerſus. ſTriſte vale: ſic Perſius: Et noſtrū iſtud viuere triſte: quod Fabius notat. ſIncubuit, valide ſpirauit. Virg. Incumbunt pelago dixit. ſTetendit: impleuit. ſVela diu: inſpexi vela dū potui poſtq̃ tui vultus negabant̃. ſSucciduo: debili præ dolore. Nā aut lætitia, aut dolore nimio interdū ita mortales languēſcunt, vt conſiſtere nequeāt. ſDicor: alii narrāt: ego præ dolore caſum non ſenſi. ſSocer: pr̃ tuus. ſGrandæuus Acaſtus: is erat (vt diximus) Laodomię paternō (vt alii inſcite putauerūt) Pelię filius: qui cum argonautis nauigauit. is enī alter ab illo fuit. ſMater: Laudotheā ſignificat Laodomiæ matrē. ſGelida aqua: q̃ dolent, ſi correpti frigore decidāt, frigido fouēdi ſunt. intimus enim calor frigore eximio excitat̃. ſInutile: q̃m ſine te p̃ſtaret mori q̃ viuere. ſRedit: hæc ſyllaba in exacto protrahit̃ ſi fiet colliſio: vt audit pro audiuit dicimus. Legitimus: coniugali toro conueniens. ſNec mihi pectendo: pathos a cultus negligentia excitatur.

Aulidis portus vbi locorum ſit

Effectus q̃dam naturalis

Acaſtus q̃ fuerit

HVBER.

Aulis

ℭAVLide: Aulis Euboeæ inſulæ portus eſt, obiectu laterum effectus. Ad hūc cum græci perueniſſent Troiam nauigātes: Agamēnon Dianæ ceruam occidit ignarus: vn̄ irata Dea flatus ventorū remouit ita, vt nauigare non poſſent: & peſtilentia laborarent: quare conſulta oracula: dixerūt Dianā Agamēnonio ſanguine placandam eſſe. Iphigenia igit̃ Agamēnonis filia cū ab Vlyxe p̃ nuptiarū ſimulationem adducta, iam in eo eſſet, vt immolaretur: Dianæ miſeratione ſublata eſt: & cerua in eius locum ſuppoſita ipſa in tauricam regionem tranſlata, Dianæ ſacerdos effecta eſt. Interea autem dum græci in ea inſula morarentur: coniurauerunt ſe nunquam ante reuerſuros in patriam, q̃ Troia caperetur. Inde Dido apud Virg. Nō ego cum danais Troianam excindere gentem Aulide iuraui. ſFama eſt. ideſt fertur. ſMorari: manere, moram facere. ſRetinente: quia (vt dixi) Diana flatus ventorum ſuſtulerat, aut quia ventus eſſet contrarius. ſAh me: melius ah interiectio dolentis eſt, q̃ p̃pono. dolet enim tale non fuiſſe ventū: quo non poſſet nauigare. cū ab ea eſſet diceſſurus. ſSæuis: turbatis. ſVtile: aptum & commodum. ſOſcula, enumerat quaſdā vtilitates ſibi futuras: ſi tunc retētus fuiſſet domi. ſMandata: admonitiones. ſQuæ volui dicere: quæ dictura fui: quæ non potui dicere: & dicit cām. ſRaptus es: abreptus, ablatus. ſPræceps: feſtinus. ſQuem nautæ cupe.i. ſecundus qualem nautæ cupidi nauigandi optarent: non qualem ego cuperē: quæ voluiſſem te diſcedere. ſSoluor: ſeparor, diſiungor. ſImpfecta: incompleta. nam non potui finire, quæ tibi dicere volebam. ſTriſte: mœſtum & cum lachrymis mixtum. ſIncubuit: p̃ſto fuit. & totis viribus comparatis. Virg. Incubuere mari. ſTetendit: flatu ſuo impleuit & extēſa fecit. ſLonge: a meo aſpectu. ſIā: ſubito. ſSumq;. tuos oculos.i. cum tu oculos ad me cōuerteres: ego aſſidue, te aſſidue ſpectantem, ſpectabā. ſVt: poſtq̃. ſTe non po.ſ. videre. ſTua ve. q̃ longius apparebant: quia erant aut maiora, aut, altiora te. ſDetinuere diu.i. ea proſpexi. ſFugacia: ita legendum eſt.i. celeriter euntia: & quæ videbantur fugere. ſPontus: mare. ſLux abiit. ſ. ex oculis meis. ſAbortis te.i. inducta caligine ante oculos. ſSucciduo: inclinato & flexo. a ſub & cado venit ſucciduus ante penultima breui: cum vero longa eſt a ſub & cædo: vnde dicitur arbor ſuccidua: quaſi ſubcædua. ſIphiclus: pater tuus, ſocer meus. ſAcaſtus: pr̃ meus. ſGrandæuus: ſenex. ſMater: mea. ſRefecit: inſtaurauit, & viuificauit. ſAqua gel. aſperſione aquæ frigidæ in faciem: quod ſolet fieri aliquo languore deficientibus. ſPium: ex pietate proueniens. ſSed inuti. no. quia vtilius fuiſſet mihi tūc mori, q̃ nūc viuere in tātis curis. ſIndignor: doleo, & moleſte fero. ſNon licuiſſe: nō pmiſſum eſſe. ſVt. i. poſtq̃. ſAnimus redijt .i. poſtq̃ reſpiraui. ſPariter: ſimul. ſMomordit: pupugit tetigit. ſNec mi. dicit ſe ob abſentiam mariti ita eſſe anxiā: vt nec ornatu corporis delectetur nec poſſit quieſcere. ſPectendos: pectine componendos & ornandos. ſPræbere: ſcilicet ancillis meis.

Locus reſtitutus

Succiduꝰ. Vnde veniat & q̃tam habeat primam

ASCEN.

ℭAVLide: pro aulidi ſi Seruio credimus nam oia tertiæ declinationis pro aduerbiis in loco poſita in i exire debent pro de loco in e. vt ſtudui Carthagini, Auinioni &c. & diſceſſit Carthagine, Auinione &c. Ah: me ordo eſt: Ah: vbi erat hic vētus: ſcilicet profectioni in Phrygiam, contrarius, qui te immoratus fuiſſet. cum fugeres: ideſt tanq̃ fugiens me celeriter abiſſes: quaſi dicat vtinam tunc ille flaſſet ventus. Et ſunt quæ volui dicere: ea eſt occaſio ſcribendæ Epiſtolæ. Triſte vale: non quia triſtitiam optabat: ſed quia cum triſtitia foret. ſicut funere miſcuit di. vir. triſte miniſterium. Incubuit bo. ventus a thracia in Troiam impellens. Nil niſi pōtus. Virg. Cælum vndiq;, & vndiq; pontus. Obortis. ideſt præter ſpem ortis tenebris. Nec mi. pe. docet ſe legitime amare, nec velle voluptati indulgere tantiſper dum vir in caſtris degat.

Nec libet aurata corpora veste tegi.
Vt quas pampinea tetigisse bicorniger hasta
Creditur, huc illuc, quo furor egit, eo.
Côueniunt matres phylaceides, & mihi clamant
Indue regales Laodomeia sinus.
Scilicet ipsa geram saturatas murice vestes!
Bella sub iliacis moenibus ille gerat:
Ipsa comas pectam, galea caput ille prematur!
Ipsa nouas vestes, dura vir arma ferat!
Quo possum, squalore tuos imitata labores
Dicar, & haec belli tempora tristis agam.
Dux Pari priamide damno formose tuorum,
Tam sis hostis iners, q̃ malus hospes eras.
Aut te taenariae faciem culpasse maritae,
Aut illi vellem displicuisse tuam.
Tu qui pro rapta nimium Menelae laboras
Hei mihi, qui multis flebilis vltor eris
Dii precor, a nobis omen remouete sinistrum,
Et sua det reduci vir meus arma Ioui.
Sed timeo, & quoties subiit miserabile bellum,
More niuis lachrymae sole madentis eunt.

ANTO.
Quo vestis gñe tarquinꝰ & agrippa claudii in triũphis vsi fuere
Inclamo q bus cũ casibus cõiungatur
Purpura dibapha q̃ fuerit

¶ AVRata .i. auro textili cõfecta, qua vsus est Tarquinius in triũpho: vt Verrius scri. & Agrippa claudii. in hac tñ nõ la alia materia pter aurũ fuit: in actalicis aliud q̃ aurũ erat admixtum. ¶ Bicorniger: Bacchus cornibus effigiari scri. Dio. feror, inqt, vt Maenades Bacchi furore concitae. ¶ Phylaceides: ex Phylace vrbe. ¶ Et mi. clamãt: inclamo te, & tibi clamo obiurgare est: & irasci. Plau. in Asinaria: Nimis, inqt, risum cõtinui: vbi hospitẽ iclamauit: qd se abste mihi fidẽ hre voluis set. ¶ Regales sinus .i. regias vestes. ¶ Scilicet ipsa ge. cũ stomacho enũciãdum est. ¶ Saturatas mu. sanguine muricis merisas. ¶ Ille ge. ¶ Phi. pmũ apud Romanos vsus est Lentulus spĩter aedilis curulis. quae si bis madefiat purpura dibapha dr: vt scri. ¶ Dãno tuorum: per contentionẽ se imitaturã viri labores mõstrat. ¶ Eras: mutauit tps, fuisti dicẽdũ erat qm patriç excidium videtũr. ¶ Taenariae maritae: laconicã Helenã sigñat, quã rapuit Paris T[?] naros est laconiae promontorium vbi aditus ad inferos esse Papinius tradit. ¶ Menelae: laboras: Menelaus omnem grçciam, vt sibi ferret opem, conuocauit contra Troianos. ¶ Quam multis: quae ex tinctos viros deplorabũt: vt deidamia, quae Achillis interitum defleuit. ¶ Omen: futuri mali psagium. id enim fuisse constat. quod cũ ad Troiam exire voluerit Protesilaus pedem in limine offendisse traditur. ¶ Det: de more Ioui conseruatori suspendat arma.

HVBER.
Tyrsus quid sit

¶ Tegi .i. indui. ¶ Bicorniger .i. Bacchus. dicit se furore ita agi: sicut aguntur bacchãtes. ¶ Hasta papinea .i. tyrso. est autem Tyrsus hasta pampinis inuoluta: quã Bacchantes ferre solent. Ouidi. v. Met. Frondentes sumere tyrsos Imperat. ¶ Tetigisse: stimulasse, concitasse in furorem. sic Virgi. iiii. Aene. Saeuit inopes animi: totaq; incensa per vrbem Bacchatur, qualis commotis excita sacris Thyas, vbi audito stimulant trieterica Baccho &c. Ouidi. iiii. Fast. Mentis inops rapitur: vt quas audire solemus Threicias fusis Maenadas ire comis. item in Epistola Ariadnes: Aut ego diffusis errauí sola capillis, Qualis ob ogygio concita baccha deo. Bacchus autem dicitur habere cornua propter superbiam & elationem: quam feruor vini inducit. ¶ Matres: matronae. mulieres. ¶ Phylaceides: ita est legendum. est enim forma patronymica pro deriuatiuo a phylace: q̃ (vt Home. in ii. Ilia. scri.) fuit vrbs Thessaliae: in qua Protesilaus regnauit: quod etiam ostendit Luca. lib. vi. Et prima rhoeteia litora pinu: quae tetigit Phylace. hanc Ptolemaeus ponit in pieria parte Macedoniç. Stra. vero in phthiotica: quae tamen regiones sunt in Thessalia: quae & Macedonia dicitur. Phylacus autem pater Iphicli fuit: & sic auus Protesilai: vnde Protesilaus apud poetas saepe dicitur Phylacides: ipsa Laodomia Phylaceia: ab vrbe Phylace: vel a Protesilao Phylacio interdum dicitur. Oui. lib. v. de Ponto: Vt viuat fama coniux Phylaceia. cuiꝰ Iliacam celeri vir pede pressit humum. ¶ Scilicet: responsio Laodomiç: scilicet geram. q. d. minime. ¶ Saturatas: bene tinctas: vnde dibaphae vestes dicebantur. quae bis erant tinctae. ¶ Murice: purpura. Est enim murex piscis cuius sanguine tinguntur lanae. ¶ Geret bella: quod est laboriosum & durum. ¶ Premetur: grauabitur. ¶ Galea: pondere galeae. Ipse alibi supra: Et galeam pressa sustinuisse coma. ¶ Dura: aspera. q. d. non decet vt ego sim in deliciis: & maritus meus sit in laboribus. ¶ Dicar imi. s. esse. ¶ Squalore: sorde: neglectu corporis. ¶ Agam tristis: idest viuam in tristitia & moerore. ¶ Dux pari. male legitur hic textus Dux pari: neq; enim conuenit vt irata & turbata ducem appellet Paridem: & ex verbis Home. lib. iii. Ilia. apparet legendum esse dyspari. dicit enim δυσπαρι ειδος αριστε &c. idest o male & infelix Pari formose. alludens igitur poeta Ouid. ad illa verba Homeri facit iratam Laodomiam loqui de Paride contumeliose sic: O dyspari .i. o male & infelix Pari: nam dys apud graecos in compositione malum aliquid significat, vel difficultatem. aut impossibilitatẽ: vt exempli gratia. τυχη significat fortunã. δυστυχια vero ifortuniũ, εργον significat opus: & officium. δυσεργον difficultatẽ: & ειδος significat formosum. δυσειδης significat deformem. sunt plurima huiusmodi apud graecos. error aũt facile natus est. vel ex ignoratione graecarum literarum vel quod ypsilon putarũ fuerit esse u nostrũ & s litera cõuersa sit in x: sed absq; dubio affirmauerim legendum dyspari. ¶ Formose danno tuorum: idest cuius forma & pulchritudo magno constatura est tuis: quia propter te, qui placuisti Helenae, tui multa patient danna. ¶ Tam sis: optatiui modi est: & subaudis vtinam. ¶ Tam sis hostis iners .i. ita negligẽs & ignauus sis pugnator. ¶ Quam malus hospes: scilicet apud Menelaum. Malus aũt .i. perfidus: qa fidem hospitii non seruasti. ¶ Aut te: dicit quod vellet, quod aut Helena displicuisset Paridi: aut Paris Helenae. ¶ Maritae taena. i. vxori Helenae laconicae. nam Taenarus promontorium est laconicae. ex qua Helena fuit. ¶ Tu: scilicet o Menelae. ¶ Flebilis vltor: qa multi hac tua vltione peribunt. ¶ Dii precor: quia quoties Leodomia recordabatur belli: trepidabat, & flebat: adeo precatur: vt hoc non sit ei malo omini: idest augurio. ¶ Sinistrum idest infelix. ¶ Det: offerat. ¶ Ioui reduci .i. Ioui eum reducenti. nam reducẽ appellamus: & qui reducit alium vt hic: & qui reducitur ab alio. vt supra: Gratulor Oechaliam reduci tetigisse carina. & Virg. pri. Aene. Namq; tibi reduces socios. ¶ Subiit: venit in mẽtem. Virg. Subiit chari genitoris imago. ¶ Madentis: liquescentis. ¶ Sole: propter calorem solis.

Quid bacchꝰ supbiã hre fingat
Phylace vrbs vbi locorũ fuerit
Phylacꝰ q fuerit
Dibapha purpura
Murex quid sit
Dys grçce qd signet
Tychi: dystychia ergos eidos diseidis qd apud grçcos significent
Tenarus
Reduces q dicantur

ASCEN.

¶ VT Quas: docet insuper se ex vehemẽtia amoris interdum more bacchantiũ vagari. Phylacidas: patronymicũ a prima phylace .i. vrbe. Regales sinus: sinuosas vestes reginam decentes. Scilicet: vocabulum indignationi aptum. quasi dicat nequaquam cõmisero vt ego purpurata incedam, dum ille armis atteretur. Magnifice autem dixit saturatas, non imbutas murice, vt dibaphas: idest bis tinctas significet. Ipsa .i. ego. est enim trium personarum. Dux pari: vocatiuus a nominatiuo Paris. ordo est: O Pari: idest Alexander (sic enim etiam vocabatur) Priamede: vocatiuus est .i. fili Priami. formose dux scilicet in raptu Helenes. cum damno tuorum: ego sup. velim vt sis tam iners hostis. q̃ .i. quantum malus hospes eras. Eras autem pessimus hospes: quia hospitam abduxit, vnde velit inertissimum quoq; esse. Iners autem dicitur sine arte, & sine industria. Ego vellem, inquit, aut te culpasse faciem maritae .i. coniugis. taenariae .i. lacenae a parte totum .i. Helenes. aut tuam supple faciem displicuisse illi .i. q vterq; alteri non tantum placuisset, vt tu eã rapere, & ea rapi vellet. Flebilis vxor videtur noue dictum, vt sicut maritam vocat foeminam, ita virum vocet vxorem. sed legendum puto non vxor, sed vltor caret enim exemplo vt vir vxor dicatur: licet vxorius saepe. q̃ .i. quantum. multis: cum admiratione: quasi dicat plurimis. Et suadet reduci vir meus arma Ioui: hic redux actiue ponitur pro reducente. cum apud Virgilium pro reducto legatur. Moris autem erat negocio peracto, arma consecrare deo praesidi negocii illius.

¶ Tenedos

ANTO.

¶ TENEdos: insula contra Troiam olim Leocophris dicta: a Tene Cycni filio Tenedos est appellata: quã & calim//nam alii appellarunt. ¶ Rapere ausurus coniectura firmat solicitudinem suam non esse vanam. ¶ Venerat, vt fama est: circumstantiis coniecturam probat. ¶ Pars quota: Phrygum numina Pars Paridem secuta est: licet spectabilis venerit. ¶ His: opulentia, viris, classe: quodq; defendi posse existimabas. ¶ Consors Ledęa: Helenam exprimit Castoris, Pollucisq; qui erant gemini sororem. ¶ Hæc: quæ te impulerunt. ¶ Hectora ne: quem: dubitatio timorem auget. ¶ Hectora quisquis is est: amplificatio est sumpta a nomine. ¶ Hectoras: Hectoris similes. ¶ Fas est: patefactus periculis consuluit quid faciendum sit. fata enim erãt vt Troia gręcorum virtute caderet. ¶ Tendat Menelaus: a iusto arguit. Nam pro vxore fas est maritum pu//gnare. apud Homer. Menelai & Alexandri pugna est: qua Alexander cecidisset, nisi Venus a pugna illum auertisset. ¶ Est dispar: non conuenit cum Menelao. Nã tibi vxor domi seruatur. ¶ Tu tantum viuere pugna: simplex entimema est: quia, inquit, tibi vxor domi seruatur pugna tua est, vt ad eam incolumis redeas. ¶ Parcite Dardanidæ: apostrophe pathos augetur. ¶ Meus sanguis: nam salus mea a Protesilao pendet: cuius vulnera mea sunt. ¶ Fortius ille potest, menelaus qui amore pugnat fortior est.

Tenedos vbi locorum sit & vnde dicta

Helena cuius soror fuerit

Ilion, & Tenedos, Simoisq; & Xanthus, & Ida
  Nomina sunt ipso pene timenda sono:
Nec rapere ausurus, nisi se defendere posset,
  Hospes erat. vires nouerat ille suas.
Venerat (vt fama est) multo spectabilis auro:
  Quiq; suo phrygias corpore ferret opes:
Classe, virisq; potens, p quę fera bella geruntur,
  Et sequitur regni pars quota quemq; sui.
His ego te victam consors ledæa gemellis
  Suspicor, hæc danais posse nocere puto.
Hectora nescio quẽ timeo, Paris Hectora dixit
  Ferrea sanguinea bella mouere manu.
Hectora q̃ qs is est, si sum tibi chara, caueto,
  Signatũ hoc memori pectore nomen habe.
Hunc vbi vitaris, alios vitare memento,
  Et multos illic Hectoras esse puta.
Et facito, vt dicas, quoties pugnare parabis,
  Parcere me iussit Laodomeia sibi.
Si cadere argolico fas est sub milite Troiam,
  Te quoq; non vllum vulnus habente, cadat:
Pugnet, & aduersos tendat Menelaus in hostes,
  Vt rapiat Paridi, quam Paris ante sibi.
Irruat, & causa quem vincit, vincat & armis:
  Hostibus e medis nupta petenda viro est.
Causa tua est dispar, tu tantum viuere pugna,
  Inq; pios dominæ posse redire sinus,
Parcite dardanidæ de tot (p̃cor) hostibus vni,
  Ne meus ex illo corpore sanguis eat.
Non est, quem deceat nudo concurre ferro,
  Sæuaq; in oppositos pectora ferre viros.
Fortius ille potest multo, qui pugnat amore,
  Bella gerant alii, Protesilaus amet.

HVBER.

¶ ILION: dicit qđ quoties audit aliquod nomen regionis Troianæ: fere solo nomine terretur. ¶ Ilion: oppidũ ipsum Troiæ. ¶ Tenedos: insula in conspectu Troiæ: quam a Tene quodã, qui cũ nouerca cõcubuit, occupatam cũ antea esset vacua, & ab eo nominatam Seruius scripsit. Diodo. appellat Tenũ: dicitq; eius přem calumnia vxoris inductum filiũ Tenum in arca impositum in mare deiecisse: quæ tempestate acta, cum in Tenedum appulisset, Tenus mirabili deorum ope salutem consecutus insulę imperauit: vir præclarus ac iustitia, virtutibusq; aliis immortaliũ honores asse//cutus. ¶ Et Xanthus: fluuius iuxta Troiam de quo diximus in Epistola Oenones. ¶ Ida: mõs phrigię a quo & sylua Idęa. Virg. Idęa claram se condere silua Cernimus. & idem: Iãq; iugis summæ sur//gebat Lucifer Idæ. hic declinauit græce ἴδη ἴδης. ¶ Pene. i. fere. ¶ Ipso sono. i. sola voce & nomine. q. d. ergo multo magis te ipsa. ¶ Nec rapere: occurrit obiectioni: quia posset dici quod magna est potentia græcorum: dicit quod Paris non rapuisset Helenã nisi vidisset se habere vires defendendi se contra græcos. ¶ Ausurus. s. erat Paris. i. non fuisset ausus rapere. ¶ Hospes erat. i. peregrinus. ¶ Vires suas. i. quantũ posset. ¶ Spectabilis: ornatus. ¶ Ferret: ostentaret: ¶ Suo corpore: quia qui vidisset eum ita ornatum: potuisset iudicare q̃ diues esset phrigia. ¶ Opes phrigias. i. Troianas. Virg. Troianas vt opes. erat enim in toto oriente potentissimũ imperiũ Troiæ. ¶ Classe: nauibus. ¶ Viris. i. numero virorum. ¶ Per quæ. i. per quas res. s. naues & viros: ¶ Geruntur bella: quia sine viris bella geri non possunt: nec rursus sine classe: cum ad eos qui separantur mari, transituri sumus. ¶ Quota. i. minima. vt Iuuena. Quota portio fecis acheæ. & est sensus: Potens est classe & viris: & hẽt secum minimã partem sui regni. ¶ His ego: dicit Laodomia Helenam esse captam amore Paridis propter supradicta. Ledæa: Helena filia Ledæ. possessiuum patronymico. ¶ Consors. i. soror & sanguine coniuncta. ¶ Gemellis. i. Castori & Polluci, qui gemini fuerunt eodem nati ouo: vt supra diximus. ¶ Hæc: scilicet diuitias & potentiam Troianorum. ¶ Posse nocere Danais. i. græcis. ¶ Nescio quem. quasi dicat inter Troianos fortissimum. ¶ Paris Hectora: probratio fortitudinis Hectoris ex te//stimonio Paridis. ¶ Sanguinea: cruentata: qui semper interficit aliquem. ¶ Ferrea bella: aut aspera: aut quæ ferro geruntur. ¶ Hectora: adiurat Protesilaum per amorem suum vt caueat hunc Hectora. ¶ Si sum chara tibi: si me amas. ¶ Signatum: infixum: & quasi signo quodam notatum. ¶ Nomen. s. Hectoris. ¶ Vbi: postq̃. ¶ Hunc: Hectora. ¶ Alios: Troianos. ¶ Multos Hectoras. i. multos fortes, qualis est Hector. ¶ Parabis pugnare. i. ingredieris pugnam, ¶ Me parcere sibi. i. me habere respectum sui: & vt me ei seruem. ¶ Si fas est: idest si licet, & fata permittunt. ¶ Cadere. i. ruere. ¶ Non vllum: idest nullũ. Pugnet hoc dicit: sine vt Menelaus, ad quem pertinet recuperare vxorem, pugnet ipse. ¶ Nupta: vxor. ¶ Petenda: capienda. ¶ Dis/par: dissimilis. ¶ Viuere: vt viuas. ¶ In si. in amplexus, in gremium. Dominæ: vxori, quæ te amat. ¶ Pios: tibi affectos & deditos. ¶ Parcite: conuertit sermonem ad Troianos, vt suo Protesilao parcant. ¶ Ne me ex illo: idest ne ipso mortuo ego quoq; moriar. ¶ Meus sang. eat: idest exeat. ¶ Ex il. cor. s. interfecto. ¶ Non est: dicit eum non esse aptum bello. ¶ Oppositos aduersos: hostiles. ¶ Fortius: animosius. ¶ Ille: scilicet Paris. ¶ Amet: scilicet me.

Xanthus vbi locorum sit

Ide mons vbi locorum sit

Castor & Polux qui

ASCEN.

¶ ILION & te. declinatur hoc ilium vel ilion, huius ilii. nam quæ apud nos exeunt in um, si græca exeunt apud eos in on. reperitur tñ etiam hæc ilios. & apud hunc, & apud Hora. Ilion autẽ erat regia Priami in Phrygia, quę expugnabatur Tenedos insula in cõspectu Troiæ: Simois & Xanthus fluuii Troiani. Ida: silua Troiana. Pars quota quęq; sui quasi dicat rarissima quæq; vnde non legam quenq;. Eleganter autem ponitur quisq; cum quotus: & coniuncta petunt fere negatiuam responsionẽ. Consors ledæa. i. filia Ledæ soror gemellorũ: hoc est o Helena. ego reor te victã his. s. opulentia, classe & viris Paridis. Hectora, nescio quem: formidandum docet nomen Hectoris, de quo tanta prædicantur. caueto: idest fugito. Hora. Hic niger est, hunc tu romane caueto. Memori pectore: Virg. etiam in accusatiuo memor gñe neutro dedit dicens: Curæ numen habet, iustumq;, memorq; precatur. Multos hectoras: idest fortes. Parcere me iussit Laodomia sibi: vt amore non timore abstinuisse bello putetur. Si cadere: idest siquidem fas est, quia in fatis esse censet. Te quoq;: hoc est cadat sine te. Parcite Dardanidæ: preces vanæ, si hosti deferãtur. Sed quia per apostrophen legendæ a viro scribentur multum gratiarum habent: Non est quem deceat. quasi dicat non hic vobis capitali odio cruentum inferet bellum. Parcite ergo ei & conuertite ferrum in capita bellorum: scilicet Menelaum & Agamemnona.

ANTO. **Antiquorũ auguria** **Protesilai mors** ¶VOlui reuocare: ne ad bellum ires. ¶Animusq; ferebat: præsagiebat nescio quid futuri mali. a bello abstinendum esse ab auspiciis arguit. ¶Mali auspicii: tacui ne forte malum omen discedens captares. ¶Pes tuus offensus limine: pedum offensiones in auguriis esse scribit Plinius: easq; mala ferre præsagia Tibullus docet: O quoties inquit, ingressus iter mihi tristia dixi Offensum in porta signa dedisse pedem. ¶Vt vidi: pedis. offensionem: Eat in ventos: fit vanus. ¶Sors quoq; nescio quem: in fatis est nomine non exposito qui primus in littus Troianum appullerit, perire debere: Protesilaus enim trucidatus est, quem alii Aeneam fuisse scribunt, qui illum cum primum appullisset a viro Dardanio (vt scrib. Homer.) peremerit. Romę, prænestæq; sortes in templo fortunę pędebant ante aram. ¶Strenuus: vt primus in littus Troianum velis appellere. ¶Millesima: vltima. ¶Terra paterna: sed hostilis. ¶Remoq; moue: impellas velo, & remo nauim cum redieris. ¶Latet: sub terris est. ¶Venis dolor: me dolore cogis. ¶Cælibe: sine viro. abiicit suspitionem. ¶Somnos mendaces: qui virum referebant. ¶Gaudia falsa: erant ea dum cum absente marito rem habere videbatur. ¶Sed tua cur nobis pallens occurit imago, præsagit futurum Protesilai interitum. ¶Multa querela: Protesilai vmbra cum Laodomia queri videbatur. ¶Adoro: nocturnas vmbras supplicationibus placare nitor, ne me terreant.

Nunc fateor, volui reuocare, animusq; ferebat,
Substitit auspicii lingua timore mali.
Cum foribus velles ad Troiam exire paternis,
Pes tuus offenso limine signa dedit.
Vt vidi, ingemui, tacitoq; in pectore dixi,
Signa reuersuri sint precor ista viri.
Hæc tibi nunc refero, ne sis animosus in armis,
Fac meus in ventos hic timor omnis eat.
Sors quoq; nescio quem fato designat iniquo:
Qui primus danaum troada tanget humum,
Infelix, q̃ prima virum lugebit ademptum,
Dii faciant ne tu strenuus esse uelis.
Inter mille rates, tua sit millesima pupis,
Iamq; fatigatas vltima verset aquas.
Hoc quoq; pmoneo, de naue nouissimus exi,
Non est, quo properes, terra paterna tibi.
Cum venies, remoq; moue, veloq; carinam,
Inq; tuo celerem littore siste gradum.
Siue latet phoebus, seu terris altior extat,
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.
Nocte tamen q̃ luce magis nox grata puellis,
Quarum suppositus colla lacertus habet.
Aucupor in lecto mendaces cælibe somnos,
Dum careo veris, gaudia falsa iuuant.
Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?
Cur venit a verbis multa querela tuis?
Excutior somno, simulacraq; noctis adoro:

HVBER ¶NVNC fateor: quasi dicat quod ante dicere nõ sum ausa. ¶Reuocare: ne ires ad bellum Troianũ. ¶Ferebat: idest cupiebat. ¶Substitit: idest destitit: cessauit. ¶Timore mali auspicii: idest metui ne darem tibi malum auspicium & augurium reuocando: quod solet vulgo credi. ¶Cum foribus: dicit quoddam omen: quod apparuit cum Protesilaus esset ex domo sua exiturus ad bellum Troianum quia cespitauit in limine dom⁹. ¶Signa: auguria. ¶Offenso: tacto. ¶In pectore tacito. i. ego tacita & mecum dixi. ¶Ista sint signa viri reuersuri: idest vtinam hæc sint signa quod maritus meus possit reuerti a bello Troiano. ¶Refero: dico. ¶Nunc: quæ ante non sum ausa dicere. ¶Ne sis animosus. i. ne sis audax. ¶In ventos: in nihilũ. i. vt frustra fit. ¶Sors. i. oraculum. ¶Designat: idest destinat. ¶Fato: idest morti. ¶Nescio quem. i. quendam. ¶Qui primus danaum: idest primus ex græcis. ¶Troadas Troianam. ¶Ademptum: sublatum, & ereptum sibi. ¶Strenuus: audax & animosus: vt velis primus exire, in terram Troianam. ¶Millesima: idest vltima: quia inter millesimillesimus dr̃ vltimus, qui facit nomẽ numero millenario. ¶Verset, moueat. ¶Iam fatigatas: idest iam impulsas & commotas remis aliarum. ¶Nouissimus: extremus. s. ¶Præmoneo: præmoneo etiam te non solum vt tua nauis sit vltima, quæ appellat ad littus Troianum: sed etiam tu sis vltimus qui de ipsa naui descendas. ¶Terra quo properes. i. quo properare debeas: & ita legendum est properes. & ordo est Terra nõ est tibi paterna quo properes: idest quo debeas ita celeriter ire: quia ad terram paternam omnes libenter properant. ¶Cum venies: dicit ei esse properandum, cum redibit. ¶Cum venies: cum redibis in patriam. ¶Vtere remis & velis: ad nauigandum. ¶Siste: fige: pone. ¶Gradum: gressum idest cito descende in tuum littus quando redibis. ¶Siue: dicit se diu, noctuq; assiduis curis angi propter absentiam mariti, & eius periculo: sed magis tamen nocte. ¶Latet nocte: eadem sententia vsa est supra Hermione ad Orestem: Cum tamen altus equis Titan radiantibus instat, Perfruor infelix liberiore malo &c. ¶Nox gratæ: dicit quare maior dolor sit ei nocte q̃ die: quia nox aptissima est voluptatibus puellarum, sub quarum collo mariti brachia tenere solent: & eas crebro amplecti & osculari. ¶Aucupor: dicit se multa somniare de mariro: quæ licet sint falsa, tamen afferunt voluptatem. ¶Aucupor: capio. ¶Mendaces: falsos. ¶Cælibe lecto, idest sine marito. nam cælebs dicitur (teste Prisciano) quasi cælestem vitam agens. **Cælebs quis sit** Cælebs autem dicitur. qui vel quæ coniugio non copulatur. Hora. in Epistola: Nil ait esse prius melius nil cælibe vita. ¶Iuuant: delectant. ¶Dum careo veris: idest dum non habeo vera gaudia cum marito meo. ¶Sed tua: dicit sibi apparere tristia omina: scilicet imaginem ipsius Protesilai mortui. ¶Pallens: mortua. Virgilius: Ora modis attolens pallida miris. ¶Occurrit: apparet. ¶Cur venit a verbis: idest cur videor audire te multa conqueri. ¶Excutior, violenter excitor. ¶Adoro: idest oro. ¶Simulachra noctis: idest ipsos somnos qui nocte habentur.

ASCEN. ¶NVNC fateor: recitat præsagia futuræ mortis, atq; omina: quæ cum fierent, ne accepisse putetur, timuit reuocare maritum, quia reuocando ratum fecisset omen, & ille foritan nihilominus abiisset. vnde tutius putauit tunc dissimulare, q̃ nunc territa in somnis, vt caueat monet. Forib⁹ exire paternis: sic Virgil. Quamuis multa meis exiret victima septis. Exeo enim ablatiuo iungitur: quia componitur ab ex. & accusatiuo secundum Alex. quia compositus etiam ab extra. Vt vidi: idest statim postq̃ vidi. Signa reuersuri: magni animi est mali ominis signa in melius conuertere atq; interpretari. Sors quoque: ergo & ipsa sortilegos consuluerat territa: scilicet in somnis & malo omine. Qui primus. ordo est: eum qui primus danaum pro donaorum: hoc est græcorum seu argiorum, tanget humum troada: idest Troianam. patronymicum enim est pro patrio, seu possessiuo positum. hæc troas, huius troados, huic troadi, hanc troada. Remo & velo: idest plena opera, quæ fit ventis & velis: hoc est vltimus descendas in terram hostilem. & primus redeas in patriam. Luce: idest interdiu. orator diceret luci potius q̃ luce: Lacertus: idest brachium condormientis vnde in canticis. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. In lecto cælibe: idest sine coniuge. ¶Cælebs enim dicitur quicunq; extra coniugium viuit, siue caste, siue non. vnde & cælibatus eius qui ita viuit status. Dum careo veris gaudia falsa: idest somnia iuuant: idest delectant: quod epicureis summopere persuasum est. Sed tua cur nobis: causam potissimam mittendæ Epistolæ recitat. Excutior somno: quod Seruius futuri mali prognosticon putat. nam cum somnus, inquit, sit donum deorum (sicut dicitur. ii. Aeneid. Tempus erat. cum prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono diuum gratissima serpit) non excutitur vehementer sine futuro malo.

¶Thessalis

Nulla caret fumo thessalis ara meo.
Thura damus, lachrymasq; super, q̄ ipsa relucēt,
Vt solet affuso surgere flamma mero.
Quando ego te reducē cupidis amplexa lacertis
Languida lætitia soluar ab ipsa mea?
Quando erit vt lecto mecū bene iūctus in vno
Militiæ referas splendida facta tuæ?
Quæ mihi dum referas, q̄uis audire iuuabit,
Multa tamen rapies oscula, multa dabis:
Semper in his apte narrantis verba resistunt,
Promptior est dulci lingua referre mora.
Sed cum Troia subit, subeunt ventiq; fretumq;
Spes bona sollicito victa timore cadit.
Hoc quoq; quod venti p̄hibent exire carinas,
Me mouet: inuitis ire paratis aquis.
Quis velit in patriam vento p̄hibente reuerti?
A patria pelago vela vetante datis.
Ipse suam non p̄bet iter Neptunus ad vrbem.
Quo ruitis? vestras quisq; redire domos.
Quo ruitis danai? ventos audire vetantes:
Non subiti casus numinis ista mora est.
Quid petitur tanto nisi turpis adultera bello?
Dum licet, inachiæ vertite vela rates.
Sed q̄d ego reuoco hęc? omen reuocātis abesto:
Blandaq; compositas aura secundet aquas
Troadas inuideo, quæ si lachrymosa suorum
Funera conspicient, nec procul hostia erit.
Ipsa suis manibus forti noua nupta marito

¶THES salis ara: sacrifico in omnibus templis eius Thessaliæ regionis quam tenemus. ¶Meo fumo: ad odores qui in sacris vtebantur fumum referas. ¶Quæ sparsa: thura lachrymis spargunt. ¶Relucent: emicant cum crepitu: quod accidit si vinum flammis affundatur. ¶Affuso mero: vinum in sacris adhibebatur cum lacte si manes & nocturnas vmbras essent placaturi, adhibebant & hostiarum sanguinem. ¶Quando ego: pathos ab acclamatiōe. ¶Soluar: languescar nimio gaudio: quod (vt diximus) & in nimio timore contingit. ¶Tuæ militiæ: quam ad Troiam gessisti. ¶In his: inter oscula. ¶Dulci mora: inter capedine iucunda fouetur. ¶Troia: pericula Troiani belli. ¶Exire: ex aulide oram soluere. ¶Inuitis aquis: aduersantibus aquarum numinibus. ¶Quis velit in patriam: dissuadet nauigationem a deorum voluntate. in patriam, inquit, per tempestatem nauigationem differimus: multo mirus in hostiles oras, maxime Neptuno aduersante, nauigandum est. ¶Suam vrbem: Troiam dicit quam Neptunum fabricasse tradunt. ¶Numinis: Neptuni. ¶Turpis adultera: a causa nauigationem dissuadet, quam extenuat. ¶Inachiæ: inachus argiuorum vetustissimus rex: vnde græcos inachios appellamus. ¶Reuoco: correptione vtitur: quoniam reuocatio omen aduersum facere consueuit. ¶Reuocantis omen: quicquid mali ominis est. ¶Abesto: sit irritum. ¶Troadas inuideo: Fabius notat veteres dixisse te inuideo: licet iuniores tibi inuideo dixerint. ¶Funera: mortes.

ANTO. Antiquorum mos in sacris faciendis Inachus qui fuerit Inuideo cū quibus casibus iūgatur

¶MEO Fumo: idest meo sacrificio: quia vbiq; sacrifico. ¶Super scilicet thura. ¶Quæ: scilicet thura ¶Sparsa: madefacta, & aspersa lachrymis. ¶Relucent: incenduntur. ¶Vt solet: comparatio est. ¶Surgere: crescere Flamma enim vino subterfuso maior fieri solet. ¶Quando ego: ostendit quanto affectu eius reditum expectet ¶Languida: deficiens. ¶Soluar: cadam ¶A mea lætitia: vt enim nimio dolore ita & nimia lætitia homines deficere solent: immo & plerunq; mori. refert Valerius maximus libro nono exemplum in duabus mulieribus: quæ nimia lætitia ex insperata salute filiorū, quos periisse audierant, expirauerunt. ¶Referas: narres: vt solent mariti a bellis reuersi. ¶Iuuabit: delectabit, & placebit. ¶Rapies: a me. ¶Resistunt: remorantur, retardantur. ¶Apte: conuenienter, grate. ¶In his: scilicet osculis. ¶Promptior: paratior. ¶Dulci: grata. ¶Mora: spatio, quia recreata aliquantulum hoc spatio osculandi promptior postea efficitur ad narrandum. ¶Sed cum Troia: ostendit superius se delectari falsis somnis de marito suo: quem interdum somniat esse secum: postea vero ostendit quanto affectu eū reuerti optet & speret: nunc dicit quod quando recordatur belli Troiani: & nauigationis eius amittit omnem spem. ¶Subit: venit in mentem. ¶Fretum: per quod nauigas: quod habet tot & tanta pericula. ¶Cadit: deficit. ¶Hoc quoq;: quia supra dixit se audisse eos remorari in aulide: dicit nunc quod veretur, ne illud sit malum omen: ne dei per hoc significet quod nolint vos nauigare. ¶Exire. discedere ex Aulide. ¶Mouet: terret, & turbat me. ¶Inuitis: contrariis, & vos prohibentibus. ¶Quis velit: quasi dicat nullus. & est argumentum a maiori ad minus. Si enim nemo contrariis ventis vellet redire in patriam suam, cuius quisq; cupidissimus est: quanto minus deberet ventis contrariis, & mari prohibente a patria sua discedere. ¶Ipse suam: ostendit nunc quod contra voluntatem numinum nauigent. dicit enim Neptunum deum maris impedire eorum nauigationem ne eant ad destruendam Troiam: quam ipse cōdidit. vnde supra: Perdere quos possis melius neptunia præbent Pergama: idest a Neptuno condita. ¶Quo ruitis: quo vaditis ita præcipites & inconsiderati. ¶Domos: scilicet vestras. ¶Audite: sentire: & eis ne resistite. ¶Ista mora: quam nunc facitis in aulide: cum non potestis inde discedere. ¶Non est subiti casus: idest non est fortuita: & ex aliquo subito casu: vos fortasse putatis. ¶Est numinis: deest sed: idest sed est diuinę voluntatis. ¶Quid petitur: arguit a causa dicit enī causam esse turpem & inhonestam. cui nullum debeant præstare fauorem: quia tanto bello repetitur tantummodo adultera. ¶Rates inachiæ: idest græcæ: vel Argolicæ: nam Inachus pater Ioos regnauit argis: vnde argiui nonnunq̄ Inachii dicuntur. ¶Vertite vela: idest reuertimini in patriam. ¶Dum licet: vobis. ¶Sed quid ago reuocans: sic legendum est: non autem ego: cuius vltima syllaba semper breuis est. ¶Omen reuocantis abesto: idest vtinam nullum sit malum omen ex reuocatione mea. ¶Compositas: quietas. ¶Blanda: mitis, suauis. ¶Troadas: dicit fœliciores esse mulieres Troianorum: contra quos geritur bellum: q̄ vxores grecorum: qui gerunt ipsum bellum: ¶Troadas inuideo: pro inuideo troadibus: idest fortunæ Troianarum. notanda hæc locutio: vbi inuideo cum solo accusatiuo sine datiuo iungitur: quod nusq̄ alibi me legere meminì: nā cū accusatiuo & datiuo sæpe ponitur. vt Tene, inquit, miserāde puer, cum læta veniret Inuidit fortuna mihi & Liber pampineas inuidit collibus vmbras. ¶Funera: cędes. ¶Suorum: maritorum, vel parētum, & fratrum. ¶Noua nupta paulo ante maritata. ¶Suis: propriis.

HVBER. Hominus pro nimia lætitia vel dolore va nī affectu Argumentū a minori ad maius quo figuretur Inachus vbi regnauerit & vnde Inachii dicti Inuideo & quo supra

¶CARA Thessalis: idest Thessalica: itē patronymicum pro patrio. seu possessiuo. vt solet affuso mero: idest postq̄ affusum est merum. ¶Quando ego te. reducem: idest reductum aut reuertentem: Soluar ab ipsa: ordo: est. Ipse. idest ego soluar languida ab lætitia mea, qa Aulus Gellius docet enectas eē mulieres non minus gaudio vehementi q̄ dolore. Militiæ referas: at qui dixerat: Bella gerant alii, Protesilaus amet: quo ergo nunc dicit. Militiæ referas: splendida facta tuę. Sed non est vitiosum poetæ, si eam inconstantiā dat mulieri. amant enim laudem, licet cum periculo mereri nolint. Sed cum Troia subit: idest profectio Troiana, quam paratis inuitis ventis & aquis, cum tamen repugnantibus illis nemo in patriam redire paret. Quis velit &c. quasi dicat nemo. Et tamen vos datis a patria pelago vela vetante. Quisq; redire: locutio congrua in te. nam quisque vim collectiuam. habet. Quid petitur: dehortatur a bello ob dignitatem causæ. ¶Troadas inuideo: idest inuidia prosequor. nam nos diceremus troadibus inuideo. Sensus est: ego inuideo id troadibus: idest Troianis mulieribus. est enim patronymicum a patria: q̄ si funera: idest mortem suorum conspicere cogentur, præsentes tamē aderunt & maritos armabunt.

ASCEN.

Impone galeam, barbaraq; arma dabit.
Arma dabit, dūq; arma dabit, simul oscula sumet,
Hoc genus officii dulce duobus erit.
Producetq; virum, dabit & mandata reuerti,
Et dicet referas arma face ista Ioui.
Ille ferens dominæ mandata recentia secum
Pugnabit caute, respicietq; domum.
Exuet, & reduci galeam, clypeumq; resoluet,
Excipietq; suo corpora lassa sinu.
Nos sumus incertæ, nos anxius omnia cogit,
Quæ possunt fieri, facta putare timor.
Dum tamen arma geris diuerso miles in orbe,
Quæ referat vultus, est mihi cera tuos.
Illi blanditias, illi tibi debita verba
Dicimus, amplexus accipit illa meos.
Crede mihi plus est, q̄ quod videatur imago.
Adde sonum ceræ, Protesilaus erit.
Hanc specto, teneoq; sinu pro coniuge vero,
Et tanq̄ possit verba referre, queror.
Per reditus, corpusq; tuum, mea numina, iuro,
Perq; pares animi, coniugiiq; faces:
Perq; quod vt videam canis albere capillis,
Quod tecum possis ipse referre, caput.
Me tibi venturam comitem quocunq; vocaris
Siue quod (heu timeo) siue superstes eris.
Vltima mandato claudatur Epistola paruo,
Si tibi cura mei, sit tibi cura tui.

ANTO. ¶ IMPONET galeam: ad Andromachen referendum censeo: quæ apud Home. Hectori arma ministrat. ¶ Arma dabit color est quem Cicero traductionem appellat: repetitur enim idem verbum. ¶ Producet: longa mora detinebit. ¶ Reuerti hoc mandabit vt confestim redeat. ¶ Hasta: ferrum voluit intelligere quo spolia referebantur diis. ¶ Respiciet: habe- bit suæ domus, & suorum rationem interpugnādum. ¶ Excipiet: souebit: vt Paridi contigit, qui post pugnam quam cum Menelao gessisse diximus, a Venere reductus in sinu Helenæ se resouit. ¶ Quæ possunt fieri: quæ aduersa possunt contin gere. ¶ Diuerso orbe: Asiam significat, quæ ab Europa diuersa est: vbi bellum gerebatur a græci, quis Europei sunt. ¶ Ce ra: ceræ imago: Romanorum cōsuetudinem exprimit: apud quos in atriis cerei vultus singulis dispositis armariis seruabantur: vt es sent imagines quæ comitarentur gentilitia funera. ¶ Illi: ceræ ima gini. ¶ Dicimus blanditias: vt tibi præsenti blandiremur. ¶ Plus est: habet plus momenti ¶ Quam quod videatur: quoniam non ima- go, sed Protesilaus videtur. ¶ Queror: apud imaginem hanc perin de atq; sentiret querimonias habeo. ¶ Per reditus: iureiurādo clau dit Epistolam: aperitq; tantisper sibi vitam placere: donec viuat Protesilaus. ¶ Faces animi & coniugii: Hymenæi & cupidinis nu- mina intelligit. vterq; faces habet. ¶ Ipse: non alius virorum fortiū cadauera si bello occubuerint in patriā referebantur. ¶ Quocunq;: ad quæcunq; pericula, aut fœlicitatem. ¶ Siue quod heu timeo: tacuit quod dictura erat, necaberis vt interpollata locutiōe omen auerteret. ¶ Cura mei: quoniam vita vtriusq; & mors in te est:

Græci europei qui sint Romanorū ritus de imaginib' seruandis Hymenæi & cupidinis īsignia Antiquorum ritus de cadauer ibus i patriam deferendis

HVBER ¶ BARbara: Troiana. ¶ Sumet: a marito. ¶ Simul: dando arma. ¶ Officii: scilicet osculandi. ¶ Dulce: gratum: ¶ Duobus: marito & vxori. ¶ Producet: procul ducet: & comitabitur. ¶ Mandata reuer- ti: idest mandata: vt reuertatur. ¶ Referas: reportes: Ioui: solebant enim reuertentes ex bello arma suo diis suspendere: vnde Virgili' Armaq; fixit Troia. ¶ Ille: maritus. ¶ Ferens: habens. ¶ Recentia: no ua, & adhuc memoriæ hærētia. ¶ Caute: sapienter. ¶ Respiciet do- mum: idest habebit animum ad domesticos suos: & præsertim ad vxorem. ¶ Exuet: scilicet ipsa vxor spoliabit, & extrahet. ¶ Redu ci: reuerso incolumi. ¶ Resoluet: remouebit. ¶ Corpora fessa: scilicet mariti. ¶ Sinu: amplexu & gremio. ¶ Nos: hanc conditionem supra dictam habebunt Troianæ. ¶ Nos: scilicet græcæ. ¶ Sumus: incer- tæ: scilicet quid agatis: quia procul absumus. ¶ Nos anxius: sensus est: ex timore puto omnia accidere tibi: quæ possibile est accidere ¶ Putare facta: idest putare euenisse tibi. ¶ Quę possunt fieri: idest quæ sunt possibilia. ¶ Dum tamen: ostendit magnum argumentum amoris sui erga Protesilaum. dicit enim quod in eius absentia ha- bet imaginem ceream ad eius similitudinem: quam secum tenet, & amplectitur pro marito. ¶ Diuerso orbe: idest in diuersa & remota parte orbis. ¶ Cera: imago cerea. ¶ Referat: idest representet. ¶ Ver- ba debita tibi: idest quæ tibi deberem dicere si adesses: scilicet o dulcis coniux: & similia verba. ¶ Accepit amplexus meos idest eam amplector, tanquā si tu ipse esses. ¶ Imago: illa cerea. ¶ Est plus: scilicet mihi.i. plus voluptatis mihi affert. ¶ Quā quod videatur: scilicet posse esse imago. ¶ Adde sonum ceræ: idest si habeat vocem. ¶ Erit Protesilaus: idest videberis tu esse ille. ¶ Specto: cum delectatione intueor. ¶ Pro coniuge vero: idest loco veri coniugis. ¶ Et queror: apud eam. ¶ Tan- quam possit referre: idest tanquam sit viua: vt possit mihi respondere. ¶ Per reditus: iurat nunc se secuturam Protesilaum siue viuum siue mortuum hoc est si vixerit se victuram cum eo: si vero mortuus fuerit se etiam morituram. ¶ Reditus reuer- siones. ¶ Mea numina: quod ego colo tanquam numen. ¶ Pares faces animi: idest per parem amorem. ¶ Faces coniugii: idest tedas: quæ in coniugio nostro arserunt. ¶ Et per caput quod vt: idest vtinam. ¶ Albere canis capillis: idest quod vtinam videam senescere. ¶ Referre: reportare. ¶ Me venturam: scilicet iuro. ¶ Quocunq;: in quācunq; conditionem me vocaris ¶ Siue: voluit dicere morieris, sed suppressit: & maluit intelligere, q̄ exprimere. ¶ Quod: quam tem: scilicet ne moriaris. ¶ Heu: timeo. Vltima Epistola: idest vltima pars Epistolæ. ¶ Sit tibi: ecce mandatum vt seruet se: & propter seipsum & p- pter vxorem verum cum Protesilaus primus egressus de naui in bello Troiano periisset, Laodomia eius morte audita ex mariti desiderio in amplexu imaginis ceræ, quā supra apud se habuisse diximus, dicitur expirauisse. Seruius in sep- mo Aeneidos: dicit quod cum maritum in bello Troiano periisse cognouisset: optauit vt eius vmbram videret: quæ cō- cessa: non deserens eam, in eius amplexibus periit.

Protesilai & Laodomię exitus

ASCEN. ¶ ARMA fac ista: sic & prius. quia tamen fac producitur: credo tamen vtrobiq; face legendum est. quo modo obii- ciebatur, sicut nunc perfice. Quæ referat vultus &c. magni amoris indicium est amati colere effigiem. Adde sonum: idest loquelam. ceræ: idest imagini cereę Protesilaus erit pro coniuge vero: idest loco coniugis veri. Canis capillis: ... cere canis. nam cani numero plurali pro capillis canescentibus accipi solent. Siue quod (heu timeo) idest mortuus subaudi ab inferiori eris. vltima Epistola: idest aut vltima pars Epistolæ, aut vltimam quam mittere constituerit, sed prior mihi placet interpretatio hæc enim videtur primæ Epistolæ formam habere.

In decimam

In decimam quartam Epistolam argumentum.

ANTO. Dana⁹ vbi regnauerit & quot filias habuerit Lynus & Lynceus idem est Danai mors

DAnaus Beli filius: superiorem Ægypti regionem tenuit: filias habuit quinquaginta: quas Ægyptus eius frater imperio inhians, filiis totidem matrimonio iungi flagitabat: abnuebat Danaus. qm̄ sibi ex genero exitium imminere ex oraculo tulerat: parata igitur classe in Peloponnessum nauigauit: primus enim in Græciam naues detulisse traditur: pulsoq; Gelanore, quē ciues odisse (scribit Eusebius) argiuorum potitus est imperio. interea Aegyptus de fratris potentia exploraturus mittit filios hac lege: vt non nisi interempto Danao ad se redirent: aut filiarum connubia inissent. Danaus obsidione coactus sponsionē de coniugio dat: celebrātur nuptiæ: puellæ accepto a patre gladio, vt iussum erat: prima nocte viros omnes peremerūt. Dederat enim poculum vt altissimo somno tenerentur. Hypermnestra Lyno, quem Eusebius Lynceum appellat pepercit solum, suasitq; vt ad Aegyptum patrem quam primum detecto facinore fugeret. a patre in vincula adacta rogat Lynum quē seruauerat, vel vt opē ferat, captiuitateq; liberet, vel si mori contingat. vt sepulturæ honore non careat. Danaus cum apud argiuos quinquaginta annos regnasse. a Lyno trucidatus est: qui liberata vxore Hypmnestra argiuorum imperium tenuit. Argiui sepulchrum Danao erexerunt in foro quod Palafurto nuncuparunt.



Mittit: deest Epistolam. ¶ Cætera tur. criminis exprobratione in furias agere Lynum conatur: pathos quoq; a numero excitatur. ¶ Iacet: inquit, nouem & quadraginta. ¶ Clausa do. te. commiseratio a fortuna. sum: inquit, acta in custodiam. ¶ Coercita: a stricta cathenis. ¶ Fuisse pi. patrem Danaum in odium ducit, quod erga piam impius sit. ¶ Dimittere fer. iu. te iugulare non ausa est. ¶ Laudaret: a p̄re commēdaret. ¶ Esse re. præ. malo ob pietatem a patre damnari. ¶ Quam sic i. per scelus. ¶ Immunes cæ. facti constantiam in se commendat: non me inquit pœniret me cæde tua non polluisse.

HYPERMNESRA LYNCEO



Mittit Hypermnestra de tot modo fratribus vni:
Cætera nuptarum crimine turba iacet.
Clausa domo teneor, grauibusq; coercita vinclis:
Est mihi supplicii causa fuisse piā.
Quod manus extimuit iugulo dimittere ferrum,
Sum rea, laudaret, si scelus ausa forem.
Esse ream præstat, quam sic placuisse parenti,
Non piget immunes cædis habere manus.

HVPER: Argumentū epistolę Sthelenus qui fuerit

Mittit Hypmnestra. Danaus & Ægyptus Beli prisci filii fuerunt: quorum Danaus ex plurib⁹ vxoribus quinquaginta suscepit filias. Aegyptus vero frater totidem virilis sexus liberos: Sed cum Aegyptus instaret: vt filiæ fratris filiis suis nuberentur: & Danaus ex oraculo accepisset se manibus generi moriturum: recusabat hoc coniugium, quare orto inter eos bello i Danaus ex patria fugiens cum filiabus in græciam venit: vbi Sthelemo argiuorum rege expulso, argis regnauit: qui (vt alibi dixi ex auctoritate Stra.) adeo præcedentes loci illius reges exc. lluisse fertur: qui antea pelasgi nominabantur: imposita per Græciam lege Danai vocitarentur: sed Aegyptus ægre ferens se, filiosq; suos a Danao spretos: filios cum exercitu misit a 1 oppugnandum fratrem Danaum: qui tandem coactus filias suas fratris filiis despondit: Sed in ipso nuptiarum die gladios virginibus dedit, quibus imparauit, vt prima nocte viros interficerent: eis nisi ita facerent, cædem interminatus: omnes igitur præceptis paternis paruerunt: sola Hypermnestra excepta: apud quam plus valuit consanguinitatis & coniugi pietas & amor q̄ iræ paternæ metus. hæc enim Lynceo, marito suo pepercit eumq; somno excitatum monuit: & impulit, vt discederet: & fuga suæ saluti consuleret: quod ille fecit. cum vero pater Danaus cognouisset ab omnibus perfectum facinus præter q̄ a sola Hypermnestra: eam crudelissime vinctam in carcere seruandam tradidit: quare hanc Epi. ad Lynceum patruelem suū. & eundem maritum scri. qua & præceptum patris: & facinus: sororum: & pietatem suā narrat: & q̄tum bñ merita sit de ipso Lynceo: oratq; eum vt liberet ipsam his pœnis: quibus iniuste tenetur: captatq; commiserationem ex fortuna, & ex crudelitate patris: postremo rogat Lynceum: vt aut eam liberet, aut interficiat, & mortuam sepeliat: & sepulchro inscribat: quemadmodum ipsa mortua est: vt Lynceum a morte liberaret. ¶ De tot. de quinquaginta. ¶ Modo: idest pauloante. ¶ Vni: soli. ¶ Cętera tur. fratrum tuorum. ¶ Iacet: periit. ¶ Clausa: narrat infortunium suum. ¶ Coercita ligata: cōstricta. ¶ Causa sup. causa pœne meæ. ¶ Est su. pi. est pp pietatem pepercisse tibi. ¶ Quod ma. ecce pietas. ¶ Sum rea: accusor. ¶ Quod: quia. ¶ Dimittere fe. iu. i. te iugulare. ¶ Laudaret: a p̄re meo. ¶ Scelus: te interficiendi. ¶ Præstat: meli⁹ est. ¶ Sic interficiendo te. ¶ Non pi. quia fuit voluntarium factum. ¶ Immunes: vacuas. ¶ Cædis: occisionis tuæ.

ASCEN. Mittit Hypmnestra &c. Nihil est tota Ep̄la facilius: ne nihil tñ dicam: ordinem subinde contraxero, qui talis est Hypmnestra filia Danai, & vxor Lyni, seu Lyncei patruelis eius. Patrueles aūt sunt p̄rui. i. fratris p̄rui liberi. mittit sup. salutem aut Ep̄lam. vni modo. i. Lyno, aut Lynceo, & q mō vnus est. de tot videlicet q̄nquaginta fratribus. Cætera turba. i. multitudo fratrū iacet. s. prostrata. crimine. i. homicidio. nuptarū. s. sororum Hypermnestræ. Ego teneor clausa domo. & coercita. i. constricta ne exeam grauib⁹ vinclis pro vinculis. Fuisse piam. i. q̄ fuerim pia. Nam verbum est dum supponitur verbo secum accusatiuum trahit. est mihi causa supplicii: hoc est q̄a te nō occiderim vt sorores sponsos suos fratres tuos afficior huiusmodi supplicio. Ego sum rea. idest criminor & accusor a patre, q̄ idest q̄a. manus. s. mea extimuit immittere iugulo: idest iugulum tuū: qui est in gutture sanguinis meatus. ferrum. i. gladium, aut mucronem. & ego laudaret. s. a patre: si forē. i. essem ausa scelus. s. homicidii. Præstat. i. melius & p̄stantius est. esse ream: idest q̄ sum rea. sic. pp pietatem & sine cęde mariti. q̄ placuisse: idest q̄ q̄ placuerim. sic. i. per scelus. Parenti: idest patri. Nō piget: idest non triste est mihi nec pœnitet me habere manus immunes. i. non participes, & operatrice, cædis. i. occisionis.

ANTO. ¶ IGne:nuptiales faces:intelligit. ¶ Quem non vio. tua cæde non polluimus. ¶ Sacris: quæ in nuptiis facta sunt: sacrificabant enim in nuptiis, facesq; coniungales his sacris adhibebantur. ¶ Tendat in ora:in faciem immittat. ¶ Non be. sed crudeliter & inhoneste. ¶ Pœnitet:si coga: mori nunq̃ me facti pœnitere dicam. ¶ Sæuas:quæ dormientes viros iugularunt. ¶ Hic solet euentus:solet conscientia de culpa auctorem vexare, ideo Iuue. extulit exemplo: Quodcunq; malo committitur: Ipsi displicet auctori: prima est hæc vltio quod se Iudice nemo nocens absoluitur. ¶ Cor pauet admonitu sceleris narrationem aggressura facti immanitate difficile esse monstrat: vt grauius esse videatur. ¶ Admonitu. recordatione. ¶ Ossa dextræ: quo fit vt scribere non possim. ¶ Quam tu cæde putes: noli, inquit, credere me potuisse te trucidare:nam timeo ad te scribere, licet nullam cædem patrarim. ¶ Sed tamen experiar:si quo modo possim scribere. ¶ Facta cre. creperum dubium dicimus: inde crepusculum dicimus tempus noctis, lucisq; medium. ¶ Inachides: argiuos inachides appellamus ab Inacho quem vetustissimum argiuorum regem diximus. ¶ Magni sub te. pe. argiuorum arcem intelligit. quã coluisse danaum auctor est Str. Pelaigus (vt Dio. scri.) Ionis & Niobes filius primũ Argos tenuit. ¶ Socer: Aegyptus. fictum est: nam non erat Aegyptus cum patratum est scelus. ¶ Armatas: occultum ferebant gladium a patre datum. ¶ Lampades. quæ in ædibus accedebantur licet prius tãtum in templis lychni & lampades penderent. ¶ Inuitos. tam nefanda sacra respuere videbantur.

Creperũ a quo crepusculum gd & vnde dicatur.

Me pater igne licet, quem non violauimus, vrat:
Quæq; aderant sacris, tendat in ora faces.
Aut illo iuguler, quem non bene tradidit, ense:
Vt qua non cecidit vir nece, nupta cadam.
Non tamen vt dicant morientia pœnitet ora,
Efficiet. non est, quam piget esse piam.
Pœniteat sceleris danaum, sæuasq; sorores:
Hic solet euentus facta nefanda sequi.
Cor pauet admonitu temeratæ sanguine noctis:
Et subitus dextræ præpedit ossa tremor.
Quam tu cæde putes fungi potuisse maritũ
Scribere de facta non sibi cæde timet.
Sed tamen experiar, modo facta crepuscula terris,
Vltima pars lucis, primaq; noctis erat,
Ducimur inachides sub magni tecta pelasgi,
Et socer armatas accipit ipse nurus.
Vndiq; collucent præcinctæ lampades auro,
Dantur in inuitos impia thura focos.
Vulgus hymen, hymenæe vocant, fugit ille vocantes

NVBER. ¶ ME pater: dicit q̃ quamuis pater ei paret omnia genera crudelissimæ mortis: quæ commemorat: non tamen poterit efficere: vt eã pœniteat pepercisse ipsi Lynceo: & viam fuisse ea pietate. ¶ Licet: quamuis. ¶ Quem non vio. quem non læsimus vlla iniuria. ¶ Quæq;: duæ sunt dictiones: & subauditur licet. ¶ Tendat: idest immittat. ¶ In ora: in faciẽ meam. ¶ Faces quæ ade. i. quæ erant incensæ. ¶ Sacris: nuptialibus. ¶ Aut: subaudi: licet. Non be. tra. non iuste neq; honeste mihi tradidit ad interficiendum maritum meum. ¶ Nece: qua vir non cecidit. idest licet moriar ea nece & morte, quam maritus meus euasit. ¶ Non tamen efficiet: pendet sensus vsq; ad hunc locum. ¶ Ora morientia: idest ora mei morientis. ¶ Pœnitet: scilicet facti. ¶ Non est: scilicet Hypermnestra ¶ Danaum: patrem meum. ¶ Sceleris: crudelitatis, quam mandauit. ¶ Sorores: quæ perfecerunt crudelia mandata patris. ¶ Hic euentus: scilicet pœnitendi. ¶ Facta nefanda: idest crudelia, nam nefandorum, non piorum operum pœnitere solet. ¶ Cor pauet: amplificat beneficium suum. & describit totum negocium. ¶ Admonitu: idest recordatione. ¶ Temeratæ pollutæ. fœdatæ. ¶ Præpedit: impedit. ¶ Ossa dextræ: idest digitos. ¶ Quam tu: argumentum est magnum suæ pietatis. ¶ Timet: scilicet dextra mea. ¶ De cæ. de occisione non facta. ¶ Sibi: pro a se: idest quam non fecit. ¶ Quæ scilicet dextram. ¶ Putes: pro putet aliquis. ¶ Potuisse fungi cæde mariti: idest potuisse interficere maritum. ¶ Sed tamen licet timeat. ¶ Experiar: tentabo: & conabor scribere. ¶ Modo facta: incipit narrare totius facti processum: sumpto initio vnde oportuit. ¶ Modo: vel nuper & paulo ante: vel tantum modo. ¶ Crepuscula: creperum (Varro & Festo testibus) dubium significat: inde crepusculum dicitur: cum neq; lux, neq; tenebræ sunt: idest cum dies an nox sit dubium est. id autem tempus tam matutinum: q̃ vespertinum intelligimus: hic de vespertino intelligendum est. quod declarat cum dicit: vltima pars lucis: primaq; noctis erat. nam eo tempore nuptiæ fiebant. ¶ Inachides: proneptes inachi nam: Inachus genuit Io. ex eo & Ioue natus est Epaphus. ex Epapho Belus priscus. ex Belo (vt diximus) Aegyptus & Danaus: cuius hæ sunt filiæ. ergo inachides. ¶ Pelasgi: is fuit rex a quo populi. quibus imperauit, pelasgi dicti sunt: qui postea (vt supra diximus) danai sunt nominati. ¶ Socer: Aegyptus. ¶ Armatas: gladiis instructas: quos Danaus nobis dederat. ¶ Præcinctæ auro: idest auro ornatæ: sicut in regalibus nuptiis mos erat. ¶ Impia: quæ ab impiis offerebantur. ¶ Inuitos: non libenter accipientes ipsa thura & sacrificia, quæ ab impiis offerebantur. ¶ Vulgus hymen: hæc vox celebratur in nuptiis & epithalamiis inuocabatur enim Hymenæus deus nuptiarum: vt etiam Catullus ostendit: Hymenæe legendum esse in vocatiuo: supra alibi diximus. nam Hymenæa in accusatiuo dicere non possumus. sed Hymeneon. ¶ Fugit: quia: ad infaustas nuptias non solet venire. vnde supra Hypsiphyle: At mihi nec Iuno: nec Hymen: sed tristis erinnys Pertulit infaustas sanguinolenta faces.

Quæq; quot dictiones sint

Crepusculum

Inachi pspia

Pelasgi vñ dicti

Antiquorũ ritꝰ nuptialis

ASCEN. ¶ Licet. i. tametsi pater vrat me igne. s. regali. quem nõ violauimus. s. in nuptialibus tedis ac facibus, quæ quidem & quæ hoc est: & licet tendat in ora. i. in faciem (nã id fieri solet iis. q exuruntur, vt suffocentur) faces. i. nuptiales. quæ aderant sacris. s. nuptialibus & Hymeneis. aut licet pater iuguler me illo ense quem tradidit. nõ bene. i. indecenter & iniuste cõtra ius dẽ, & æquitatẽ. vt videlicet ego nupta cadam supple ea nece, qua vir. nõ. cecidit. tñ pater nõ efficiet: vt ora sup. mea morientia. i. et in morte dicãt pœnitet sup. non perpetrasse facinus. nam sup. Hypermnestra nõ est sup. ea quã piget esse piam pœniteat. i. iustum est vt pœniteat. aut imperãdi est. Danaum. s. patrẽ meum: sed aptius dicit Danaum. quasi celestẽ hoiem, qui tñ scelus pcipere ausus est. nam in patris compellatione nescio quid sacrilegii est si execratio commisceatur q̃ cunq; scelestus sit. pœniteat ergo Danaũ sceleris. & sorores sæuas. i. immites. hic euentus. i. pñentia. solet seq facta nefanda. q. d. nõ pia. qa neminem pprie pœnitet. qui male nil cõmisit. Cor pauet admonitu: facta digressione recitat facinoris atrocitatem: vt & in se cõmiseratiõẽ. & in pñem odium conciret. Admonitu. i. admonitione ac cõmemoratione noctis temeratæ. i. pollutæ & cõtaminatæ. sanguine. i. effusione sanguinis. Quia eni noctæ intẽpesta ne bonũ qdẽ opus faciendũ est: grauius ponuntur q scelus ppetrant. & subitus tremor ppedit. s. a scribẽdo dextræ. Ea sup. quam tu putes. i. putare possis. potuisse fungi cęde. i. occidendi nogociũ explere non timet scribere. cęde facta sibi. i. a se. sed maius mea timet scribere de cæde: ergo nõ potuisset fungi cæde. Aut interrogatione: quã putes potuisse fungi cæde mariti. q. d. non manũ meã: q timet scribere de cæde nõ facta sibi. i. a se. Sed tñ experiar. i. scribere conabor de cæde quã facere non potui. Vltima pars lucis &c. sic legendũ est. nã qui legerit Vltima pars noctis, primaq; lucis erãt, totã inuerterit sniam. Crepusculum enim est tẽpus dubium cum tenebræ lucẽ vincere incipiunt. & diluculũ e conuerso cum lux discernitur a tenebris fugatis. ducũtur solent nuptæ sub noctẽ, quæ tũc imminebat, Vnde dr, Dũ nox finit effuge dixi, dũ nox atra finis, Nos Inachides. i. puellæ argiuæ

ke argiuæ ab Inacho argiuorũ rege originẽ ducentes, aut denominatæ. ducimur sub tecta. i. regiã magni pelasgi. i. quã re/giã aut quę tecta pelasgus Argis extruxerat. ⁋ Et ipse socer: hoc est legatus Aegypti, & eius locũ tenẽs. accepit nurus. s. nos filias Danai filiorũ suorũ spõsas. armatas. s. armis inuasim⁹ videlicet mucronib⁹, quos pr̃ singulis dederat. vulg⁹. i. totus po pulus, vocat. s. in signum lætitiæ & gaudii nuptialis. hymen hymenæa: hoc est vocando dicunt hymẽ o hymenęa, hymẽ o hymenæa. alii legunt vocat: vt sit congruitas in voce, alii vocant vt sit in sensu: quia collectiuum est. Ille. s. hymen deus nu ptiarum fugit vocantes: quia noluit adesse cum infœlices sciret fore nuptias, nec veras, sed simulatas.

Ipsa iouis coniux cessit ab vrbe sua.
Ecce mero dubii comitũ clamore frequẽtes,
Flore nouo madidas impediente comas.
In thalamos læti, thalamos sua busta feruntur:
Strataq; corporibus funere digna p̃munt.
Iamq; cibo, vinoq; graues, somnoq; iacebant:
Securumq; quies alta per Argos erat.
Circum me gemitus morĩetum audire videbar,
Et tamẽ audieram, quodq; verebar, erat.
Sanguis abit, mẽtẽq; calor, corpusq; reliquit,
Inq; nouo iacui frigida facta toro.
Vtq; leui zephyro graciles v brantur aristæ,
Frigida populeas vt quatit aura comas.
Aut sic, aut etiã tremui magis, ipse iacebas,
Quæq; tibi dederam vina, soporis erant.
Excussere metum violentia iussa parentis.
Erigor, & capio tela tremente manu:
(Non ego falsa loquor) ter acutũ sustulit ensem:
Ter male sublato decidit ense manus.
At rursus monitis, iussuq; coacta parentis,
Admoui iugulo tela paterna tuo.
Sed timor, & pietas crudelib⁹ obstitit ausis,
Castaq; mandatum dextra refugit opus
Purpureos laniata sinus, laniata capillos,
Exiguo dixi talia verba sono:
Sæuus hypmnestra pr̃ est tibi, iussa parentis
Effice, germanis sit comes iste suis.
Fœmina sum & virgo, natura mitis, & annis:
Non faciũt molles ad fera bella manus.
Qui age, dũq; iacet, fortes imitare sorores:
Credibile est cæsos omnibus esse viros.
Si manus hæc aliquã posset cõmittere cædem,
Morte, foret dominæ sanguinolẽta suæ.

⁋ Iouis coniux: iunonẽ signat: q̃ qm̃ coniugis p̃est iugaria appellã bat. ⁋ Ab vrbe sua: argos dicit: qd iunoni charissimũ fuisse. Virgil. tradit. inter argos & mycenas tẽplum est iunoni vtrisq; cõmune: in quo sunt simulachra Polycleti p̃stãtissima. ⁋ Dubii: nutãtes ebrieta te. ⁋ Flore no. in nuptiis serta: (vt diximus) veteres ɔsueuisse. ⁋ Madidas: vnguẽtatas. ⁋ Sua busta: sepulchra fuerũt, nõ thalami. ⁋ Audire erat: gemitus cadẽtiũ quem me audire opinabar. ⁋ Vtq; le. ze. a similitudin pathos auget ⁋ Quatit: inqt vt arbores vẽtis impul sæ. ⁋ Vinaq; q̃ dederã: infecisse pocula diximus Danaũ: vt cõpressi somno altius dormirent: vt puellæ ad patrandũ fac nus essent au dactores. ⁋ Iussa pa. q̃ erant superba me audaciorem fec rant. ⁋ Ter acu. su. ensem: pathos est a numero & mõ. ⁋ Externis: si filiæ nõ ob. tẽperassent: quo pacto cæteri eius iussa subirent. ⁋ Tela pa. q̃ non ego sumpsi: sed pr̃ dedit: ex quo videt̃ factũ excusare. ⁋ Timor & pie. ad mores pietas: timor ad sexũ referendus est. ⁋ Sinus pur. ve/stes q̃ erãt purpureę, q̃s & reges & puellæ barbaræ gerebãt: ad græ cos postea trãsit. ⁋ Exiguo so. leui murmure. ⁋ Effice: nisi morte mulctari velis. ⁋ Sit co. cũ fratribus occidat̃: vtitur. n. cõtẽtione: dispu/tat i vtrãq; partẽ qd agẽdũ sit. ⁋ Fœmina: a sexu excusatio & rpe. ⁋ Iacet: facultatẽ rei gerẽdæ mõstrat. perficiã inqt iussa patris facillime: qm̃ hic somno p̃ssus iacet. ⁋ Morte do. ipsam me peremissem.

ANTO. Arginorũ arcẽ q̃ai/struxerit Vius lãpadũ vbi primo fuerit Argos cui dicata fuerit & vbi tẽplũ iunõis & in quo polycleti simulachra fuere

⁋ IPSA Coniux iouis: quæ solet adesse coniugis. ⁋ Cessit: discessit. ⁋ Ab vrbe sua. i. ab argis: vbi p̃cipue colit̃: & eo loco maxime delectatur: q̃a (vt Stta. scri.) argis nata esse dr̃: vñ ipsa in. vi. fasto. inqt: Pœniteat Spartẽ: argosq;, measq; mycenas: Et veterẽ latio supposuisse Samũ. Samũ aũt dilexit: q̃a in ea cũ ioue nuptias celebrauit: dicit ergo eã fugisse ab argis ne interesset talibus nuptiis. ⁋ Dubii. s. sponsi. ⁋ Ferunt̃: eunt. ⁋ In thalamos busta sua. i. in thalamos qui erãt futuri busta eorũ. est aũt appositio. ⁋ Dubii: labãtes. ⁋ Mero: pp vinũ qd biberant. ⁋ Frequẽtes: densati & circũdati. ⁋ Impediẽte: ligãte. ⁋ Madidas: vnguẽto delibutas. ⁋ Premunt strata i. iacent in lectis. ⁋ Digna fu. q̃ strata magis erant digna funere i q̃ nuptiis. ⁋ Graues: grauati & opp̃ssi. ⁋ Somno: q maxime ex cibo & vino sit. ⁋ Alta quies. i. p̃fundus somnus. Iuue. Et nos consilium dedimus Syllæ priuatus vt altũ Dormiret. ⁋ Per agros securũ. i. vbi nullus erat timor. dr̃ aũt hoc argos, & hi argi. ⁋ Quod verebar. i. qd timebã. s. cędes meorũ patrueliũ. ⁋ Calor te. corpus: q̃a ex timore (vt sæpe notauimus) efficimur frigidi. ⁋ Vtq; leui: cõparatio est. ⁋ Graciles: tenues. ⁋ Aristæ: summitates segetum. ⁋ Vibrantur: mouent̃. ⁋ Comas: frondes: ⁋ Populi: arboris. ⁋ Ipse: tu. ⁋ Iacebas: dormiebas. ⁋ Erant sopor s: idest erant vina quæ facerent soporem. ⁋ Violentia crudelia. ⁋ Erigo: ex lecto. ⁋ Tela: gladium. ⁋ Male sublato: non fortiter eleuato. vel male: non iuste contra maritum. ⁋ Iussu parentis: qui mihi mortem minatus fuerat: nisi te interficerem. ⁋ Admoui: appropinquaui. ⁋ Timor: qui naturaliter insitus est mulieribus. ⁋ Pietas: mea erga te. ⁋ Crudelibus ausis: idest prohibuit ne te auderem interficere. ⁋ Dextra: mea ⁋ Mandatũ. s. a patre meo. ⁋ Sinus: vestes. ⁋ Sono: voce. ⁋ Exiguo: tenui, demisso: ne audirer. ⁋ Sæuus: dicit hæc verba secũ. ⁋ Iste: Lynceus. ⁋ Sit comes germanis: interficiatur sicut alii fratres sui. ⁋ Fœmina: ostendit nũc qd nõ possit eum interficere. & arguit a sexu cum dicit fœmina: arguit ab ætate cum dicit & virgo. ⁋ Molles: muliebres. ⁋ Quin age: more muliebri variat cõsilium: hortatur nunc seipsam ad interficiendum eum: cum antea dixerit se nõ posse. ⁋ Fortes: animosas. ⁋ Credibile est. i. credendũ est. ⁋ Si manus: etiã mutat cõsiliũ: & dicit: quod si esset possibile q̃ posset admittere cædẽ: interficeret potius seipsam q̃ Lynceũ. ⁋ Hæc manus. s. mea. ⁋ Haud: non.

HVBER. Iuno vbi nata fuerit

Argosq; de clinetur

Mulieres natura suã tim. dæ,

⁋ IPSA: scilicet pronuba, & cui vincla iugalia curæ, vt dicit Maro. coniux Iouis: scilicet Iuno. cessit ab vrbe sua: scilicet argis: vnde Aenei. pri. veterisq; memor &c. Prima quod ad Troiam pro charis gesserat argis. Ecce. q. d. ex improuiso. dubii: idest incerti quid agerent. mero: idest propter vinum per insidias propinatum. frequentes: idest celebrati clamore comitum: scilicet stipantium: & hoc nouo flore impediente: scilicet ne volitarent comas madidas: idest cæsariẽ delibutã ferunt̃. nõ dicit ducũtur: sed quasi agantur. in thalamos: thalamos dicit sua busta, idest sepulchra: quia illic occidẽdi erant, & ęterno somno sepeliendi. Bustum autẽ dicitur quasi bene vstum. & est receptaculum cinerum vstorum, quæ in vrnã cõdebant̃. vnde ab vrendo dicta sunt, sicut vstrina locus vbi fiebat cadauerũ vstio. & p̃mũt corporibus suis strata. i. lectos stratos. digna funere. i. dignos talium morte. Iamq; cibo, vinoq; graues &c. hic locus approbat quod prius diximus legendum. s. esse vltima pars lucis &c. quia non est verisimile vinolentos & somnolentos in diluculo fuisse, sed vinolentos ab Danao dimissos in hospitium: quod a coacto patruo susceperant. Per Argos securum. Argos ciuitas est in achaia. in singulari sœ. generis, in plurali masculini. declinatur enim hi argi argorum, sed tunc etiam populum argiuum significat. Est eiusdem nominis in attica, & in Thessalia, seu pelasgia. securũ dicitur quod seorsum est a cura, licet sit in periculo. accipitur ergo more poetico continens pro contento: argos pro argiuis. Et declamat per cõtentionẽ, quia alii securi, sed circum me gemitus. Sicut æneid. iiii. Cætera per terras aialia somnus habebat &c. Quodq; verebat erat. sic Sene. Quicquid verebar accidit. Et

ASCEN.

potuit facile suspicari maritos interfectos: quia & ipsa ad hoc mucronem acceperat. Graciles aristæ. i. spicæ. quia zephyro flāte necdum propriæ aristæ sunt, quæ ab ariditate dicūtur, sed spicæ graciles sunt. flat enim primo vere. vnde in Georg. Vere nouo gelidus canis cū montibus humor Liquitur, & zephyro putris se gleba resoluit. Frigida populea: id in autūno fit: sed tam ver, q̄ autūnus ventos habet plurimos. Aut sic tremui: aut etiam magis. ipse: idest tu securus rem, sed nō tutus iacebas. s. intrepidus. quæ q: idest & quæ: hoc est & vina quę dederā tibi erant sup. vina soporis i. soporifera aut cū soporis. violentia iussa: poetice. nam etiam oratione dicere potuisset violenti iussa parentis, sed gratius violentiā in iussa torquet: quasi iussa non parentē incuset. Sustulit. i. sursum tulit & erexit vt demitteram in iugulum. Sublato. i. sursum lato. Male. i. ad maleficium. Admoui iugu. i. ad iugulum. Refugit: media lōga prę teriti est temporis. Purpureos la. si. docet se pietate victā, eāq; plus potuisse, q̄ parētis sæui mandata: docetq; quō lynum, seu Lynceū ad fugā cohortata sit: & ob pietatem a patre capta. Purpureos sinus: non vestes dicam: nam noctu vestita nō erat, sed pectora rubicundula, quia dictura est: dum petis amplexus &c. Et licet sub veste pugionē in thalamos intulerāt, vero simile est tamen nudas concubuisse. Sæuus hy. ordo est: o Hypermnestra pater est tibi sæuus. sic in Buco. Est mihi nāq; domi pater, est iniusta nouerca. & est pōdus in vocabulo pater. sic Dauus in Andria: Pater est Pāphile, Imitare: imperatiuus modus cohortatiue positus.

Quid meruere necē patruelia regna tenēdo?
 Quæ tamen externis danda forent gn̄is?
Finge viros meruisse mori qd fecimus ipsæ?
 Quo mihi commisso non licet esse piam?
Quid mihi cū ferro? quid bellica tela puellæ?
 Aptior est digitis lana, colusq; meis.
Hæc ego, dūq; q̄ror lachrymæ sua verba sequūt
 Deq; meis oculis i tua membra cadunt. (tur
Dū petis amplexus, sopitaq; brachia iactas,
 Pene manus telo saucia facta tua est.
Iamq; patrē, famulosq; pr̄is, lucēq; timebam.
 Expulerāt somnos hæc mea verba tuos.
Surge age Belide de tot modo fratribus, vnus:
 Nox tibi, ni properas, ista perennis erit.
Territus exurgis, fugit omnis inertia somni,
 Aspicis in timida fortia tela manu.
Quærenti cāni, dum nox finit, effuge, dixi:
 Dum nox atra sinit, tu fugis, ipsa moror.
Mane erat, & danaus gn̄os ex cæde iacentes
 Dinumerat: summæ criminis vnus abes.
Fert male cognatæ iacturam mortis in vno:
 Et queritur factum sanguinis esse parum.
Abstrahor a patriis pedibus, raptāq; capillis,
 (Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.
Scilicet ex illo iunonia permanet ira,
 Quo bos ex hoīe est, ex boue facta dea.

ANTO. ¶ PATRuelia re. te. causam dicit, quæ impulit danaū ad perimēdos generos: nā eius regnū occupare studuerunt. ⸿ Externis: qm̄ virili prole Danaus carebat. ⸿ Finge vi. is locus est quē figmētum dici exposuimus. ⸿ Lachrymæ sequuntur sua ver. inter loquēdum assatim lachrymabam. ⸿ Dū pe. am. tendit ad narrationē: & a periculo beneficium cōmendat in tanto inquit vitæ discrimine versabaris: vt tute ipse, nō me impetente in vulnus ires. ⸿ Famulos: satellites, & apparitiores. ⸿ Belide: Lynū dicit: q Belū auū habuit. ⸿ Nox pen. mortē signat q̄ Catul. dicit noctem esse perpetuam. ⸿ Inertia: somnum lassitudo sequitur & pigritia. ⸿ Fortia te. ensem strictum in exitium tuum. ⸿ Quærenti causam: cum inuestigares cur esset fugiendum. ⸿ Mane erat: lucidior fiet narratio si momēta tēporis nō omittantur. ⸿ Generos iac. mortuos fratres. ⸿ Abes. tu ex omni numero deeras. ⸿ Iacturam in vno: doluitq; iacturam fecerit te viuo parum: qm̄ & tuam necem cupiebat. ⸿ Præmia car. habet: pietatis hoc præmium tuli, ꝙ in custodiā adacta sum. ⸿ Scilicet ex il. iu. p. ira: excusaret facinus nitit a iunonis potentia quæ argiuas puellas oderit: ex quo io inachi ioui placuit. ⸿ Permanet ira: argiuis puellis irata est. ⸿ Ex ho. ex fœmina facta est vacca: nā ne depręhenderetur Iuppiter in adulterio vaccā io inachi fecit: quā iuno dono acceptā argo aristoris filio tradidit custodiendam. ⸿ Facta dea: Isis in ægypto est nuncupata: vt scri. Hero. Nam cum mercurius argum peremisset, iuno vaccam egit in furias, quæ cum ad nilum peruenisset: iterum in hominem redut. licet Hero. aliter hanc historiam tradat. & nos in Met. exposuimus.

Io fabula Isis q̄ fuerit Inach⁹ fluuius vbi locorum sit.

HVBER ¶ PATruelia re. s. regna patrui, nam Danaus coactus fuerat non solum dare filias vxores filiis fratris (vt dictum est) sed etiam regna sua. ⸿ Forent dā. ge. exter. i. peregrinis: quia Danaus nō habet filios masculos. ⸿ Quid fe. ip. i. nos quid peccauimus: quare debeamus fieri homicidæ. ⸿ Cōmisso: peccato. ⸿ Quid m. ad seipsam loquitur. ⸿ Tela bellica. i. quæ bello conueniunt. ⸿ Quid pu. s. faciunt. ⸿ Lana co. quia hæc conueniunt mulieribus. ⸿ Hæc ego. s. mecum dixi. ⸿ In tua mē. quia incūbebam super te. ⸿ Petis amplexus: dum vis me amplecti. ⸿ Iactas: moues in somnis. ⸿ Facta sa. vulnerata. ⸿ Pene: fere: cū tādiu essem morata in hac cogitatione. ⸿ Lucem: q̄ appropinquabat. ⸿ Expulerant tuos somnos. i. excitauerant te. ⸿ Age hortantis est. ⸿ Belide: nepos Beli: vt supra mōstratum est. Perennis. i. perpetua. ⸿ Inertia: pigritia. ⸿ Fortia te. i. ensem: qui solet esse telum fortium. ⸿ Quærēti. s. tibi. ⸿ Sinit: permittit. ⸿ Ipsa: ego. ⸿ Moror: remaneo. ⸿ Vnus: idest tu solus. ⸿ Abes: dees. ⸿ Summæ cri. i. numero & cōplemento cædis: quia si tu fuisses interfectus. omnes fuissent interfecti. ⸿ Male: inique. ⸿ Iacturam: dānum. i. ægre fert te solum non fuisse interfectum: & defuisse morti aliorum. ⸿ Cognatæ: consanguineæ. ⸿ Esse parū san. fa. i. quęrit quod paucus sanguis sit fusus, ppterea qd tu solus aberas numero. ⸿ Carcer ha. me. ra. ca. i. ego rapta capillis in carcere seruor. ⸿ Hæc me. parenthesis est: & est ironia. ⸿ Hæc. i. talia. ordo est: Abstrahor a pedibus patris: & carcer habet me raptam capillis. reliqua (vt dixi) dicta sunt per parēthesin. ⸿ Scilicet: dicit hāc infœlicitatem suā in mulieribus suę domus pcedere ex ira iunonis ab eo tēpore incepta: quo io inachi filia mutata est. ⸿ Ex il tpe. ⸿ Bos io, quæ erat iuuēca. ⸿ Facta dea ex bo. quia postea in deā cōuersa est: vt gētilitas credidit: & fabulæ tradūt. & præsertim Ouid. & hic & li. i. met. Fuit. n. io inachi argiuorū fluuii: filia pulcherrima q̄ a ioue amata cū eius pces sperneret: subita nube tecta cōpressa est: & ne puella a iunone, quæ adulteria iouis obseruabat, dephēderet: in vaccā trāsfigurata est: quā fraudē cū iuno intellexisset, petiuit eā vaccā munus sibi dari. Iuppiter veritus ne negādo pderet puellam: tametsi inuitus ei tradidit. iuno ne vnq̄ eius pellex cū marito cōcūbere posset. argo Aristoris filio centū oculos habenti, seruandā tradidit: quo a mercurio in soporem canendo inducto & interfecto, eius oculi in caudā pauonis trāsfigurati sunt. Io cum ab iunone ob interfectū argū instigata furiis exagitaretur: maxima orbis terrarū parte percursa & pererrata: tandem in ægyptum delata rursus in humanā formam redacta i pro dea ab ægyptiis culta est: quā isidem appellant: & hæc est fabula: quæ nunc hic tangitur.

ASCEN. ¶ QVId meruere necē: argumētatur cōtra patrē. Quid. i. in quo meruere necē. Tenēdo. i. occupādo regna patruelia. q. d. in nullo. vn̄ addit. quæ tn̄ externis dāda forēt gn̄is: & accipit tn̄ pro tandē: aut quæ tn̄ nihilominus cū nō sint Danao masculi, danda forent gn̄is externis. & ideo potius filiis fratris, cū nō putarēt illicitū tūc inter patrueles matrimonium: vt patuit de Oreste & Hermione. Finge. i. pone casum ꝙ viri meruerint necē. Belide: vocatiuus est a nominatiuo Belides. i. nepos Beli. Aspicis in timida: antithesi, & intermixtis epithetis cōparauit ornatū. Parū sanguinis, qa sciuit se a genero perimendū: ad qd facinus vnus sufficiebat. Vnus abes summæ. i. a summa criminis. s. cōmittēdi: qa debebāt quinquaginta occidi. & est tatū abesse cū datiuo iungi. Scilicet ex illo &c. Sicut superiores fere infortuniū suū reiicit in fatū & deos. Argumētans

gumentans iunonē iratā adhuc puellis achiuis ꝓpter Io Inachi filiā, quā in vaccā mutatā persequi iussit, noluisse eis pronubium fecisse, & faustas nuptias concessisse: qua occasione progredit ad transformationem & miseriam ioue describendam. Scilicet. i. scire licet cur tā infaustæ simus: quia ira Iunonia. i. ipsius iunonis, pmanet. i. pdurat. ex illo. s. tpe: quo bos facta est ex homine. i. virgine (ergo etiā homo pro muliere ponitur) scilicet Io. & dea scilicet Isis, facta est ex boue: scilicet in quem mutata fuerat Io. declinatur (vt alibi dixi) hæc Io, huius ius. nec alibi declinatur, licet hanc Io vsurpent.

¶ AH SA. est: nō fuit satis, inquit, ad vltionē vaccā Io habuisse, nisi & aliis sollicitaret.

Ah satis est pœnæ teneram mugisse puellam:
  Nec modo formosam posse placere Ioui.
Astitit in ripa liquidi noua vacca parentis:
  Cornuaq; in patriis nō sua vidit aquis.
Et conata loqui, mugitus edidit ore:
  Territaq; est forma, territa voce sua.
Quid furis infœlix? quid te miraris in vnda?
  Quid numeras factos ad noua mēbra pedes?
Ipsa Iouis magni pellex metuenda sorori:
  Fronde leuas nimiā, cespitibusq; famem.
Fonte bibis, spectasq; tuā stupefacta figuram:
  Et te ne feriant, quæ geris arma, times.
Quæq; modo, vt posses etiā ioue digna videri:
  Diues eras, nuda nuda recumbis humo.
Per mare, per terras, cognataq; flumina curris:
  Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
Quæ tibi causa fugæ? qd Io freta lōga peterras?
  Non poteris vultus effugere ipsa tuos.
Inachi quo properas? eadem seqris, fugisq;
  Tu tibi dux comiti, tu comes ipsa duci.
Per septem nilus portus emissus in æquor,
  Exuit insanæ pellicis ora bouis.
Vltima qd referam: quorum mihi cana senectus
  Auctor, dant anni qd querar, ecce mei.
Bella pr, patruusq; gerunt, regnoq;, domoq;
  Pellimur, eiectas vltimus orbis habet.
Ille ferox solus solio, sceptrisq; potitus,
  Cū sene nos inopi turba vagamur inops.
De fratrum populo pars exiguissima restat,
  Quiq; dati leto, quæq; dedere: fleo.

¶ Liquidi pa. inachū fluuiū signat cui inachus ius pater nomen dedit. is oritur ex Lyrcio: deinde labitur ad argiuorum vrbem. Territa f. cū se videbat sua effigie terrebatur. ¶ Frōde le. enarrat eius puellæ calamitatem pluribus carminibus: vt quanta fuerit Iunonis ira intelligat. ¶ Quæ ge. ar. cornua intelligit quibus tauri armati sunt. ¶ Nuda: nullis fete herbis. ¶ Cognata: ex oceano omnia flumina orta esse scri. Home. ¶ Dat mare: ad bosphorum thracium alludit, quod appellatum tradunt, qm Io in bouem versa pedibus superasset. ¶ Inachi: Io inachi filia non tantopere concitata fuga te stimules: nam eadem es, nec eam formam exuere poteris. ¶ Comiti: bouis effigiem comitem dicit. ¶ Tu du. & comitaris te ipsam in hanc formam cōmutatam. ¶ Per se. por. Nilum. vii. hostiis in mare emittere poetæ dnt: licet Pli. & Diod. plura cōmemorēt. ¶ Exuit ora bo. versa est in formam pristinam: & appellata est Isis. licet Diod. scri. ægyptios id negare: sed Isidem Saturni ex Rhea filiam fuisse dicere. ¶ Vltima: quæ a nostra memoria sunt remotissima. ¶ Senectus: auctor quæ tm antiquitas refert. ¶ Dant anni quod quærat ecce mei: sunt in pręsentia quæ nostri generis infœlicitatem arguant. ¶ Pater: Danaus. ¶ Patruus: ægyptus: qui ambo de regno argiuorū contendebant. superior Danaus illud tenuit pulso fratre. Demum a Lyno trucidatus est: vt diximus. ¶ Regno & do. de ægypto intelligit: vnde primū eiectus Danaus in peloponnessum nauigauit. ¶ Vltimus orbis: peloponnessus significatur: quem vltimam orbis oram existimabant primi incolæ: cum in mare prominerent: quemadmodum & britāniam alterum orbem dixerunt: quoniam Oceani gallici parte inclusa videretur. ¶ Ille ferox: de ægypto intelligit: qui pulso fratre Danao, ægypti regnum tenuit. ¶ Sene. Danaum significat, qui cum filiabus & classe discedens ex ægypto argiuorum regno potitus est. ¶ De fratrum populo: ex quinquaginta patruelibus. ¶ Exiguissima pars: vnus tantum Lynus superstes erat. ¶ Quęq; dedere: defleo etiam sororum vices, quæ patrueles & maritos peremerūt.

¶ SAtis est pœnæ: satis supplicii & punitionis. ¶ Mugisse: factā fuisse vaccam. nec ordo est: Et est satis pœnæ. ¶ Illam modo formosam: idest quę pauloante erat pulchra. ¶ Nec posse placere ioui: propter formam pecudis. ¶ Liquidi: propter aquas. ¶ Cornuaq; nō sua: idest aliena: & non sibi conuenientia: quia sunt belluarum: & non hominum. ¶ Mugitus: bouinas voces. ¶ Forma: figura. ¶ Voce: sono. ipse primo meta. Et conata loqui, mugitus edidit ore: Pertimuitq; sonos: propriaq; exterrita voce est. ¶ Quid furis: apostrophat ad eam: & multis verbis scribit eius fortunam. ¶ Numeras pedes: quia sunt quattuor. ¶ Ipsa tu. ¶ Pellex: scilicet anti. ¶ Sorori iouis: iunoni, quæ est & soror & coniux iouis. ¶ Metuenda: ne propter pulchritudinem tuam te ei preponeret. ¶ Leuas: minuis. ¶ Fronde: pro frondibus. folia generaliter de omnibus dicuntur: frondes tātūmodo de arboribus: vnde subdidit cespitibus. idem primo meta. Frondibus arboreis, & amara pascitur herba. ¶ Cespitibus: herbis. nam cespes proprie est terra cum herba reuulsa: sed hic pro herba capitur. ¶ Stupefacta: territa. ¶ Arma, quæ geris: idest cornua. ¶ Quæq; : idest tu quæ eras diues & delitiosa: vt posses extimari digna Ioue. ¶ Nunc nuda: idest sine vestibus. ¶ Recumbis iaces. ¶ Humo nuda: idest dura: vel sine stramine. ¶ Cognata: quæ sunt tibi cognatione coniuncta propter patrem tuū, qui est fluuius inde ducens originem, vnde & ipsa flumina. ¶ Peterras: percutris. ¶ Tuos vultus: bouinos, qui te terrent: quia quocunq; fugis te sequuntur. ¶ Inachi: idest filia inachi. est autem hic vocatiuus patronymici fœminini. ¶ Eadē sequerisq; fugisq;: idest ipsa es: quæ sequeris: & ipsa quæ fugis. nam licet credas te fugere vaccam: vna tamen, eademq; es. ¶ Comiti: scilicet tibi: idest teipsam præcedis, teipsam comitaris. ¶ Per septem portus: dicit eam in ægypto deposuisse figuram bouis. ¶ Nilus: fluuius ægypti in mare per septem hostia influens. vnde Virg. Et septemgemini turbant trepida hostia Nili. ¶ Exuit: deposuit: abstulit. ¶ Ora: faciem. ¶ Bouis: vaccæ. ¶ Insanæ: furentis: & stimulis exagitatæ. ¶ Vltima quid re. quia commemorauit antiqua: dicit non esse opus commemorare infœlicia exempla suæ domus ita remota: quia sunt exempla suæ memoriæ. ¶ Vltima: extrema, & remota. ¶ Quorum: scilicet vltimorum. ¶ Cana senectus auctor: idest quę ab antiquis audiui. ¶ Anni mei: idest sæcula mea: quibus nata sum, & vix. ¶ Dant quodque. idest dant mihi materiam quęrendi. ¶ Bella pater: incipit commemorare infœlicitates sui temporis. ¶ Pater: Danaus. ¶ Patruus: ægyptus. ¶ Pellimur: pater, & nos filiæ. ¶ Vltimus orbis: idest vltima pars orbis: quia venimus in remotissimas regiones. ¶ Eiectas: ex regno expulsas. ¶ Ille: patruus. ¶ Solio: sede regia. ¶ Sceptro imperio. ¶ Cū sene: Danao. ¶ Vagamur: in alienis terris erramus. ¶ De fratrum: alia infœlicitas sui temporis: quia ex tot fratribus, vnus solus Lynceus superfuit. ¶ Exiguissima: minima. ¶ Quiq; da. idest doleo & propter eos qui interfecti sunt: & propter eas quæ interfecerunt.

¶ AH Satis: sæuitiam damnat iunonis, quæ mutatam in vaccam adhuc persecuta est. Quid numeras: quia quatuor iam habuerat pedes. Fronde leuas: idest mitigas & imminuis. Fonte bibis: idest de fonte, aut in fonte bibis aquam: scilicet. Quæ geris arma: idest cornua. Quid Io freta longa petras. Hora. Io producit dicens in arte: Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes, Inachi: vocatiuus a nominatiuo Inachis. & est patronymicum significans Inachi filiam Io. Eadem sequerisq;, fugisq;: quia teipsam fugis. Cætera nota sunt. Vltima quid referam: ab antiquis trāsit ad sua, suiq; temporis incom

ANTO. Vnde ortū hñt oia flumina Isidis fabula fm varias opini. Danai & ęgypti certamē de regno obtinendo Peloponessus & britānia alter orbis ex antiquorum sententia

HVBER.

Cespes

Nilus fluuius vbi locorum sit

ASCEN.

mo la. Senectus auctor:auctor enim ab auctoritate communis est generis. vnde Iuno apud Virg. auctor ego audiendi, & Sappho apud hunc: auctoris nomina Sapphus. ab augeo dicitur hic auctor & hæc auctrix. auctor ergo senectus est: qua prima protulit. auctrix fama quia auxit. Ille ferox: scilicet pater. De fratrum populo: quia patrueles etiam fratres dicuntur: aut quia maritorum fratres, etiam fratres dici potuerunt ex affinitate.

ANTO. ¶ PER Iere sorores: nondum perierant: sed mortem ob visionem præsagit. ¶ Rea laudis: quæ dignum laude facinus gesserim, sum data in custodiam. ¶ Dignus: gratus. beneficium apud indignum male locatur. ¶ Fer opem: me ex hac miseria auferas. ¶ Rogis furtiuis: clam me comburas: ne rescisceat pater. ¶ Breui titulo: epitaphio quãuis exiguo. ¶ Exul: quæ a patria aberat in alienum orbem cum sororibus & patre acta: vt diximus. ¶ Ipsa tulit: extincta est: quoniam fratrem a morte seruauit. ¶ Vires: scribendi & eloquentiæ neruos. si epistola breuis est: scias cathenas: quibus manus cohibentur scribendi facultatem, timorem vero eloquentiam minuisse.

HVBER ¶ FRAtres: consanguinei. ¶ Periere: amissæ sunt: quia licet viuant non tamen eas habebo sorores. ¶ Vtraque turba: & interfectorum: & interfectricum. ¶ En: ecce. ¶ Ego reseruor pœnæ: idest ad pœnã. ¶ Quod: idest quia. ¶ Viuis: idest quia tibi peperci. ¶ Quid fiet, quasi dicat multo crudelius. ¶ Sonti: nocenti. ¶ Cum agar rea laudis: idest cum accuset de eo de quo laudem merear. & est sententia ex Andria Terentii: Nam si illum obiurges, qui vitæ auxilium attulit: quid facies illi, qui dederit damnum aut malum. ¶ Quondam centesima: quia cum vos essetis quinquaginta fratres, & nos quinquaginta sorores eram quinquagesima. ¶ Cadam: moriar. ¶ Manente: superstite. ¶ At tu: nunc rogat. Lynceum: vt aut ferat opem, vel eam sepeliat. ¶ Lynceu: sic legendum est. ¶ Si qua cura: si quis amor. ¶ Piæ: quæ te amauit. ¶ Sororis: patruelis consanguineæ. ¶ Quæque subaudi tu. ¶ Dignus habes: idest si mereris. ¶ Munera quæ tribuis idest vitam. ¶ Defunctaque vita: idest mortua. ¶ Furtiuis: occultis, clandestinis. si aperte non audes mihi facere rogum. ¶ Sepeli: idest tumula. Perfusa: irrigata. ¶ Lachrymis fidelibus: scilicet tuis. ¶ Sculptaque: incisa, inscripta. ¶ Titulo: epigrammate. ¶ Exul: ecce titulus. ¶ Exul: patria expulsa: vt supra dictum est. ¶ Ipsa tulit: passa est. ¶ Mortem quã depulit fratri: idest quã a fratre remouit. ¶ Pretium iniquum: appositio est: idest iniquam remunerationem. ¶ Pietatis: quia non merebar mortem. ¶ Libet: est animus. ¶ Lassa: fatigata. ¶ Pondere cathenæ: quia pater meus iussit me ligari. ¶ Et vires: alia causa, quia nõ possit scribere: quia. ¶ Timor: scilicet patris. ¶ Subtrahit: aufert. ¶ Vires: scribendi.

Nam mihi quot fratres, totidẽ periere sorores,
Accipiat lachrymas vtraque turba meas.
En ego, quod viuis, pœnæ cruciãda reseruor:
Quid fiet sonti, cum rea laudis agar?
Et consanguineæ quondã centesima turbæ,
Infœlix vno fratre manente cadam.
At tu, si qua piæ Lynceu est tibi cura sororis,
Quæque tibi tribui munera, dignus habes,
Vel fer opẽ, vel dede neci, defunctaque vita,
Corpora furtiuis insuper adde rogis.
Et sepeli lachrymis perfusa fidelibus ossa:
Sculptaque sint titulo nostra sepulchra breui.
Exul Hypermnestra pretiũ pietatis iniquum,
Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.
Scribere plura libet, sed põdere lassa cathenæ
Est manus, & vires subtrahit ipse timor.

ASCEN. ¶ NAM mihi quot fratres, totidem periere sorores: sancta est hæc sententia, qua vult malefactores & veneficas tunc interfici, quando interfici per iustitiæ executores merentur. perierunt ergo sorores: quia perire meruerunt. aut ideo perditæ sunt, quia perpetuo matrimonio spoliatæ. At tu &c. summa est hæc votorum, qua fere in fine epistolarũ ponit Ouid. Quia etiam in soluta oratione post exordium ac narrationem solemus ponere petitionem. Pretium pietatis iniquum. Virg. in culice: Parue culex custos pecudum nil tale merenti, Funeris officium vitæ pro munere reddo.

¶ In decimam quintam epistolam Argumentum.

Græcorũ & barbarorum mutuus raptus



Erodotus halycarnaseus in. i. histo. lib. scri. cretenses in phœniciam delatos, Europam agenoris regis filiam rapuisse: iniuriæ memores: quod phœnices Io Inachi filiam rapuissent. deinde cum esset par conditio græcos secundæ iniuriæ fuisse auctores nauigãtesque in colchos Medeam inuito patre Aeeta in Græciam duxisse. Secunda dehinc ætate Alexandrum priami filium, quem Paridem vocant, e græcia per rapinam sibi vxorem comparare destinasse: existimantem se pœnam non expensurum: vt illi prioribus sæculis non expenderant. Alii vero huius nauigationis causam fuisse Hesionem Laomedontis filiam: quam virtutis præmium Telamoni dederat Hercules: quoniam in prima Troiæ expugnatione ante omnes pergama conscendisset: hanc vt repeteret aiunt Paridem in græciam nauigasse. Alii vero tradunt, quibus adstipulantur poetæ, hanc Venerẽ transmissionem suasisse: quoniam cum in Ida in certamine pulchritudinis cum Iunone & Pallade pro se iudicium tulerit: quæ esset ex omni græcia forma præstantior. Helenam paridi pollicita extitisset: sed in tanta auctorũ dissensione: quæ sit verior causa certet antiquitas. Illud tamen asseuerandum puto: quod Septimius scri. Alexandrum cum antea cum aliquot nauibus in Laconiã per Hellespontum nauigasse: & Sparthe a Menelao honorificentissime hospitio exceptum esse: contigisseque per idem tempus: vt omnes Minois pronepotes acciti ad diuidendas Atrei opes Cretam conuenerint: eosque fuisse Agamemnon: Menelaum: Ipomeneũ: Merionẽ: Clymenum: Palamedem: Dictyn: & Anaxibiam: paridemque a Menelao domi esse relictum: mandasseque Menelaum Helenæ: vt nõ minorem hospitis curam gereret, quã de seipso: illãque demũ cum Clymena & Aethra Menelai affinibus paridis pulchritudine illectam, ad Troiam sponte nauigasse: quanquam Hero. scri. paridem tempestate in ægyptum delatũ interceptum esse a Protheo rege: & cognita re Helenã cum rebus omnibus ademisse: restituisseque illas Menelao post Troianũ bellũ extinctum. Ideoque Home. tradit Menelaũ inducere in ægyptum tempestate agitatũ ad protheum venisse. Scripta est hæc epistola Menelao absente: qua detegit quanto amoris æstu ardeat, suadetque fugã, quã Troianis viribus tutari posse demonstrat. Qui contendunt paridis, Leandri, & Acontii episto. non esse Ouid. non recte opinantur: existimo rea præsertim impulsos ratione: quod mulierum tantum epistolas scripserit, quoniam in amoribus aliquot solum puellarum literas commemoret. Id enim frigidum est. nã vt aliquot ex his quas puellæ scribunt, illic conticuit: ita & quas heroes scripsere silentio præteriit. Eas vero quæ illis respondent (vt ostendemus) non esse Ouidii, sed Sabini crediderim.

Rapt. helenæ cũ sui varias opiniones
Menelai iter i cretã

Hanc tibi

ANTO. Leda cuius filia fuerit

HAnc tibi priamides mitto ledæa salutem. Beniuolentiam ex generis noibus sibi cōciliat. ¶ Priamides: ex Hecuba & Priamo natus est Paris. ¶ Ledæa: leda ex ioue Helenā est enixa. ¶ Eloquar an flāmæ: dubitatio hæc oritur ex causæ turpitudine: vult enim vt paulatim obrepat subdola oratio. ¶ Non est opus indice: qm per se amor indicatur, nec dissimulari potest. ¶ Plus q̄ vel. cum is esset qui occultari non posset. ¶ Dum tempora dentur lætitiæ: obrepit ex his, quæ obsunt ad ea quæ prodesse poterunt. Tacere inquit amorem vtile est: qm tempora futura sunt, quæ omnem abiiciant metum. Nam de Menelao innuit. Multa enim fecerat ob amorē: quæ ille potuisset animaduertere anteq̄ discessisset. ¶ Cœlauerit ignē: metaphora decentissima vsus est. nā vt ignis, ita amor in occulto teneri nō pōt. ¶ Vt addā voce in rebus: vt quid velim aperte fatear. ¶ Vror: tuo amore ardeo. ¶ Nuncia verba: quid animi in te habeam, tibi nunciaui. ¶ Parce precor: in principiis (vt scribit Fabi.) non est ab re optare. ¶ Precari: abominari: sollicitum agere. ¶ Cætera: quæ apposita sunt vltra eum locum: quo nostras sollicitudines expressimus. ¶ Gratum est: lætor inquit: quoniā epistolā suscepit: lætitiæ spem ex facto firmat. Recepit epistolam: me etiam recipiet: enthimema simplex est.



PARIS HELENÆ

HAnc tibi Priamides mitto ledæa salutem,
Quæ tribui sola te mihi dante potest
Eloquar? an flammæ nō est opus indice notæ?
Et plus, quam vellem, iam meus extat amor.
Ille quidem lateat malim, dū tempora dentur
Lætitiæ, mixtos non habitura metus.
Sed male dissimulo, quis enim cœlauerit ignem?
Lumine qui semper proditur ipse suo?
Si tamen expectas, vocem quoq; rebus vt addam:
Vror: habes animi nuncia verba mei.
Parce precor fassomec duro cætera vultu
Perlege: sed formæ conueniente tuæ.
Iādudum gratum est, q̄ epistola nostra recepta est.
Spem facit hoc recipi me quoq; posse modo.

HUBER. Argumentū epistolæ

HAnc tibi. De iudicio Paridis inter tris deas satis abūde dictum est in argumento primæ epistolæ: quod ad argumentum huius epistolæ pertinet, cum Paris ob iudicium datum in fauorem Veneris, Venus promisisset Helenam omnium mulierum pulcherrimam: & ob eam Lacedæmona nauigasset, exceptus hospitio a Menelao Helenam in amorem suum quātum potuit sollicitare conatus est, etiā præsente marito. Sed postea Menelao profecto in Cretam: per hanc epistolam etiam ad relinquēdum maritum & se in Asiam sequendum exhortatus est. vtitur autem magno artificio se ab omnibus commendans, quibus amatores commendari solent: a pulchritudine: nobilitate: diuitiis: & robore corporis: & a vero, sincero q; amore: & contra nititur ei adducere in odium, & inuidiam, & in contemptum Menelaum: & studet ei persuadere, tum ab vtili, tum ab honesto eam debere eius amori adhærere dicens eā nullam habituram infamiam propter hoc: & quod abducta a Paride: aut nunq̄ repetetur a Menelao: aut si repetita fuerit: facile aduersum eius vires defendetur. ¶ Priamides: idest ego Paris filius Priami. cum autem in Priamo syllaba prima propter sequentem vocalem naturaliter breuietur: in patronymico necessitate metri producitur. ¶ Ledæa: Helena filia Ledæ: dictum est supra in epistola Hermionis de eius natiuitate. ¶ Eloquar: exprimam verbis. Virgili. Eloquar, an sileam. ¶ An non est opus indice notæ flammæ: idest an potius non est opus indicare amorem meum quia tu ipsa nosse debes. ¶ Extat: eminet, apparet. ¶ Malim: potius velim. ¶ Dū: donec. ¶ Tempora: opportunitates. ¶ Metus mi. læti: idest quæ tempora sint sine vllo timore. ¶ Male: difficile: ¶ Dissimulo: cœlo, & occulto. ¶ Quis enim. q.d. nullus. nam supra dixit. Quis enim bene cœlet amorē. ¶ Suo lumine: suo splendore. ¶ Si tamē: idest si tamē vis vt verbis dicā tibi id quod est in re. ¶ Amore. ¶ Rebus: effectui. ¶ Fasso: mihi confesso amorem meum. ¶ Duro: difficili ¶ Conuenienti tuæ formæ: idest vultui miti & placido: qualem exigit pulchritudo tuæ quia cum sis pulchra: debes etiam esse placida. ¶ Iamdudum conciliato animo Helenæ: nunc incipit narrationem. Iādudum vel iamdiu: vt sit temporis: vel valde. Terentius in eunucho. Iamdudum illā te amat. ¶ Recepta est: pro accepta a te. notandum est apud idoneos oratores non esse in vsu recepi epistolam tuam, sed accepi: sed hic fuit necessitas metri. ¶ Hoc modo. s. quo epistola mea est recepta. nam cum aliqua puella ab amatore accepit scriptum & legit: signum est q̄ sit semiexpugnata. ipse Ouidius in primo de arte: Quæ voluit legisse, volet rescribere lectis: Per numeros veniunt ista, gradusq; suos.

Iādudum quid sit

Accepi epistolā & nō recepi est dicendum

ASCEN.

HAnc tibi priamides. Artificiosa est epistola, & insinuationi, psonæq; accōmoda: rē. n. inhonestā psuadere nitit, sed mulieri iam parūp a viro neglectæq;, atq; desertæ. Quocirca: quia nouit muliebrem sexum esse fragilē, gloriæ cupidū & laudis, a forma, a genere, a facūdia cupidissimū, oia affert Paris, q̄ sibi Helenes animū cōciliare possent: & q̄ odiū mariti, eiusq; cōtēptū excitent. Cū vero cōtextus facillimus sit, nemo tā insctus: atq; iners, qui non aliquid deliciarū, atq; argutiarū illinc hauriat. erimus ergo in exponēdo succincti. Ledæa: aut possessiuū est pro patronymico, sed a matre positū: sicut. iii. Aenei. Ledæam Hermionē &c. potius Ledæam dicit q̄ tyndarida, quia dicturus est Iouis esse filiam ex adulterio conceptā: vt ad consimile inuitet facinus. Eloquar: sic Aenei. Eloquar, an sileam. an non est opus indice: idest indicio. Flāmæ. s. amoris. Notæ. i. perceptæ a te. Et. i. qa potuisset tn̄ dixisse nā plusq̄. aut sic cōiūgit notę dico flāmę. & meus amor extat. i. eminet, & apparet: quasi extrinsecus stās plus q̄ vellē. qa malim vt supple ille latet qdem. i. certe. q.d. nō semper. sed dum. i. donec. tpa dent nō habitura metus mixtos. i. imixtos lætitię. Quis. n. cœlauerit ignē. q.d. nemo: sed amor ignis est, immo εμφατικωσ amatore amatum, atq; amicam ignem dicunt, vt in Buco. Meus ignis amyntas &c.

Iamdudum gratum est:aut ordo est gratū est. Iamdudum.i.ab eo tēpore quo epistola nostra est.aut gratū est iam q epistola no.tra recepta est dudū.i.pauloante. Et causam addit:quia hoc.i.epistolā meam receptā esse facit spē.quoq.i.etiam me posse recipi.modo.i.iā postq epistolā legisti:aut sic:spem iacit me quoq posse recipi hoc modo,quo.i.epistola recepisti. Quo verbo hortať poeta matronas pudicas,vt suspectas litteras repellāt,quia quę amatorias legit,se amari velle indicat. Quæ rata sit:progrediēs docet nō inanē suam spem esse debere cū stabilita sit pollicitatione Veneris,quæ dea amorū est. Quæ rata sit:propositū suū firmat ex loco:q sumptus est ab auctoritate deorū. Venus inquit me impulit ad nauigādū.

Quæ rata sit,nec te frustra promiserit,opto,
Hoc mihi quæ suasit mater amoris iter.
Nāq ego diuino monitu,ne nescia pecces,
Aduehor,& cœpto non leue numen adest.
Præmia magna quidem,sed non indebita posco,
Pollicita est thalamo te cytherea meo.
Hac duce sygæo dubias a littore feci
Longa pherecleа per freta puppe vias.
Illa dedit faciles auras,ventosq secundos,
In mare(nil mirum)ius habet,orta mari.
Perstet,& vt pelagi,sic pectoris adiuuet æstus:
Deferat in portus & mea vota suos.
Attulimus flammas,non hic inuenimus illas,
Hæ mihi tam longæ causa fuere viæ.
Nam neq tristis hyems,neq nos huc appulit error:
Tænaris est classi terra petita meæ.
Nec me crede fretum merces portante carina
Findere,quas habeo,dū tueantur opes.
Nec venio graias veluti spectator ad vrbes:
Oppida sunt regni ditiora mei.
Te peto,quā pepigit lecto venus aurea nostro:
Te prius optaui,q mihi nota fores.
Ante tuos animo vidi,q lumine,vultus:
Prima fuit vulnus nuncia fama tui.

ANTO. Quæ rata sit:a pollicitis nō recedat. Promiserit: Ven⁹(vt diximus)Helenā paridi pollicita est cū iudiciū de pulchritudine in Ida pro se tulerit. Diuino monitu: Veneris suasione. Nec pecces nescia:vt scias qua auctoritate tuā culpā tueri possis. Non indebita:qm ex fide repeto quod promissum est. Littore sigæo. Sigæū Troiæ promōtoriū est:qd græci in obsidione tenuerūt:tumularuntq Patroclū, Achillem,& Antilochū:vbi sigæā vrbē cōdidit Archianax mytilenus. Puppe phereclea:non pheretheа legi debet:vt multi putauerunt a Pheretho Iasonis patruo:sed phereclea. fuit enim Phereclus Armonidis filius:quē(vt scri. Hom Iliados lib.v)Minerua dilexit:faber optim⁹ naues ædificauit:quibus Alex.idest Helenā rapuit:hunc Meriones trucidauit ferro i vesicā adacto. Orta ma. Venerē ex mari orta scri. Varro. Perstet:a proposito nō discedat. Pectoris:amorē meū secūdet:vt nauigationē. Mea vo.q erant vt Helena potirer. In portus su.ad optatū exitum me.taphora ex his:qui alta procella fatigati i portū deferunť. Flāmas:amores ex Troia attuli: Troiæ te inqt amaui:quod me impulit vt spartem nauigarē. Tristis hyems:tēpestatē circūscribit.sic Vir. Vicit hyems. Tænaris terra:laconiā signat cuius promontorium est tænaros. Nec me crede,non sum mercator:laudat formā suā & opes. Ditiora asiæ:delicias intelligit:q postea in vrbē fluxerūt ro.po.magis q Hannibal noxiæ. Meste phryges populos Priam⁹ tenebat. Ven⁹ aurea:epithetō ab Hom.sumptū est. Te prius optaui: Helenā a noīe & fama cōmēdat.eras,inqt,apud me tua pulchritudine celebris.

Sigeū vbi locorũ fuerit
Pherecłus qui fuerit
Tænaros quid sit

HVBER. QVæ spes. Rata:firma,certa. Mater amoris:i Venus. Monitu diuino:nō spōte mea,sed Veneris mandato. Ne nescia pecces.i.vt sis admonita:ne per ignorātiā erres. Non leue.i.maximū.i.ptore est. Nō indebita:quia sunt pmissa mihi ab ea,cui licuit pmittere. Cytherea: Ven⁹ita dicta a Cytheris insula:vt alibi diximus. Virg. At cytherea nouas artes,noua pectore versat Consilia. Hac duce:dicit Paris ego suscepi hāc nauigationē a Troia in græciā auctore Venere. Ipsa duce.i.regēte me. Dubias:i incertas:quales sunt viæ nauigationis. A littore sigæo.i.troiano.nā Sigæum pmontoriū est Troiæ:vt dictū est in prima epistola. Puppe phereclea:neq pharetrata:neq pharetrea legendū est:sed phereclea. Fuit enim Phereclus(vt scri. Hom.lib.v.Iliados)filius Armonidæ fabri lignarii:qui naues Alexādro,qui & Paris dr,fabricauit:quæ fuerūt principiū malorū troianorū.a Phereclo igitur possessiuū fit Phecleus. Phereclea puppe.i.fabricata a Phereclo:& hic est verus sensus,& emendatus textus. Vt ta mari:dictū est supra in epistola Didonis super eū locum. Quia mater amorū Nuda cytheriacis edita fertur aquis. Perstet.i.vtinam perseueret.vt Virg. Talia perstabat memorās,fixusq manebat. Aestum:ad vtrunq retulit hic:& ad feruorem amoris:& ad motum maris.& est sensus:vt adiuuit nauigationem:ita adiuuet amorem meum.ordo est: Perstet,& ita adiuuet æstum pectoris:vt pelagi.s.æstum adiuuat. Et:idest etiā. Mea vo.sicut & nauē attulimus:quia ex patria discessimus:huc propter amorem:non autē incepi solum te amare,postq huc veni. Hæ:flammæ. Hyems:tempestas. Error:quia ignorarē quo venirem. Tænaris terra.i.laconica a Tænaro promōtorio Laconiæ. Petita.i.venit classis mea dedita opera in hāc terram propter te. Nec me:occurrit obiectioni:quia posset dici quod ppter alias causas venisset:dicit se ppter solā Helenā venisse. Nec cre.i.nec crede me nauigare ppter mercaturā:quia sum diues sine hoc exercitio. Tueantur:seruent:quia satis sunt mihi. Spectator:admirator vt videam pulchras vrbes græciæ.hoc enim solet esse multis causa nauigandi,vt in alienis terris videāt præclara oppida. Oppida:vrbes.vt Vir. Alteræq cano romana per oppida carmen. Ditiora:oppulentiora.nam Asia ditissima est. Hora. Et dites Asiæ campos. Virg. Troianas vt opes. Cice.in oratione pro lege Manilia de laudibus Pompei: Asia vero tam optima est & fertilis:vt vbertate agrorū,& varietate fructuū,& magnitudine pastionis,& multitudine earum rerum quæ exportantur,facile omnibus terris antecellat. Aurea:formosa. Pepigit,promisit.vt in argumento primæ epistolæ,& huius diximus. Animo:cogitatione,desiderio. Quā lu.quā oculis corporis. Fama fuit prima nuncia tui vul.i.prius audiui dici de pulchritudine tua.

Vñ venus cytherea dcā fuerit
Sigæum
Pherecłus
Tænaros

ASCEN. QVæ igitur spes sit ra.i.firma & non irrita.nec mater amoris.s.Venus,q suasit mihi hoc iter,promiserit mihi te frustra.i.in vanum.Nā supple quo i dico tibi ne nescia pecces:qsi peccatū sit cōtra Veneris iussa facere.ego aduehor monitu diuino.i.deę Veneris.s.& numē nō leue.i.futile,nec ɔtēptibile.adest.i.auctoritatē dat.cœpto.i.icepto meo.posco qdē magna pmia:hoc in assentationē dicit:qsi pluris faciēs adhuc pmia Veneris,q Palladis ac Iunonis, cytherea dr Venus a cythera Cypri luco. Ego feci hac duce.i.Venere ducēte.vias dubias.i.incertas & incognitas mihi.a littore sigęo.i.Troiano.nā sigæū pmōtoriū est Troiæ.feci(dic)puppe phereclea.i.a Phereclo ædificata.vias dubias p longa freta.i.maria.In mare nā. vñ Neptunus ad eā Aene.v.Fas oē est cytherea meis te fidere regnis,Vñ gen⁹ ducis.Nā e spuma maris nata dr. Perstet.i.pseueret opto Ven⁹.& vt sup.adiuuit ęstus.i.feruores pelagi:sic adiuuet ęstus pectoris mei.Et de.mea vo.in su.p.i.ad optatū finē.Vt aūt nō leui,nec dudū parto amore se captū fateať.addit. Attulim⁹ flāmas. Tristis hy.i.tēpestas nautis inuisa. Terra tæ.p tænaria.patronymicū a loco. Quas ha.dū tu.o.aut satis diuitē se signāt,nec pp diuitias velle negociari:aut se signāt.q.d.nō alias merces aduexi q me ipsum. Oppida.s.r.di.id ē in artē a diuite.nā sicut raro dicit hō diues,sed diues:ita raro hō diuitior,sed ditior. Aū tuos:aū.i.pri⁹ vidi aio.i.ɔsideratiōe.vult⁹ tuos,q lumine.s.externo oculorū.

Nec tamen

Nec tamen est mirum, si sicut oporteat arcu,
Missilibus telis eminus ictus amo.
Sic placuit fatis, quae non conuellere tentes.
Accipe cum vera dicta relata fide.
Matris adhuc vtero partu remorante tenebar:
Iam grauidus iusto pondere venter erat.
Illa sibi ingentem visa est sub imagine somni,
Flammiferam pleno reddere ventre facem.
Territa consurgit: metuendaq; noctis opacae
Visa seni Priamo, Vatibus ille refert.
Arsuram Paridis Vates canit Ilion igni.
Pectoris, vt nunc est, fax fuit illa mei.
Forma, vigorq; animi, quamuis de plebe videbar,
Indicium tectae nobilitatis erat.
Est locus in mediae nemorosus vallibus Idae
Deuius, & piceis, ilicibusq; frequens,
Qui nec ouis placidae, nec amantis saxa capellae:
Nec patulo tardae carpitur ore bouis.
Hinc ego dardaniae muros, excelsaq; tecta,
Et freta prospiciens, arbore nixus eram.
Ecce pedum pulsu visa est mihi terra moueri.
Vera loquar vero vix habitura fidem.
Constitit ante oculos actus velocibus alis:
Atlantis magni, Pleionesq; nepos.
Fas vidisse fuit. fas sit mihi visa referre:
Inq; dei digitis aurea virga fuit.
Tresq; simul diuae, Venus, & cum Pallade Iuno,
Graminibus teneros imposuisse pedes.
Obstupui: gelidusq; comas erexerat horror:
Cum mihi pone metum, nuncius ales ait.
Arbiter es formae. certamina siste dearum.
Vincere quae forma digna sit vna duas.
Ne ue recusarem, verbis Iouis imperat, & se
Protinus aetheria tollit in astra via.
Mens mea conualuit: subitoq; audacia venit:
Nec timui vultu quaq; notare meo.
Vincere erant omnes dignae. iudexq; verebar
Non omnes causam vincere posse suam.
Sed tamen ex illis iam tunc magis vna placebat:
Hanc esse vt scires vnde mouetur amor.
Tantaq; vincendi cura est. ingentibus ardent
Iudicium donis sollicitare meum.
Regna Iouis coniux. virtutem filia iactat.
Ipse potens dubito. an fortis esse velim?
Dulce Venus risit. nec te Pari munera tangant
Vtraq; suspensi plena timoris, ait:
Nos dabimus quod ames, & pulchrae filia Ledae
Ibit in amplexus pulchrior illa tuos.
Dixit, & ex aequo donis, formaq; probata
Victorem coelo retulit illa pedem.
Interea (credo versis ad prospera fatis)
Regius agnoscor per rata signa puer.
Laeta domus nato per tempora longa recepto:
Addit & ad fastos hunc quoq; Troia diem.
Vtq; ego te cupio: sic me cupiere puellae:
Multarum votum sola tenere potes.
Nec tantum regum natae petiere, ducumq;,
Sed nymphis etiam curaq;, amorq; fui.
At mihi cunctarum subeunt fastidia. postquam
Coniugii spes est tyndari facta tui.
Te vigilans oculis, animo te nocte videbam.
Lumina cum placido victa sopore iacent.
Quid facies praesens, quae nondum visa placebas?
Ardebam: quamuis hic procul ignis erat.
Nec potui debere mihi spem longius istam,
Coerulea peterem quin mea vota via.
Troia caeduntur phrygia pineta securi:
Quaeq; erat aequoreis vtilis arbor aquis.
Ardua proceris spoliantur Gargara siluis:
Innumerasq; mihi longa dat Ida trabes.
Fundatura citas flectuntur robora naues.
Texitur & costis panda carina suis.
Addimus antennas, & vela sequentia malos.
Accipit & pictos puppis adunca deos.
Qua tamen ipse vehor comitata cupidine paruo
Sponsor coniugii stat dea picta sui.
Imposita est factae postquam manus vltima classi:
Protinus aegeis ire iubebar aquis.
Et pater, & genitrix inhibent mea vota rogando:
Propositumq; viae voce morantur iter.
Et soror effusis vt erat Cassandra capillis:
Cum vellent nostrae iam dare vela rates.
Quo ruis? exclamat, te feres incendia tecum:
Quanta per has nescis flamma petatur aquas.
Vera fuit vates. dictos inuenimus ignes:
Et ferus in molli pectore flagrat amor.
Portubus egredior, ventisq; ferentibus vsus,
Applicor in terras Oebali nympha tuas.
Excipit hospitio vir me tuus. hoc quoq; factum
Non sine consilio, numinibusq; deum.
Ille quidem ostendit quicquid lacedaemone tota,
Ostendit dignum, conspicuumq; fuit.
Sed mihi laudatam cupienti cernere formam:
Lumina nil aliud quo caperentur, erat.
Vt vidi, obstupui: praecordiaq; intima sensi:
Attonitus curis intonuisse nouis.
His similes vultus, quantum reminiscor, habebat:
Venit in arbitrium cum cytherea meum.
Si tu venisses pariter certamen in illud:
In dubium Veneris palma futura fuit.
Magna quidem de te rumor praeconia fecit:
Nullaq; de facie nescia terra tua est.
Nec tibi per vsquam phrygiam, nec solis ab ortu
Inter formosas altera nomen habet.

ANTO. ¶ GLOria:nominis celebritas.⸍ Minor vero:q̄m formosior es, q̄ fuerat fama.⸍ Tua materia:hæc tua pulchritudie.⸍ Quæ nouerat omnia Theseus:Plu.& Diod. puellam Helenam a theseo raptam fuisse scribūt, Castori & polluci redditā.⸍ More tuæ gētis:lacones mixtis cū puellis pueris palæstra exercebantur:vt Plu.auctor est.⸍ Nitida:vncta.nam athletæ vngebantur:hac obiectatione facti pudorem amouet, & cōstantiā suā cōmēdat.⸍ Aliquid tulissem:nō te intactā, vt Theseus, remisissem.⸍ Esset libata:raptus virginitatis flos.⸍ Salua virginitate:oscula intelligit:quæ etiā non rapta virginitate ferri possunt.⸍ Da modo te:eas in meā sententiā.⸍ Flāma rogi flāmas:hac agnominatione vsus est ex vocabuli æquiuocatione.⸍ Proposui regnis ego:electione suū amorē probat:cum potuerim habere regna te malui.⸍ Contempta est virtus:corporis,aut animi virtutē contēpsi:vt te frui potuissem.⸍ Dante:virtutis optionem.⸍ Nec piget:electionē cōmēdat.⸍ Haud vnq̄ stulte:nō dānabor electione,quā auctor laudabilem facit.⸍ Deprecor:verbo abusus est.nā licet apud vetustiores detestet hoc loco tamē preces auget:quā licentiam fecisse videtur Cice.in episto.ad Lentulum.

Rapt⁹ helenæ a theseo

Deprecor quid significat

Credis & hoc nobis,minor est tua gloria vero,
Famaq; de forma pena maligna tua est.
Plus hic inuenio,q̄ quod promiserat illa,
Et tua materia gloria victa sua est.
Ergo arsit merito,q nouerat omnia,theseus,
Et visa est tanto digna rapina viro.
More tuæ gentis nitida dum nuda palæstra
Ludis,& es nudis fœmina mista viris.
Quod rapuit laudo,miror,qđ reddidit vnq̄.
Tam bona constanter præda tenenda fuit.
Ante recessisset caput hoc ceruice cruenta,
Quā tu de thalamis abstraherere meis.
Te ne manus vnquā nostræ dimittere vellent?
Te ne meo paterer viuus abire sinu?
Si reddenda fores,aliquid tñ ante tulissem,
Nec Venus ex toto nostra fuisset iners.
Vel tua virginitas esset libata,vel illud
Quod poterat salua virginitate rapi.
Da modo te,paridis quæ sit constantia,nosces.
Flāma rogi flammas finiet vna meas.
Præposui regnis ego te,quæ maxima quōdam
Pollicita est nobis nupta,sororq; iouis.
Dūq; tuo possem circundare brachia collo,
Contēpta est virtus Pallade dante mihi.
Cum venus,& iuno,pallasq; in mōtibus idæ,
Corpora iudicio supposuere meo.
Nec piget,aut vnq̄ stulte elegisse videbor,
Permanet in voto mens mea firma suo.
Spem modo ne nostrā fieri patiare caducam
Deprecor,o tanto digna labore peti.

HVBER. ¶ Credis & hoc:extollit eius pulchritudinem:vt ita laudando eā alliciat ad amorē suum.nulla enim est mulier:quæ laudibus suę formæ nō delectetur.Ouid.in.i.de arte:Nec faciē,nec te pig at laudare capillos:Et teretes digitos,exiguūq; pedem. Delectant etiā castas preconia formæ &c.⸍ Minor est vero:quia minus dicit de te q̄ sit.⸍ Maligna:auara,& detractatrix:q minus dicit q̄ debet.⸍ Gloria:laus,comendatio.⸍ Est victa sua materia:idest a pulchritudine tua:quæ est materia ipsius gloriæ.⸍ Rapina:præda.dictum est in epistola Hermiones & Oenones de Helena rapta a theseo.⸍ More consuetudine.⸍ Tuæ gentis:idest laconicæ.nam lacedemonii pręcipue palæstra delectati sunt:cuius etiā inuentores credūtur. vnde Propertius:Multa tuæ Spartæ mirantur dona palæstræ.⸍ Nitida:ppterea quod corpora oleo vngebātur.palæstra autē latine luctādi certamen signat.⸍ Constanter:fortiter,animose.⸍ Ante:idest potius.⸍ Hoc.i.meum.⸍ Abstraherere.i.eriperesis:idest ante passus essem mihi incidi caput:q̄ te reddidissem.⸍ Ne:an.⸍ Vellent di.q.d. non.⸍ Viuus:dum viuerem.⸍ Fores:id est fuisses ppter necessitatē.⸍ Tulissem:anteq̄ fuisses reddita.⸍ Ex toto:penitus.⸍ Libata:desumpta,gustata.⸍ Vel illud.s.osculū.⸍ Da modo:quia posset obiicita dicis:sed forsasse ita non faceres.dicit fac periculum & proba:videbis quæ cōstātia sit in me.⸍ Flamma rogi:idest amor meus sola morte finietur. Teren.in Andria:hanc mihi nisi mors adimet nemo.⸍ Flamma rogi.i.flāma in qua cōburetur cadauer meum,cū ero mortuus.⸍ Flammas:amoris.⸍ Quæ maxima.s.regna.⸍ Pollicita est:vt plene demōstrauimus in argumēto primæ epistolæ.⸍ Nupta,sororq; Iouis.i.iuno.⸍ Virtus:sapientia.⸍ Contēpta:spreta.⸍ Dante:dare volente.⸍ Elegisse stul e.s.q te potius,q̄ regna,vel virtutem elegerim.⸍ In suo voto:quod primum habuit:vt te haberem coniugem.⸍ Caducam:fluxam,vanam.

Qui palæstræ suetores fuere & quo pacto latine interpretetur

ASCEN. ¶ Minor est tua gloria vero:Idem dixit regina Sabea ad Salomonem,sed nō id notum erat paridi,qui & prior erat, & ethnicus.Fama est pene.i.quasi maligna,ex quo multo minus dixit quasi per malignitatē:q̄ ¦ t.& sua:alii legūt & tua:sed non procedit:quia ordo est:Et gloria sua.s.quam ipsa conferre potest.est tamē inepta vtrunq; legatur reciprocatio:nā dicatur sua.i.propria ipsi famæ,quæ gloriam cōferre pōt etiā inanē.est victa:idest superata.materia tua.i.subiecta.circa quā versatur gloria.quod illi pbes:quia plus materiæ gloriæ pbes famæ,q̄ ipsa retribuere pōt glorię:ex quātitate autē cognoscitur:quia sua noiatiui est casus.nam corripit.tua autē,quia ablatiui casus produci deberet:vnde malus esset versus legēdo tua &c.Ergo arsit merito:probat formā Helenes etiā ab aliis probatā.nam ob eā rapta est a Theseo.verū integra restituta,quod signū censet,quia minus amauit,q̄ ipse:qui aliqd ab ea plibasset,aut virginitatē,aut saltē oscula.vidit aūt formā eius(inqt)Theseus,dū more virginū lacænarū nuda palæstrā exerceret.Abstraheret.i.abstraheteris.nā infectiū abstraheret abstraheteris &c.Te ne:nequaq̄ & nunq̄.Aliquid:florem virginitatis intelligit.Sicut Silenus in Buco.Huic aliud mercedis erit.Tulissem:idest abstulissem.Libata.i.primū cōtacta.Tractum a libaminibus,quæ summo tenus attingunt ore.Flamma rogi.i.exustionis meæ rogalis.Finiet vna.i.sola,nō simul,quia aduerbium esset,& vltimā produceret.Meas flāmas.s.amoris.i.ad mortē vsq; te amassem,& tui amore arsissem.Præposui regnis:docet quāti eā faciat,& fecerit.Cum enim tres illæ summæ deæ iudicium pulchritudinis ad Paridem referret,& Iuno regnorū dea(est enim aer sup terrā,vbi geritur omne mortaliū regnū)promitteret pulcherrimū regnū.& Pallas dea sapientiæ(nā ex cerebro Iouis.i.puriore regione nata dicit,vnde vis ingenii,& intellectus infundi putat)pmisisset bellādi peritiā.dicens te si me sequeris nō abstrahet inuidus error.Venus aūt per quā oia,quę nascunt,vertunt & oriunt,pulcherrimā puellā promitteret.dicēs(vt nō ignobilis auctor descripsit)Plectra sonora,ioci,plausus,lasciua voluptas.Hæc mea,si reliquis me pfers ipsa puellam.Pro mercede dabo,quæ nō formosior vlla.Respōdit Paris:Grata mihi tua forma Venus,tua munera grata.Plus aliis mihi mēte sedes,certaminis Ecce pignus habet victrix auri spectabile malū.In qua re significat quod hic poeta expresse docet,quia Paris dū Helenā rapuit ob pulchritudinē,cū qua neq; regnū,neq; bellādi gloriā aut peritiā habere potuit,voluptatē gloriæ & sapiētiæ ptulit.Triplex.n.aiūt bonū.honestū vt sapiētię qđ Pallas cōfert:vtile vt regnorū,cuius Iuno administratrix.vñ æolus ad eā li.æneī.i.Tu mihi quodcūq; hoc regni,tu sceptra,Iouēq; Concilias & delectabile vt voluptatū quæ beluis cū hoibus cōes sunt.Iō dicit dictorū carminū auctor:Hac in lite triplex,hoium mellita poesis Depinxit studiū,quorū datur optio cūctis.Fallunt tamē optādo plerīq; sequaces.Luxus habet multos,honor & sapiētia paucos &c.Nupta,sororq;:& soror & coniux Iouis,Iuno.s.Contempta est virtus.i.bellica,quæ sine sapientia non recte administratur.vnde Pallas tam sapientię,q̄ bellorū dea est.Nec piget aut vnq̄ stulte elegisse videbor sup.mihi.nō negat quin elegerit stulte,sed tamē amanti nō ita videt,vnde cæcus fingit amor.Spem mō.i.dūmodo.repetit nūc vnde inceperat.Quæ rata sit &c.

¶ Non ego

¶NON ego coniugium: a genere & potentia se cōmendat. ¶ Pleiada si quæ. Pleiades numero septē tradunt Atlantis & pleiones filiæ: vt Musæus scri. a pleione matre nuncupatæ: ex his vna Electra ex ioue Dardanum genuit: ex Dardano natus est Erichthonius: ex hoc Trous nascitur: is Ilum & Ganymedem filios habuit. Ilus Laomedōtem: Laomedon vero antigonem, Hesionem, & Lampum, Clitionem, ioctonem, Bucolionem, Titonum, & priamum: ex priamo natus est paris. ¶ Auos medi. qui inter iouem & priamum intercesserunt. ¶ Finibus immensis: cum Sceptilo congruere videtur: qui scribit non esse verisimile priamum solum phrygiam possedisse: sed asiæ totius, quæ est cis taurum imperium tenuisse confirmat.

ANTO. Pleiades q̄ fuerint vn̄ dictæ & q̄ paridis p̄sapia

Non ego coniugiū generosæ degener opto,
Nec mea (crede mihi) turpiter vxor eris.
Pleiada, si quæras, in nostra gente, iouemq;
Inuenies, medios vt taceamus auos.
Sceptra parēs asiæ, qua nulla beatior ora est,
Finibus immensis vix obeunda tenet.
Innumeras vrbes, atq; aurea tecta videbis,
Quæq; suos dicas templa decere deos.
Ilion aspicies, firmataq; turribus altis
Mœnia phœbeæ structa canore lyræ.
Quid tibi de turba narrē, numeroq; virorum,
Vix populum tellus sustinet illa suum.
Occurrent denso tibi troades agmine matres,
Nec capiēt phrygias atria nostra nurus.
O quoties dices, q̄ pauper achaia nostra est.
Vna domus quis vrbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit, spartē cōtēnere vestram,
In qua tu nata es, terra beata mihi est.
Parca sed est sparte, tu cultu diuite digna
Ad talem formam non facit iste locus.
Hanc faciem largis sine fine paratibus vti,
Deliciisq; decet luxuriare nouis.
Cum videas cultus nostra de gente virorum,
Quales dardanias credis habere nurus?
Da modo te facilem, nec dedignare maritum
Rure theranhæo nata puella Phrygem,

asiam dictam scri. Hero. ab asio Manei lydi filio: non ab asia prometh. i filia: vt Varro existimauit: vnde & sardis filia fuit quā Asiada vocarunt. ¶ Tecta au. barbarorum mos fuit tecta auro ornare: quod sero ad romanos peruenit. ¶ Canore lyræ: quorum saxa in opus exilibant phœbo ad citharam carmina modulante. ¶ Illa tellus: phrygia adeo populosa est: vt vix teneat, quos habet mortales: id monstrat posse tutari Helenam contra græcorum potentiam. Sunt, inquit, nobis opes, sunt & viri. quibus bellum confici potest: vt Cice. scribit. ¶ Troades: troianę matronæ. ¶ Atria: dicuntur q̄d a terra surgerent: vel ab atriatibus Hetruriæ populis, vnde cōficiēdi atrii sumpta est similitudo. ¶ Achaia: peloponnesus est appellata ab Acheo Xuti filio: deinde ęgialea a rege Aegialeo. ¶ Nec mihi fas fuerit: occupatione spartanam contemnit pauperiem. Thucydides Spartanos tradit græcorū fuisse omniū frugalissimos. ¶ Sparte: Spartes laconiæ thaigeto monti subiecta. Recte in contēptum traducit locum. nam facilius eum optare coget, quem felicitate & oppulentia pręstare monstrauit. ¶ Nostra de gente: phryges fuerunt in vestiendo mollissimi: quod ascanio Turnus apud Virg. exprobrat. ¶ Theranæo rure: extenuat & cultum & patriā laudatis phrygum deliciis. Therāne vicus laconiæ: vbi nata est Helena. Herod. Therāne scri. esse Helenæ templum supra apollinis fanum.

Priamus quātū possederit Asia vn̄ dicta sit Atria vn̄ dicta est Pelopōnesus vnde achaię nomē acceperit Spartāo℞ frugalitas

¶NON ego: incipit se laudare a nobilitate. ¶ Nō ego degener: vel vilis genere: vel a maiorum virtute remotus. ¶ Generosæ: tui nobilissimæ. ¶ Turpiter: dedecorosæ: sed cum magna laude tua. ¶ Pleiada: suæ genealogiæ vetustatem repetita ioue & Electra. Nam Iuppiter concubuit cum Electra filia Atlantis: quæ fuit vna ex septem pleiadibus: quæ in cœlum in stellas translatæ sunt. & ex ea genuit Dardanum: a quo troiani originem ac nomen ducunt. Ouidius in fastis: Dardano Electra quis nescit Atlantide natum, Scilicet Electræ concubuisse Iouem. ¶ Pleiada. i. Electram: quæ ita dicta est: vel a pleione matre: vel a πλέω græce nauigo: quia nauigantes solent pleiadas ipsas obseruare. ¶ Medios auos: idest qui sunt inter iouem & nos. intelligit Erichthonium, Troem, Ilum, Assaracum, Capim, & reliquos. ¶ Ora: regio. ¶ Beatior: ditior: vt diximus supra. ¶ Obeunda: circundanda. ¶ Finibus immensis: propter magnos fines & ambitus. ¶ Innumeras: infinitas. ¶ Quæ dicas decere suos deos. i. quæ sunt ornata, & talia quæ deceant quibus sunt dicata. ¶ Ilion: commemorat hoc oppidū pręcipue, in quo sedes erat regnum asiaticorum. ¶ Structa: ædificata. ¶ Canore. i. sono ablatiuus est casus. ¶ Lyræ phœbeæ: quia (vt alibi diximus) Neptunus & phœbus mœnia Ilii condiderunt. est autē Ilium oppidum ipsius troiæ maximum & celeberrimum: nam troia est regio. ¶ Troades: mulieres troianæ. ¶ Occurrent: veniēt obuiam. ¶ Agmine: multitudine. ¶ Capient: cōtinebūt: quia erunt plures q̄ possint stare in nostra domo. ¶ Achaia: græcia. ¶ Vna do. quælibet sola domus nostrę religionis habebit opes totius vestræ vrbis. ¶ Nec mihi: ne videatur spernere græciam: dicit se venerari plurimum lacedæmona terram natalem ipsius Helenæ. ¶ Spartem: lacedæmona. ¶ Beata: fœlix. ¶ Mihi: iudicio meo. ¶ Parca: non luxuriosa: neq; sumptuosa in vestibus. ¶ Tu dig. cul. di. i. tu mereris ornatum sumptuosum. ¶ Non facit: non conuenit. ¶ Paratibus: ornatibus, cultibus. ¶ Sine fine: infinite. ¶ Luxuriare: abundare, affluere. ¶ Cum videas: sumit argumentum ornatus mulierum ab ornatu virorum; qui solent esse minus deliciosi: cum ergo videas viros ita cultos. ¶ Quales: quasi dicat multo sumptuosiorem, & splendidiorem. ¶ Nurus: puellas. ¶ Facilem: exorabilem, nō duram: vt Faciles venerate Napeas. ¶ Rure therānęo: Theranne Laconiæ oppidum est. Pomponius Mella: in laconide Theranne, Lacedæmon Amycle.

HVBER. Paridis genealogia Pleas vn̄ dicta

Iliū q̄d sit

¶NON ego coniugium: docuit licitum esse quod petit, quia diuino monitu & promissu. docet etiā ex p̄sona sua, q̄a nō minus nobilis sit, immo nobilior & ditior & formosior: & tali fœmina dignior q̄ Menelaus. deinde q̄ eam non ad concubinatum, sed ad coniugium poscit. Nobilitatem autē phrygum probat ex Ganymede deorum pincerna, Tithono auroræ coniuge, & Anchise Veneris amatore. immo (si Heleno Virgiliano credimus) coniuge. dicit enim Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. Pleiada: scilicet Electram Dardani matrem, ex qua Iuppiter Dardanū genuit Troianorū progenitorem. Beatior: idest ditior, & melius habens. Canoro: idest cantu sonoro. hic canor huius canoris. dicitur enim Apollo cum Neptuno mœnia Troiana fabricasse conuocando saxa ad sonum lyræ: quomodo Amphion ad constructionem mœnium Thebanorum. Vnde Hora. in arte: Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda Ducere quo vellet. Quod ideo fictum est, quia eloquentia (vt dicit Cice. li. i. rheto. in p̄fatione, videlicet vir quidam eloquentia) quem per canorem hic intelligit, p̄ditus primus homines siluestres in ciuitatis cōcordiam & ad mœnia construenda concitauit, vt in dicto li. attestatur Hora. Neptunus autē qui aquarū deus est, adiutor fuisse dicitur, quia sine aquis non fit conglutinatio, & ad eas descendunt fundamenta, quæ Neptuno sacrantur. vnde quia (vt in fabulis est) iusiurandū nō seruauit Laomedō. dicit Aenei. ii. Neptunus muros magno emota tridēti, Fundamēta quatit. Opes vrbis. i. quæ sufficiant vrbi. Sparte: græce. nā latine dr̄ sparta. Nō facit. i. nō est idoneus locus iste. i. vilis. Luxuriare. i. superfluere in quauis re. vn̄ & segetes nimiū vegetes dicūtur luxuriare. & quia habitio nimis ampla venerē excitat, vocamus carnis petulātiā luxuriā. Cū videas cultus nr̄a de gēte virorū: hūc dānat in Aenea Iarbas Aenei. iiii. dicēs: Et nūc ille Paris cū semiuiro comitatu, Mæonia mētū mitra, crinēq; madentem Subnixus rapido potitur &c. Et eūdem laudat Paris sed muliebriter. verū tamē sunt quibus animus est longe alius, de quibus videlicet dicit Iuuena. Saty. vi. Ferrum est quod amant,

ASCEN.

Phryx erat & nostro genitus de sanguine,q nūc
Cum diis potando nectare miscet aquas.
Phryx erat auroræ coniux,tñ abstulit illum
Extremū noctis quæ dea finit iter.
Phryx erat anchises,volucrū cui mater amorū,
Gaudet in idæis concubuisse iugis.
Nec puto collatus forma Menelaus,& armis,
Iudice te nobis anteferendus erit:
Non dabimus certe socerū tibi clara fugantem
Lumina,qui trepidos a dape vertat equos.
Nec pater est Priamo soceri de cæde cruentus:
Et qui myrthoas crimine signet aquas.
Nec proauo stygia nostro captantur in vnda
Poma, nec in mediis quæritur humor aquis.
Quid tñ hoc refert:si te tenet ortus ab illis.
Cogitur huic domui iuppiter esse socer.
Heu facinus,totis indignus noctibus ille
Te tenet amplexu perfruiturq; tuo.
At mihi conspiceris posita vix deniq; mensa,
Multaq;,quæ lædant, hóc quoq; tēpus habet.
Hostibus eueniant conuiuia talia nostris:
Experior posito qua lia sæpe mero.
Pœnitet hospitii,cum me spectante lacertos

ANTO. ¶ PHryx erat:fœlicitatē patriæ cōmendat a genere.¶ Nectare miscet aquas:Ganymedē signat q qui raptus in ida factus est iouis pincerna.¶ Coniux auroræ:is est Tithonus lōgæuus senex,quē auroræ coniugē fuisse cōstat:ex qbus Mēnon natus est,quē Achilles peremit.dū cremaret in auē versus cū sororibus credit:q cum volitare circa eius sepulchrū ad Troiam solū conspiciant.Mēnoniæ sunt nuncupatæ.¶ Mater amorū:ea est Venus cū qua ad Simoēta fluuiū Anchises cōcubuit & ex his natus est æneas.¶ Nec puto collatus:seipsum cōmendat a forma,& ætate:Menelaumq; in cōtēptum ducit:obiiciens suorū malorum scelera.¶ Socerū tibi clara fugantē Lumina:cœnā thyestæ obiicit:a qua suos radios auertisse solem poetæ scribunt. Atreus & thyestes Pelopis filii alternis annis Mycænarum imperiū tenebant. Mercurius filii Mirtylli necem, quem in mare præcipitarat Pelops maxime dolēs dissentionē fecit Thyestes:vt Arietis martii pellem aureā, quę apud atreū seruabaẗ haberet, Aeropē(quā alii Meropem appellant)vitiauit:vnde nati sunt Tātalus,Plistenes, & Arpagines:quos simulata pace: vbi facinus comperit Atreus frater:epulandos pueros apposuit:a tāto facinore sol dr radios auertisse.¶ A dape:ex cœna thyestæ q̄ filios deuorabat.¶ De cæde soceri:Pelopem signat:qui myrtillum aurigam in mare præcipitauit Oenomaū socerū trucidauit.¶ Mythoas aquas: a præcipitato myrtillo mythoas dicimus.¶ Captātur in vnda poma:ad Tantalum Pelopis patrem hoc refert:qui sitibūdus in media aqua:exuriēsq; cū ad verticē ois gñis poma habeat,nec bibere,nec famē sedare datū est.¶ Te tenet:vi possidet: nō volūtate Menelaus:q a Tātalo genus ducit.¶ Huic domui:enunciandum cum contēptum est.¶ Heu facinus indignum:narraturus quem assiduo maxime in amore molesta sunt ab excādescentia incipit.¶ Vix deniq; mensa:ecce qđ augebat miseriā:quod Menelaus (vt volebat) fruebaẗ:ipse vero vix cōspicere poterat.¶ Hoc tps:dū discūbimus.

Spte vbi locoꝝ Phrygū habitus
Teramne vbi locoꝝ & vbi helena nata fuerit
Ganymedis fabula
Titōis fa.
Memnōis mors
Atreis & thyestes q fuer & de orū i alternū feritate
Pelopis facinora
Tātali fa.

HVBER. ¶ PHryx erat:laudat Phrygū nobilitatē.¶ Qui nūc cum diis potando:Ganymedē intelligit.hic filius fuit Trois regis troianorū amatus a Ioue:qui cū in Ida venareẗ,a Ioue in formā aquilæ trāsfigurato raptus est:& expulsa Hebe,quæ sibi ministrābat pincernā suū instituit.Oui.li.x.meta. Arripit iliadē,q nūc quoq; pocula miscet,Inuitaq; ioui nectar iunone ministrat.¶ Nectare:nectar potio est deorū.¶ Auroræ coniux.i.Tithonus is frater fuit Laomedōtis:q ab aurora amatus ex ea genuit Mēnona:quem postea in auxiliū Troianorum misit.¶ Quæ finit extremū iter noctis:quia aurora tenet confinia lucis quæ inchoat:& noctis quā finit.¶ Anchises:is filius fuit Capis formosissimus amatus a Venere:cum quo concumbens in monte Ida postea apud Simoenta fluuium genuit æneā.¶ Volucrum:velocium,habentiū alas.¶ Amorū:sunt enim gemini vt alibi diximus.¶ Gaudet:quasi re honesta.vnde & apud Virg.Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.¶ Iugis:vertice.¶ Nec puto:laudat se a pulchritudine & fortitudine:quibus duabus rebus ꝓponit se Menelao.¶ Collatus:comparatus.¶ Iudice te:iudicio tuo.¶ Non dabimus:sic laudat se:vt deprimat patrē Menelai.dicit enim se nō habere patrē,qui sit futurus socer Helenæ:q filios coxerit:& solē eo scelere fugauerit.¶ Fugātē,repellentem.¶ Trepidos:vel timidos:vel festinos.¶ A dape:a cōuiuio suo scelerato.Fabula hoc habet: Atreus & Thyestes fratres fuerūt filii Pelopis.Atreus vxorem habuit Aeropem noīe,quam cum frater Thyestes ardenter amaret:cum ea concubuit.quod cū frater intellexisset:in vltionem huius sceleris filios coxit:& comedendos fratri apposuit assimulata cum eo concordia:hanc rem ne Sol videret:dicitur auertisse se.de hac re scripta est Tragœdia apud græcos.ex atreo crediẗ natus Menelaus:vnde esset socer Helenæ.dicit ergo nō dabo tibi talē socerū,qualis fuit Atreus:qui humanas dapes fratri apponat.¶ Nec pater est.i.nec pater Priami auus meus,qui socerum suū interfecit sicut Pelops auus Menelai.diximus supra in epistola Hermiones fabulā Oenomai patris Hippodamiæ:quam Pelops cursu vicit.is aūt Pelops,vt regno soceri potireẗ,eum interfecit.¶ Et qui myr.i.nec dabimus auū,qui aliquem in mare præcipitauerit submergendum:sicut Pelops myrtillū aurigā Hippodamiæ quo fauente eam vicerat, in mare ꝓcipitauit:a quo mare myrthoum dictum est hæc fabula loco supradicto narrata est.¶ Nec proauo:amplificat odiū gentis Menelai dicens:nec proauus meus dānatus est apud inferos eadē pœna:vt aquā vsq; ad os habeat, & poma:neq; tamē bibere aut comedere possit sicut Tātalus proauus Menelai. Tātalus enim cū esset familiarissimus deorū:& iouē cū cæteris diis ad cōuiuium inuitasset:dicit Pelopē filiū suū coxisse.& diis comedēdū apposuisse:vt eorū diuinitatē tētaret:a quo oēs abstinuerūt,excepta Cerere:q humerū eius cōsumpsit;postea cū dii eū ad vitā reuocare vellēt:humerus est ei eburneus restitutus. vñ Vir. Humeroq; Pelops insignis eburno. Inde Tātalus hac pœna dānatus apud inferos dr:vt nec vndis,nec pomis tangētibus ora perfruaẗ. Sunt tñ q eū hac pœna non ꝓp cædē filii:sed qa indicauerat arcana deorū dānatū putēt.qđ qdē Oui.in.i.amorū signat: Quærit aquas in aqs:& poma fugacia captat Tātalus:hoc illi garrula lingua dedit.& idem li.iii.amorū:Sic aret in mediis taciti vulgator in vndis,Pomaq; quæ nullo tpe tāgat,habet. Euripides dicit eū suspensum in aere:ppterea q aduersus deos esset maledicus.¶ Quid refert:qđ interest:qđ mihi ꝓdest.maiores Menelai tales esse.¶ Si ortus.i.si Menelaus natus ab illis.¶ Tenet te:placet tibi.¶ Cogiẗ:subaudi si Iuppiter cogiẗ esse socer huic domui.i.cōtra volūtatē suā cōpelliẗ esse socer ipsius Menelai:qui est de gente ita scelerata & impia.nā si Helena quæ est filia iouis sit eius vxor:necessario Iuppiter erit eius socer.¶ Heu fa.pergit adducere eum in odium.¶ Indignus:qui non meretur talem vxorem.¶ Mihi:quasi diceat qui te amo ex corde.¶ Vix deniq;:idest etiam cum difficultate.¶ Posita:parata.¶ Hoc tempus:mensæ, & cœnæ.¶ Quæ lædāt:quæ displicent.¶ Eueniant:optantis est.¶ Talia:ita acerba.¶ Pœnitet ho.i.pœnitet me esse in ea domo.

Teramne
Ganymedes
Nectar qd sit
Tithonus
Memnon
Anchises ꝯcubit⁹ ex quo ænea ꝓcreat⁹ est
Atrei & thyestis fa.
Pelops
Mirthoi a quo mare myrthoū nomen accepit
Mors Tantali
Pelopis fabula

ASCEN. ¶ Nec puto collatus &c.qđ summe necessariū erat,incipit Menelai amorē excludere,sicut Maro dicit abolere Sichęū.Socerū.s.Thyestē;sed Priamū.Nā a cœna Thyestæ auertit Sol equos.ad qđ alludit Dido Aenei.i.dicēs:Nec tā auersus equos tyria Sol iūgit ab vrbe.Nec pr.s.pelops Thyestæ pr,q Plistenē genuit,vñ Agāmēnō & Menelaus nati sunt, quis amidæ dicātur.Nec pauo.s.Tātalo,qui proauus est Menelai,quia pater Pelopis.Cogiẗ huic.s.tā scelestæ domui.i.familiæ. Iuppiter esse socer.q.d.tā bonus deus q Iuppiter dictus est iuuās pr.indignū ergo cēset Helenam filiā Iouis ex leda Tyndari vxore progenitā in tā scelestā familiam detrusam,innuens contra se ea dignum quippe,qui de sanguine Iouis ortus sit.

¶ Rusticus

¶ RVSTIcus: cum stomacho est hoc enunciandum. ¶ Rumpor: torqueor inuidia. ¶ Fouet: lasciue tractat. ¶ Inuito: fastidito præ dolore. ¶ Crescit: non conteritur, sed durior efficitur. ¶ Flammam compescere: cohibere amoris æstum infuso mero. ¶ Ebrietas fuit ignis in igne: accendit amoris insaniam. ¶ Recumbo: discumbo dicendum fuerat, si carmen permisisset. ¶ Reuocas oculos: in te vertis præ desiderio. non possum, inquit, me continere: quin ad te oculos reuocem. Quid faciam: com municatio hæc miserationem mouet. ¶ Abesse: doleo, cum video tuos & Menelai lusus, sed multo fortius sollicitor, dum te non video. ¶ Qualibet & possum: modestiam suam in amore comm ndat. ¶ Tibi soli: non Menelao: nõ aliis. ANTO.

Imponit collo rusticus ille tuo.
Rũpor & inuideo. quid nunc tñ oĩa narrem?
Membra superiecta cũ tua veste fouet?
Oscula cum vero coram non dura daretis:
Ante oculos posui pocula sumpta meos.
Lumina demitto, cum te tenet arctius ille:
Crescit & inuito lentus in ore cibus.
Sæpe dedi gemitus, & te lasciua notaui,
In gemitu risum non tenuisse meo.
Sæpe mero volui flammam compescere, at illa
Creuit, & ebrietas ignis in igne fuit.
Multaq; ne videam, versa ceruice recumbo:
Sed reuocas oculos protinus ipsa meos.
Quid faciam dubito, dolor est meus ista videre,
Sed dolor a facie maior abesse tua est.
Qua licet, & possum, nitor cœlare furorem,
Sed tamen apparet dissimulatus amor.
Nec tibi verba damus, sentis mea vulnera sentis:
Atq; vtinam soli sint ea nota tibi.
Ah quoties lachrymis venientibus ora reflexi:
Nec causam fletus quæreret ille mei.
Ah quoties aliquẽ narraui potus amorem:
Ad vultus referens singula verba tuos.
Indiciumq; mei ficto sub nomine feci.
Ille ego, si nescis, verus amator eram.
Quin etiã, vt possem verbis petulantius vti,
Non semel ebrietas est simulata mihi.
Prodita sunt (memini) tunica tua pectora laxa:
Atq; oculis aditum nuda dedere meis.
Pectora vel niuibus puris, vel lacte, tuamq;
Complexo matrem candidiora Ioue.
Dũ stupeo visis (nam pocula forte tenebam)
Tortilis a digitis excidit ansa meis:
Oscula si natæ dederas, ego protinus illa
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
Et mõ cãtabã veteres resupinus amores:
Et modo per nutum signa tegẽda dabam.

¶ Ora reflexi: vultum alio conuerti. ¶ Ille: tacuit ob inuidiam nomen de Menelao locuturus. ¶ Amorem aliquem: quo pacto multi amarint exposui. ¶ Ad tu. vul. ad te ipsam conuersus singula verba exprimebam. ¶ Indiciumq; mei: me amare indicaui. ¶ Sub fal. no. sub nomine alieno. nam quem alium dicebam: is ego eram. ¶ Petulantius: multa ob loquendi licentia. ¶ Aditum dedere: præbuerũt ad conspiciendam viam. ¶ Ioue: qui in forma oloris cum leda con cubuisse traditur. est olor pennis candidissimus. ¶ Tortilis ansa: in poculis ansæ: aliæ leues erãt: aliæ tortiles. ¶ Veteres amores: verũ gesta in amore: vt pyrrami, & Thesei, & Herculis. ¶ Resupinus proiectus mollire: vt nimio vino pleni facere cõsu uerunt: veluti polyphemus apud Virg. cum tradit medio resupinus in antro. Iouis adulterium cũ Leda Anserum quot genera fuere

¶ RVsticus: incultus, sine moribus & blandiciis. ¶ Rũpor, scilicet dolore. ¶ Cum ille: Menelaus. ¶ Fouet tua membra veste superiecta idest cum te amplectitur: & tenet in vlnis sub veste sua. ¶ Quid nunc: hæc dicta sunt per parenthesin. ¶ Non dura: mollia, & lasciuia. ¶ Posui po. ante ocu. ne viderẽ. ¶ Demitto: inclino. ¶ Arctius: strictius. ¶ Crescit in ore cibus: videtur crescere: quia præ dolore comedere non possum. Iuue. Interq; molares: Difficili crescente cibo. ex anxietate enim cibus multum commasticatus & commãsus vix potest demitti per fauces. ¶ Notaui: aduerti. ¶ Compescere: coercere. ¶ Ebrietas fuit ignis in igne: quia ex vitio crescit amor. Ouidi. li. iii. de arte: Cum Veneris puero non male Bacche facis. idem: Vina parant animos: faciuntq; caloribus aptos. vnde Paulus apostolus: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. ¶ Recumbo: discumbo ad mensam. ¶ Ceruice ver. verso capite in aliam partem. ¶ Protinus: statim: quia non diu possum manere, quin te aspiciam. ¶ Maior: scilicet q̃ videre. ¶ Abesse: discedere. ¶ Qua licet: quatenus licet. ¶ Nitor: conor. ¶ Dissimulatus: occultatus. ¶ Nec damus verba: nec te decipimus. ¶ Tibi soli: ne alius aduertat. ¶ Reflexi: retroflexi: ne viderer lachrymari. ¶ Ipse: maritus tuus ¶ Potus: cum bibissem. Aliquem amorem: idest amorem alicuius. ¶ Referens: conuertens. ¶ Ad tuos vultus: vt intelligeres me ea dicere propter te. ¶ Indicium: demonstrationem mei ipsius: ¶ Sub nomine ficto: nam cum alium nominarem amantem, de me significabam. ¶ Ille: cuius amorem narrabam. hæc autem omnia esse facienda ab amatore ostendit Oui. lib. ii. de arte: Hic tibi multa licet sermone latentia tecto Dicere: quæ dici sentiat illa sibi. Blanditiasq; leues tenui perscribere vino, Vt dominã in mensa se legat illa tuam. Atq; oculos oculis spectare fatentibus ignem &c. ¶ Petulantius: licentius, audacius. ¶ Nõ semel: idest sæpius. ¶ Simulata: idest ostendi me esse ebrium: quod Ouid. in. ii. de arte præcipit: Ebrietas vt vera nocet, sic ficta iuuabit: Fac titubet blæso subdola lingua sono. Et quicqd dices: facies ue proteruius æque, Credatur nimium causa fuisse merum. ¶ Prodit: aperta. ¶ Tunica la. i. veste laxata: & largius aperta. ¶ Nuda: scilicet pectora. ¶ Dedere adi. oc. idest visa sunt oculis meis. ¶ Pectora: laudat pulchritudinem & candorem eius pectoris. dicit potuisse comparari vel niuibus intactis: vel lacti: vel ei cygno in quem Iuppiter transformatus concubuit cum Leda eius matre. cum enim omnes cygni sint candidi, credibile est illum fuisse candidissimum. ¶ Dũ stupeo: idest vix sum apud me. ¶ Visis: scilicet pectoribus tuis. ¶ Ansa: dicitur in poculis ea pars quæ manu capitur & tenetur poculum. Virg. in buc. Et grauis attrita pendebat cantarus ansa. nam manubrium & capulum de gladiis dicimus. ¶ Tortilis: fiebat enim ansa intorta. Excidit: idest cecidit a manu. ¶ Nam pocula: per parenthesin legendum est. Natæ: filiæ tuæ Hermiones. ¶ Ego tuli il. idest ego osculabar illam, vbi tu dederas oscula tua. ¶ Modo: interdum. ¶ Tegenda: cœlanda. ¶ Per nutum: vt ipse in: idest amorũ: Me specta: nutusq; meos: vultumq; loquacem. HVBER Cygnorũ qualitas Ansa quid sit

¶ ET te lasciua: per gratã petulantiam, libertatem, ac proteruiam hoc profert paris: quasi inuidia percitus, & zelotypia æstuans, qua re nihil gratius amantibus. Sic Maro: Malo me Galatea petit lasciua puella. Ebrietas: idest superabundantia vini. fuit ignis. i. incendium. in igne. i. in amore. Aut ebrietas ignis. i. amoris fuit in igne s. indignationis. Quid faciam dubito: amatorie docet cruciatum suum, cum neq; videre, neq; non videre patiatur eam. nam videnti dolet a rustico tractari, non videnti non posse talem vultum contemplari. Narraui potus: quia post potum & lasciua narrari solent, & liberius, incautiusq;. vnde Flaccus dicit: Reges dicuntur multis vrgere culullis. Et torquere mero &c. Prodita sunt: quia gaudent summopere formosæ laudari. laudat eam a forma, & lepore corporis. Ioue complexo matrem: quia conuersus in cygnum cõplexus est ledam: quæ ex eo & Tyndaro duo oua concepit. ex quorum altero natus pollux & Castor. vnde Horatius: ouo prognatus eodem &c. Creditur tamẽ Castor Tyndari filius, & ob id mortalis fuisse. Ansa est, qua capitur poculum. in buco. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Erant autem aliquando ansæ tortiles: idest intortæ, & interdum sculptæ; Vnde in eisdem: Et molli circum est ansas amplexus Achanto. ASCEN.

Clymene & æthra q̄ fuere. Hippomenis & atalātæq; fabula. Hippodamia q̄ fuit.

ANTO. ¶CLYmeneq;, æthraq;: Septumius tradit duas has Menelai affines fuisse relictas ad Helenæ custodiam: quę cū Paride fugerunt. hoc uaitu in sollicitudine Helena relinquit: honeste in alias sermonē transferens. ¶ Formidare: dixit facile posse venire in meam sententiā: nisi timerēt, ne rē ante factū sciret Menelaus. ¶ Medias pces: quod signū est formidātis. ¶ Dii facerent: ex optatione audaciam amoris gratia in subeundis certaminibus firmat. ¶ Magni cer. qd certamē q̄uis magnum, si tu certaminis esses præmiū, subirē. ¶ Vt tulit Hippomenes: ex Onchesto Neptuni filio natus est Megareus: qui filium habuit Hippomenē. is Atalantā Schœnei filiā cursu supasse traditū a Venere adiutus quę illi tria poma ex hortis Hesperidū dedit: quibus proiectis puellæ cursum impediuit: repudiabat puella coniugium: qā oracula tulerant: cum primum nuberet: fore vt seipsa careret: versa enim est in leonē cum viro Cybeles indignatione: qā in eius templo per cōtēptū hippomenes vxoris virginitatē libauerat. ¶ In phrygios sinus: de pelope intelligit: qui cū ex phrygia in pelopōnesum nauigaret (vt auctor est Thucydides) vxorē Hippodamiā Oenomai filiam duxit: quā tulit victoriæ pmiū: vt diximus. ¶ Acheloia cor. cū acheloo pugnasse Herculē ob Deianiram exposuimus. ¶ Per has leges isset: vt tu pmiū esses certaminis. ¶ Isset fortiter: victoriā consequeretur. ¶ Opus: pmiū meæ victoriæ.

Cassandrę vaticiniū. Multa nomina more veteres in au ferēdi casu in e nūciantur.

¶ Nil supest: qā certaminis pmiū esse nō potes. ¶ Te coniuge: hone stius culpam texit, q̄ si dixisset amica. ¶ A cœleste figar sagitta: Cassandra cū apud Ennium in tragœdia vaticinatur de troiano excidio, refert cœlesti sagitta pcussum Paridē, cum cītā videret classem parari: quæ incendiū troianū fuerat. Cœleste dixit more veterum qui nomina, quę auferendi casu enūciant in e efferebāt: vt mari & mare. qd in argonauticis Varro attacinius ostēdit: cū dicit: cingit oceano libyco mare flumine Nilo. Et lucan. in. vii. suæ pharsaliæ dixit: Erepto natale feret. ¶ Parce datū fatis: arguit amorem hūc fore necessariū a fato. ¶ Datū: qd fata cōstituerūt. ¶ Excipe me lecto: ex cā petitionē hon stiorē facere vt. ¶ Venerē maritā: maritalē pudicitiam. ¶ Iura viri legitimi: interpretatur maritā Venerem.

Et comitū primas, clymeneq;, æthraq; tuarum
Ausus sum blandis nuper adire sonis.
Quæ mihi nō aliud, q̄ formidare, locutæ,
Orantis medias deseruere preces.
Dii facerēt pmiū magni certaminis esses:
Teq; suo posset victor habere toro.
Vt tulit Hippomenes schœneida pmia cursus
Vincit vt in phrygios Hippodamia sinus
Vt ferus Alcides acheloia cornua fregit,
Dum petit amplexus Deianira tuos.
Nostra per has leges audacia fortiter isset
Teq; mei scires esse laboris opus.
Nūc mihi nil supest, nisi te formosa pcari,
Amplectiq; tuos, si patiare, pedes.
O decus, o pſens geminorū gloria fratrum,
O Ioue digna viro, ni Ioue nata fores.
Aut ego sigæos repetā te coniuge portus,
Aut hic tænarea contegar exul humo.
Nō mea sunt sūma leuiter districta sagitta
Pectora, descēdit vulnus ad ossa meum.
Hoc mihi (nā recolo) fore vt a cœleste sagitta
Figar, erat verax vaticinata soror.
Parce datū fatis Helenæ cōtēnere amorem:
Sic habeas faciles in tua vota deos.
Multa qdem subeūt, sed corā vt plura loquamur
Excipe me lecto nocte silente tuo.
An pudet? & metuis venerē temerare maritā?
Castaq; legitimi fallere iura tori?
Ah nimium simplex Helene (ne rustica dicam)
Hanc faciem culpa posse carere putas?
Aut faciē mutes, aut sis nō dura, necesse est.

Aethra

Atalanta

HVBER ¶PRImas. i. pcipuas & tibi intimas. ¶ Aethram: hæc credit fuisse mater Thesei: vt alibi diximus. ¶ Adire: alloq. hoc pcipit Oui. in. ii. de arte: Sed prius ancillam captatæ nosse puellæ Cura sit, accessus mollet illa tuos. ¶ Quæ: comites tuæ. ¶ Nō locutę aliud. i. aliud nō respōdentes. ¶ Quā formidare: q̄ se timere. ¶ Deseruere med. pces. i. noluerūt audire oēs meas pces. ¶ Pretium cer. esses. i. vt pponereris pmiū ei: qui te in aliquo magno certamine vincēdo ɔsequeretur. ¶ Vt tulit: sumit exēpla quorundā, qui certarūt pro amore: quos dicit se esse imitaturum. ¶ Schœneida: Atalātā filiā Schœnei: q̄ cū ab oraculo accepisset vt vitaret coniugiū, cū esset pnicitate pedū pstātissima: & multi eā vxorē peterēt: hāc cōditionē procis imponebat: vt a se currendo victi morte plecterent: victor eius coniugio poti retur. Cū igitur inter multos, qui eā petebāt, adesset Hippomenes illius pulchritudine incēsus, Venerē in auxiliū rogauit, q̄ ex Damasceno agro Cypri tria mala aurea ei attulit: monuitq; vt intercurrendum virgini ea obiiceret: futuret. n. vt illorū cupiditate tardaretur: parens igitur eius præceptis vnum in obliquum coniecit: ad quod q̄ primum capiendum Atalanta a cursu diuertit: mox alterum: & postremo tertiū: quæ omnia dum puella cupida attollere curat: cursu ab Hippomene est pręuēta & superata postea ingratus aduersus Venerem fuit, quare illa indignata impatientiam libidinis in eos immisit ita vt in loco sacrato Cybeli matri deorū concubuerint: ob quā causam in leones cōuersi sunt a Cybele: vt scri. Oui. li. x. meta. dicit ergo Paris q sicut Hippomenes non territus cōditione mortis certamine cursus Atalantam meruit: ita & ipse idem faceret pro Helena. ¶ Alcides: Hercules. ¶ Cornua acheloia. i. cornua Acheloi: & ipse pro Deianira certauit. dictū est in epl'a Deianiræ in eo loco: Ne pigeat, pugnæ bis tibi causa fui. Cornua flens legit rapidis achelous in vndis. ¶ Nostra: subauditur fuisset. ¶ Per has leges, per tales conditiones ausus essem ire. ¶ Te esse opus mei la. i. te meo labore esse cōparatam. ¶ Nil su. nil restat quia non pponeris talibus certaminibus. ¶ Amplectiq; pe. quod pręcantes facere solēt. ¶ O de. pcatur eā: & laudat simul. ¶ Fratrum: Castoris & Pollucis. ¶ Digna io. ui. digna quę esses vxor iouis nisi esses filia. ¶ Sigæos: Troianos. ¶ Te con. te abducta mecum in coniugem. ¶ Aut contegar: sepeliar. ¶ Humo tęnarea: in hac tua terra laconica. ¶ Exul: nunq̄ amplius domum reuersus. ¶ Districta: percussa. ¶ Leuiter: parum, sed vehementer. ¶ Vulnus: amoris. ¶ Ad ossa: in medullas. ¶ Hoc: ostendit amorē suum esse fatalem: quē dicit prædictū sibi fuisse a Cassandra sorore sua diuinatrice. ¶ Recolo: in memoriā reduco.

Ablatiui q̄q; cōtra regulas in e ponūtur

¶ Fore: futurū esse. ¶ A sagitta cœleste. i. ab amore cœlestis mulieris. notādus est aūt hic ablatiuus cœleste in e contra regulam desinens necessitate metri. ¶ Parce: serua: noli. ¶ Helene: vocatiuus est a noiatiuo Helene. ¶ Sic: adiurantis est. ¶ Faciles: exorabiles: benignos. ¶ In tua vota: ad ea quę optaueris. ¶ Subeunt: succurrunt: veniunt in mētē, quę possim scribere. ¶ Coram: præsentes. ¶ An pudet: excipere me lecto tuo. ¶ Legitimi: Menelai, quē legitimum tibi putas. ¶ Simplex: imprudens. ¶ Ne rustica dicam: quasi dicat quod etiā possum dicere: si habes hunc timorem. ¶ Hanc: talem: tam pulchram. ¶ Putas q. d. falleris. ¶ Mutes faciem: vt non sis pulchra. ¶ Non dura: idest facilis.

¶ET comitū primas. i. principes inter pedisse, quas, ac comites tuas, qa ab illis (vt Ouid. in arte docet) auspicandus est amatoribus aditus. ¶ Quæ nō locutæ mihi aliud q̄ formidare sup. se. deseruere medias pces orātis. s. mei: hoc est pces meas orantis eas. & ita significat lōge aliud respōdisse, sed minatas fuisse illi mortē si amplius loqtur, nec voluisse auscultare. vn̄ qa seclusa est via p eas: exclamat. q. d. O vtinā dii facerēt &c. Dii facerēt subaudi vtinā. q. d. si daret aliqua tui acquirēdæ via, aditē ēt cū vitę piculo, sicut atalātā acqsiuit Hippōenes, & Deianirā Hercules, vt in Deianira ptractū est. In phrygios sinus: hos versiculos nō oēs codices habēt: imo paucissimi. Vt a cœleste: rara declinatio. nā cœlesti regulariter dicitur. verum sicut cœleste licenter dixi, ita & in genitiuo plurali cœlestum pro cœlestium, sicut & Maro: Cœlestum vis magna &c.

¶LIS est

¶LIS est cum forma magna pudicitiæ: hæc sñia vtitur Petronius, qui tradit pudicitiã cum forma raram fecisse mixtu ram. ¶ His gaudet: probat factum ab auctoritate deorum. ¶ Ego solus: mecum tantummodo pecces: cum aliis castitatem serues. ¶ Nunc ea pec. ea peccata committamus. ¶ Hora iugalis: cõiugium quicquid peccatum fuerit. ¶ Sed tibi & hoc sua det: facilitatem suadet a Menelai absentia. ¶ Cræsia regna: in cretam nauigasse Menelaum: Paride domi relicto expo suimus. ¶ O mira calliditate: ducit Menelaum in contemptum: eius factum irridens. ¶ Hospitis idæi curam: commemo ratione hac iusta eius petitionem agere conatur. ¶ Agas curam hospitis: Paridem cures. ¶ Pro nobis: loco nostro: ea ratio ne dictum est: vt pro consule & pro prætore: & Cice. in proportio ne timeo dixit. ¶ Sine pectore: insulsum significare voluit: nam vt vecordes dicimus: qui nullius sunt consilii: ita sine pectore insanos appellamus. ¶ Dotes: formæ elegantia. ¶ Aut erimus stulti: a contra rio suadet: nõ sumus stulti: ideo vtemur data opportunitate. ¶ Se curum: sine dubitatione datum a Menelao. ¶ Simplicitate: ea quæ est exclusis omnibus criminibus: recta tantum suadet & præsentia curat. ¶ Longa: vel quam longiorẽ videri facit amoris affectus: vel quæ esset sub hyemali solstitio. ¶ Iungant: sollicitudinẽ excludãt. ¶ Candidior: lætior: vt apud Propertiũ. ¶ O nox candida: & o tu le ctule deliciis facte beate meis. ¶ Iurabo: fraudis timorem excludit.

ANTO. Pudicitia & forma ra o inue nitur

Pro nobis quid elegã ter signet

Vecordes & insani q sint

Lis est cum forma magna pudicitiæ.
Iuppiter his gaudet, gaudet venus aurea furtis,
Hæc tibi nempe patrem furta dedere iouẽ.
Vix fieri, si sint vires in semine amorum,
Et Iouis, & ledæ filia casta potes.
Casta tamen tunc sis, cum te mea troia tenebit:
Et tua sim (quæso) crimina solus ego.
Nunc ea peccemus quæ corrigit hora iugalis.
Si modo promisit non mihi vana Venus.
Sed tibi & hoc suadet rebus nõ voce maritus:
Neue sui furtis hospitis obstet, abest.
Non habuit tempus, quo cræsia regna videret
Aptius, o mira calliditate virum.
Ipse abit, idæi mando tibi dixit iturus
Curam pro nobis hospitis vxor agas.
Negligis absentis (testor) mandata mariti,
Cura tibi non est hospitis vlla tui.
Hunccine tu speras hoiem sine pectora dotes:
Posse satis formæ tyndari nosse tuæ?
Falleris ignorat, nec si bona summa putaret,
Quæ tenet, externo crederet illa viro.
Vt te nec mea vox, nec te meus incitet ardor,
Cogimus ipsius commoditate frui.
Aut erimus stulti, sic vt superemus, & ipsum,
Si tam securum tempus abibit iners.
Pene suis manibus ad te duxit amantem,
Vtere mandantis simplicitate viri
Sola iaces viduo tam longa nocte cubili,
In viduo iaceo solus & ipse toro.
Te mihi, meq; tibi communia gaudia iungant,
Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo quæ vis tibi numina, meq;
Astringam verbis in sacra iura meis.
Tunc ego, si non est fallax fiducia nostri,
Efficiam præsens, vt mea regna petas.

¶LIS est: sententia est rhetorica pudicitia & pulchritudo non concorditer simul esse possunt. Iuue. Raro est adeo concordia for mæ. Atq; pudicitiæ. ¶ Furtis: adulteriis. ¶ Hæc: talia. ¶ Iouem pa trem tibi: quia nisi mater tua quæ vxor erat Tyndarei cum Ioue concubuisset: non esset pater tuus. ¶ Vix fieri latenter: ostendit fi lios filiasue trahere mores a parentibus: dicit enim cum sis filia Io uis & Ledæ: qui adulterio delectati sunt vix potes esse casta. Or do: tu filia Iouis & Ledæ vix potes esse casta: Si vires amorũ sunt in semine: idest sunt in generatione: idest si filii trahunt vim amo ris a generatione parentum. ¶ Casta tamen: dicit nunc velim falsas maritum tuum: sed cum eris mecum sis casta: & cum nullo pecces nisi mecum. ¶ Ea peccemus: ea committamus. ¶ Quæ hora iugalis corriget: idest quæ postea emendabit matrimonium: & faciet non esse peccatum: corrigitur enim adulterium: cum adulteri legitimo copulantur matrimonio. ¶ Non vana: non falsa quod sis futura vxor mea. ¶ Sed tibi: arguit commoditate quam absentia mariti ei præstat. ¶ Rebus: effectu. ¶ Non voce: quia non dicit tibi vt hoc facias: sed significat se esse contentum: cum me hic præsente di scessit. ¶ Et abest: ne obstet: furtis sui hospitis: idest ne præsentia sua impediat amorem: & concubitum meum tecum. ¶ Cræsia: Cre tensia. nam vt dixi Menelaus profectus fuerat in Cretam: quo tẽ pore Paris in eius domo hospitabatur. ¶ O mira calliditate: pro mi ræ calliditatis & astutiæ & est hyronia: quasi dicat: o simplicem & stultum hominem. ¶ Ipse: quasi dicat stultus. ¶ Iturus: abiturus. ¶ Dixit o vxor: o Helena. ¶ Mando: committo tibi & præcipio. ¶ Hospitis Idæi: Paridis Troiani ab Ida monte Phrygiæ. ¶ Negli gis: quia ei non pares. ¶ Tyranni: regis: vt Virgilius, Pars mihi pa cis erit dextram tetigisse tyranni. Legitur tamen etiam hic mariti. ¶ Hunccine: adducit Menelaum in contemptum dicens esse fa tuum & [illegible]tum: qui non possit cognoscere pulchritudinem ipsius Helenæ: h[illegible]ccine pro hunc ne. ¶ Sine pectore: idest sine sapientia: Horatius in Epistolis. Non tu corpus eras sine pectore. ¶ Dotes: precium excellentiam. ¶ Tyndari: o Helena. ¶ Magna bona: scilicet pulchritudine. ¶ Non crederet: non commiteret. ¶ Vt: quamuis. ¶ Mea vox: mea verba: & est sensus: licet nec verbis meis: nec vehementi meo erga te amore exciteris: tamen est fallendus maritus tuus: & debes mihi morem gerere: quia simplex est & stultus. ¶ Vt superemus & ipsum: idest vt simus etiam ipso stultiores. ¶ In[illegible]rs: idest sine effectu amoris: & concubitus. ¶ Amantem: me. ¶ Pene: fere suis manibus: quod solent facere lenones & lenæ. Tibullus: Hæc mihi te adducit tenebris: multoq; timore Coniungit nostras clam tacitur na manus. ¶ Sola: dicit esse conueniens: vt et amorem gerat & vno lecto coniungantur: quia ambo soli dormiunt. ¶ Cõ munia: quæ vterque capiemus. ¶ Gaudia: voluptates. ¶ Candidior: idest erit mihi ita iucunda: vt videatur esse lætior medio die. ¶ Quæuis: quælibet. ¶ In sacra iura: scilicet matrimonii: idest obligabo me futurum semper maritum tuum. ¶ Petas mea regna: idest venias in Troiam.

HVBER

Adulterii correctio

Tyrãnus qui sit sm antiquos

Lenonis exercitiũ

¶LIS Est cum forma. sic Iuuenalis. Rara est concordia formæ. Atq; pudicitiæ. Sed tibi & hoc suadet &c. Docet ma ritum quasi consentientem opportunitatem fecisse: qui in Cretam proficiscens hospitem domi suæ derelictum coniugi tam formosæ commendauerat, vnde per hironiam manifestam exclamat, o mira calliditate virum. Hunccine &c. argu te probat Menelaum esse indignum tam formosa coniuge. nam pulchritudo, & forma non potest satis coli, & amari ab eo qui eam ignorat: quemadmodum Menelaus qui tam stolidus atq; rerum imperitus erat, vt coniugem hospiti atq; ho spitem coniugi commendaret. vocat ergo hominem sine pectore: idest sine corde. Nam in pectore & corde videtur pru dentia, vnde cordatos vocamus quibus res suæ cordi sunt, atq; eas prudenter curant. Tyndari patronymicum puta tiuum. putabatur enim Tyndari filia, est ergo vocatiuus a nominatiuo Tyndaris. Commoditate ipsius: idest quam ipse nobis per absentiam suam præstat. Aut erimus stulti, si scilicet tam expectandam opportunitatem in vacuum transire si namus. Tempus securum: in quo nos securi esse possumus cum absit maritus & hospitio tuo susceptus sim. Vtere man dantis simplicitate viri: idest tam simpliciter, hoc est sine calliditate obsequere, vt ille mãdauerat. Cãdidior: idest melior, & aptior, quia bona tempora candidis lapillis signabant Cretes & Thraces.

ASCEN.

Si pudet,& metuis nec me videare secuta:
Ipse reus sine te criminis huius ero.
Nam sequar ægidæ factum, fratrumq; tuorum,
Exemplo tangi non propriore potes.
Te rapuit theseus,geminas leucippidas illi,
Quartus in exemplis annumerabor ego.
Troica classis adest:armis instructa,viris&q;
Iam facient celeres remus,& aura vias.
Ibis dardanias ingens regina per vrbes,
Teq; nouam credet vulgus adesse deam.
Quaq; feres gressus adolebunt cinnama flammæ
Cæsaq; sanguineam victima planget humū.
Dona pater fratres & cum genitrice sorores,
Iliadesq; omnes totaq; troia dabit.
Hei mihi,vix a me pars dicitur vlla futuri,
Plura feres,quam quæ littera nostra refert.
Nec tu rapta time,ne nos fera bella sequantur,
Concitet & vires græcia tota suas.
Tot prius abductis q̃ nam est repetita parmis
Crede mihi vanos res habet ista metus.
Noīe cœperunt aquilonis erichthida thraces,
Tuta tamen bello bistonis ora fuit.
Phasida puppe noua vexit pegaseus Iason:
Læsa nec est colcha Thessala terra manu.
Te quoq; qui rapuit,rapuit minoida Theseus,
Nulla tamen minos cretas ad arma vocat.
Terror in his ipso maior solet esse periclo,
Quæq; timere libet,pertimuisse pudet.
Finge tamen,si vis,ingens consurgere bellum,
Et mihi sunt vires,& mea tela nocent.

ANTO. Phœbe & Ilaira castoris & Pollucis amasiæ q̃ fuere. Cinnami gña quot & vbi nascantur. Troglodite populi vbi locoꝝ sint. Zetes & Calais:q fuere & cuius filii.

ANTO. ¶ SI pudet aut metuis:purgat pudoris crimen transferens in se culpam. ¶ Aegidę factum: exemplo arguit:nec pudendū nec timendum esse. ¶ Fratrum tuoꝝ: Castorem, & Pollucē intelligit. ¶ Geminas Leucippidas: Phœbem & Ilairā Leucippi ex Philodoce filias:quas Castor & pollux rapuerunt:pugnaruntq; illaꝝ causa cū Ida & Lynceo. Apharei ex Harena filiis:vt Pyndarus scribit:& nos in Metamorphoseos diximus: de quibus ita Propertius. Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe.Pollucem cultu non Ilaira soror. ¶ Troica classis adest : facilitatem monstrat : facile,inquit, Troiam petemus:est enim parata classis. ¶ Ibis dardanias:suadet factum:non modo non esse pudendum:sed summæ gloriæ futurum. ¶ Deam:non fœminam: sed deam opinabuntur. ¶ Cinnama : duo sunt Cinnami genera album & nigrum : alterū q est preciosius nascitur in Aethiopia: vbi sunt Trogloditæ: qui ad portum gebanicarum deferunt : vnde ad nos defertur coronas ex Cinnamo inter asilii auro inclusas:primas in templis capitolii & pacis dicauit imperator Vespasianus. ¶ Planget:concutiet mactata. ¶ Nec tu rapta time:exemplis timorem soluit:q nec repetita restituatur:nec phryges bellis sint lacessendi. ¶ Erichthida: thraces erichthei Atheniensis regis filiā ducę borea rapuerunt ex quibus nati sunt Zetes & Calais:vt auctor est Dio. ¶ Bistonis ora: Thraciā Athenīēses bello molestarunt . ¶ Phasida: Medeæ rapinam exprimit de qua diximus. ¶ Pegaseus:a pegase oppido Thessalo : ad quod fabricata est argo nauis. ¶ Minoida: de phædra aut Ariadna intelligit: quas ex Creta rapuisse Theseum monstrauimus. ¶ Vocat: vocati milites dicebantur:qui vltra stipendiarios colligebantur.

Leucippi filiarū fabula. Cinnamū.

HVBER. ¶ SI pudet: occurrit obiectioni. ¶ Ne videare secuta me : idest ne videaris sponte discessisse. ¶ Ipse ero reus:volo omnem culpam huius facti in me transferri . ¶ Sequar: mirabor . ¶ Aegidæ : Thesei. ¶ Fratrum tuorum:Castoris & Pollucis. ¶ Te rapuit:dictum est supra. ¶ Illi: Castor & Pollux. ¶ Geminas leucippidas : idest duas filias Leucippi:subaudi rapuerūt. Fabula autem hoc habet. Leucippus duas habuit filias Phœben : & Elairam quæ desponsatæ Idæ & Lynceo iuuenibus fortibus die nuptiarum a Castore & Polluce earum amore accensis raptæ sunt : cum Castora a Lynceo interfectum dicunt : hanc fabulam scribit plene Ouid.lib.v.Fastorum: & eam breuiter tetigit Propertius. Elegia.ii.his verbis . Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe. Pollucem cultu nō Elaira soror. ¶ Propriore:quam fratrū tuoꝝ. ¶ Tangi: moueri: incitari . ¶ Troica:arguit a facilitate discedendi. dicit enim se habere omnia parata. ¶ Ibis: pollicetur ei magnos honores in regno Troiæ . ¶ Quaq; feres:dicit quod ei fient honores tanquam deæ . ¶ Adolebunt:cremabūt. ¶ Cinnama : genus est aromatis odoriferi ex arbuscula quā æthiopia mittit. ¶ Cæsa : interfecta sicut numinibus . ¶ Planget: percutiet cum in terra cadet. ¶ Dona:allicit eam munerum pollicitatione. ¶ Iliades: Troianæ mulieres. ¶ Tota Troia: cōtinens pro contento:idest omnes Troiani. ¶ Vlla:idest minima. ¶ Feres:accipies. ¶ Nec quod: occurrit obiectioni : & eam refutat : quod nulla bella propter eam mouebuntur: & probat id exemplo multarum:quæ raptæ sunt, & nunquam tamen repetitæ. ¶ Concitet: commoueat contra me. ¶ Quæ: quasi dicat nulla. ¶ Vanos : stultos & sine causa. ¶ Nomine ; aquilonis historiam tetigit nō fabulā. Ensitheus rex Atheniēsium filias duas habuit formosissimas: quarum Pocris nupsit cæphalo: vt supra diximus in Epistola phædræ:alteram.Orythiam nomine cum rex Thracum vxorem petiuisset: & non impetrasset: ille parata & instructa classe misit:qui eam raperent: & quoniam spirante Borea vento : qui fauet ex attica in thraciam nauigantibus abducta est: datus est locus fabulæ quod Boreas ventus eam abstulerit. ¶ Nomine:parte. ¶ Aquilonis:Boreæ. ¶ Ora:regio. ¶ Bistonis : thracia nominatiuus est casus : & forma patronymici fœminini generis : est autem bistonium stagnum thraciæ. ¶ Pegaseus: Thessalicus: a pegaseo sinu:vnde soluit nauem: vt diximus supra. ¶ Phasida: Medeam. ¶ Manu colchi exercitu & viribus colchorum:narrata est hæc fabula supra in Epistola Hypsiphyles : & in Epistola Medeæ ad Iasonem. ¶ Minoida: Ariadnē: visa est fabula supra in Epistola Ariadnes: & in Epistola Phædræ. ¶ Cretas:accusatiuus est græcus nostris est cres. ¶ Terror:timor. ¶ Maior peri. sm eam sententiam:peior est bello timor ipse belli. ¶ Pudet pertimuisse est postea pudor pertimuisse:ea quæ aliquis voluit timere. ¶ Finge:pone:fac. ¶ Et:idest etiam mihi:sicut græcis.

Filiæ Eristhei hist. Bistonii stagnū vbi locoꝝ sit. Pegaseus. Pulchrum dictum.

ASCEN. ¶ IPSE Reus sine te: idest in me omnem culpam assumam, nec dicam te securam in me,sed raptam a me. Factum Aegidæ: idest Thesei, qui ipsam prius rapuerat, vt ipse declarat per sequentia. Troica classis adest. Docet faciliter rapi posse & difficulter repeti , raptum quoq; magis veneratum iri, q̃ dimissam, cum pro dea apud Troiam habenda sit. Adolebunt: idest incendent, cremabunt. Victima planget humum sanguineam:idest quam sanguineam faciet. Plangendo idest concutiendo eam pectore suo. Vnde planctus proprie fit cum percussione pectoris. sicut de anna dicitur Aeneid. quarto Vnguibus ora soror fœdans & pectore palmis . Hei mihi , dici solet quando rebus dicendis impar est qui dicit. Vt hei mihi qualis erat: quasi dicat eloqui nesciam. Tot prius abductis. Argumentum est ab exemplis idq; rhetoricum & probabile,sed non necessario concludens. Vnde fallitur Paris. Bistonis ora: idest Thracia. Manu colcha:idest exercitu Colchico. Cretas, accusatiuus a nominatiuo cres cretis hi cretes hos cretas. Quæq; timere libet pertimuisse pudet. Docet hoc versiculo poeta quid intersit inter timere & pertimere ac consimilia . Nam timere est qualitercunq; siue perfecte siue imperfecte pertimere ad finem vsq; cum consumatione eius de quo erat timor . Sed vt dixi . Nihil est poeta hoc facilius & expositius. Finge tamen si vis &c. Quia argumentum ab exemplis inualidum est.posset dicere Helena se potius repetendam q̃ superiores, aut quia marito suo charior sit,aut quia maritus potentior cum fratre præsertim Agamemnone purgat obiectionem dicens etiam si Græcia tota bellum moueat in Troianos, nihil verendum esse , cum maiores vires, & copiæ sint in Phrygia, q̃ in Græcia.

¶ Vestræ

¶VESTræ terræ: spartanæ potentiæ non succumbit Asia: sed ea est quæ græciam non formidet. ¶Pene puer: exemplo suam fortitudinem probat. Cilices Troiana armenta abigebant. Paris qui tunc in Ida pecora pascebat cilices reperit armentaq; abacta reduxit: vnde a robore & virtute corporis Alexan. est nuncupatus: Herculem quoq; Alexiacum corporis fortitudine appellatum scri. Var. Altero vero nomen inditum esse tradunt: quoniam inter pastores quæcunq; exortæ fuissent controuersiæ componere iustissime consueuerit. ¶Ilioneus, Deiphobusq; fuit: Paris palæstra & sagittatione valuit: qua Hector superatus: ira percitus Paridem trucidasset: nisi sibi fratrem a pastore regio qui illum educarat esse agnouisset. Ilioneus Phorbantis filius fuit: de quo Virgi. meminit. Deiphobus ex Priamo & Hecuba natus est. ¶Cominus: in palæstra. ¶Non potes hæc illi: nihil in iuuenta Menelaum gessisse iactare potes. ¶Mea arte: sagittationē & palæstram intelligit. ¶Quid valeam: qua sim fortitudine. ¶Cui: emphasim habet hæc dictio qui sagittatione & palæstra valet: qui potentia & opibus pollet: qui diis immortalibus gratus est: qui sua & suorum virtute totam nō timet græciam. ¶Aut igitur nullo: colligit Epistolam abiiciens quicquid Helenam terrere potuisset: duo, inquit, times quo minus Troiam petas ne repetita restituaris: aut ne lacessita bello te reddere cogamur: immo aut omnino non repeteris: aut si bello Troianos græci tentauerint turpiter succumbent. ¶Dorica castra: dores populi in pelopōnesso cum inde pellerentur parnasum tenuerunt: deinde peracidas restituti multas vrbes condiderunt in peloponnesso: duæ tamen gentes cōstitere, Dorica: scilicet & Aeotica: vnde peloponnessiaci dores sunt appellati. ¶Pro tanta: quanta est Helena. ¶Totus orbis: Asia & Europa. ¶Nomen feres: laudabunt te posteri. ¶Spe modo non timida: cum spartem relinquas summa spe. ¶Exige: petes cum Troiam appuleris. ¶Munera pacta: & coniugium & regni partem. ¶Cum plena fide: nulla vtar pfidia sed promissa omnia plene seruabo.

ANTO. Paridis fortitudo & qb⁹ noībus appellatus est

Hectoris cū Paride certamen

Ilioneus q fuerit

Deiphob⁹ qui fuerit

Nec minor est Asiæ, quam vestræ copia terræ:
Illa viris diues, diues abundat equis.
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
Quam Paris, aut armis anteferendus erit.
Pene puer cæsis abducta armenta recepi
Hostibus, & causam nominis inde tuli.
Pene puer iuuenes vario certamine vici,
In quibus Ilioneus, deiphobusq; fuit.
Neue putes non me nisi cominus esse timendum:
Figitur in iusso nostra sagitta loco.
Non potes hæc illi primæ dare facta iuuentæ,
Instruere Atridem non potes arte mea.
Omnia si dederis nunquam dabis Hectora fratrem,
Vnus is innumeri militis instar erit.
Quid valeam nescis, & te mea robora fallunt,
Ignoras cui sis nupta futura viro.
Aut igitur nullo belli repetere tumultu,
Aut cedent marti dorica castra meo:
Nec tamen indignor pro tanta sumere bellum
Coniuge, certamen præmia magna mouent.
Tu quoq;, si de te totus contenderit orbis,
Nomen ab æterna posteritate feres.
Spem modo non timida diis hinc egressa secundis
Exige cum plena munera pacta fide.

Dorici ppl'i q & vbi fuerit

¶Copia: multitudo virorum. ¶Illa: Asia. dixit autem illa quia quando hæc scribebat erat in græcia. ¶Plus animi: plus audaciæ. ¶Anteferendus: præponendus mihi. ¶Pene puer: narrat testimonia suæ probitatis & fortitudinis: incipiens vsq; a pueris. ¶Pene puer: adolescens: adhuc teneræ ætatis. ¶Recepi: recuperaui. ¶Cæsis: interfectis. ¶Causas nominis: falluntur multi qui credunt eum ob hoc dictum Parim a paritate: cum dictio græca non deriuetur a latina: sed vt Porphyrius in libro. xii. Iliados scribit paris dictus est a pariimi verbo græco: quod est transeo: quoniam fatalem mortem transiuit: cum expositus a matre a bubulco nutritus est: postea Alexander dictus est quasi auxiliator vir: a potu andros: idest a viro: & a lego: idest auxilior quod futurum facit alexo: quia hostibus armenta abducentibus: vt nunc refert auxilium suis tulit: & armenta recuperauit: ex quo hoc quasi agnomen meruit. ¶Causam nominis: quia dicor Alexāder. ¶Inde: ab auxilio dato. ¶Vario certamine: in ludis agonalibus: diximus in argumento primæ Epistolæ. ¶Ilioneus: qui non solum eloquentissimus: sed & fortissimus fuit: vnde & Virgi. Maximus Ilioneus. ¶Deiphobus: de quo Virgi. Deiphobe armipotens genus alto a sanguine diuum: fuit enim bellicosissimus. ¶Nisi cominus: idest certamine in quo prope: & manu solum pugnatur. ¶Figitur: locatur. ¶Loco iusso: vbi ab aliquo: vel mihi placito. ¶Non potes: extollit se & Menelaum deprimit ostendens eum nō habere hos titulos. ¶Arte mea: sagittandi. ¶Si: quamuis. ¶Hectora fratrem: talem & tam fortem fratrem qualis est Hector. ¶Is vnus: scilicet solus. ¶Instar: similitudo. ¶Innumeri militis: pro innumerorum militum: idest ipse solus esse potest pro vno exercitu. ¶Fallunt te: ignorantur a te. ¶Cui viro: quali marito. ¶Aut igitur: concludit Epistolam inferens ex supradictis: quod aut non repetetur bello: aut si repetita fuerit: defendetur: & ei erit maxima gloria: quod propter eam Europa & Asia magno bello certauerit. ¶Tumultu belli: idest motu belli. ¶Dorica: græca. ¶Cedent: vincentur. ¶Magna præmia: digna propter quæ non debeat me pudere sumere bellum: puderet si præmia essent parua: & vilia. ¶Cōtenderit: certauerit. ¶De te: propter te. nam de interdum propter significat. Teren. Quantum me amas de fidicina hac. ¶Ferres: accipies. ¶Ab æterna posteritate: idest ab omnibus posteris: qui erunt vsq; ad finem seculorum. ¶Spe modo: hortatur eam: vt non dubitet discedere: & discessura petere ab eo quicquid ipsa voluerit: quod promittit se fideliter præstaturum: ordo est. ¶Tu modo: idest tantummodo. ¶Egressa hinc: ex domo Menelai: & ex Lacedæmone. ¶Spe non timida: idest firma & certa spe: non dubitans de me. ¶Exige: reposce. ¶Pacta: promissa tibi a me. ¶Cum fide plena: idest plenissime & sine fraude vel sine dubitatione.

HVBER. Paris vnde dictus

Cominus quid sit

De pp̄ositio quid significat

¶ILLA viris diues: alii legunt. Fortibus illa viris diues, abundat equis, & est melior lectio. Nec plus Atrides: confert specialiter se cum Menelao, atq; illi se præfert, ostentans facinora sua egregia, nam vt in troicis scripsit Nero: Paris siue Alexander etiam Hectorem vicit luctando. vnde dicit. Et causam nominis inde tuli. Est enim Alexander vocatiuus ab αλεγω verbo quod significat arceo, & ανηρ vir ꝙ quasi arcens & cōstringens in lucta viros. Cominus: dicitur quasi cum manu, hoc est conserendo manus. Eminus cōtra quasi e manu quando telum longe iacitur. In loco iusso: idest quem iusseto figere, & est rara locutio, vim hypallages habens. non enim locus iubetur, sed sagittæ in locum. Omnia si dederis. Contra Agamemnona Hectorem obiicit. Instar: idest æquiualens quasi in statum & valorem. Tu quoq;. Pollicetur eam insignem fore si pro ea bellum moueatur, quam laudem mulierculæ nonnunq̄ affectant, nam nihil gloriosius ducunt q̄ ob formam multis complacere, sed iu ge manifestaria finem facio.

ASCEN.

¶ In decimamsextam Epistolam Argumentum.

Argumentum Epistolae

NVllam quae respondeat Epistolam fecisse Ouid. aperte constat cum suis omnibus Sabinum poetam respondisse in amoribus ipse testatur cum dicit. Quam cito de toto redijt meus orbe Sabinus. Scriptaque diuersis retulit ille locis. Candida Penelope signum cognouit Vlyxis. Reliqua curiosis illic legenda relinquimus. Satis est admonuisse. Sabinus imperante Octauio vixit. Ad Trisenem amicam elegiarum librum dedit. Fastosque inchoatos reliquit: Epistolis Ouid. respondit: cuius Helenā & Hero. Cydipesque legimus fragmentum. Caeteras: vt multa alia: saeculorum ignauia desideramus. Sunt qui has Epistolas nec Ouid. nec Sabini esse animo conijciāt: quibus iatis responsum esse existimo cum nulla habeant argumenta: quibus propositum firmare possint. Nos autem Sabini Helenā legendam contendimus. Iupiter ex thaigete Athlantis & Pleiones filios genuit Lacedaemonem: Lacedaemon Amiclum: Amiclus Argalum: Argalus Oebalum: Oebalus Tyndarum: Tyndarus ex Leda Helenam & Clytemnestram. Item mares geminos: Castorem & Pollucem: quoque in fabulis est ex ouis hos genitos: quoniam in olorem versus Iupiter cum Leda fuerit. Helena postquam coniux Menelaus sparte in Cretā concessit Alexandri hospitis per Epistolā amorem cognouit: quasi offensa primum respondens obiurgat: deinde vt pudorem tuetur illius suasiones infringere conatur: sed quaedam spargit semina: vnde omnino illius amorē negligere videatur. Demum amantis votum impletura: vt honestius ita tutius visum est: si quid in desiderio erat non literis mandaretur: sed Clymene & Aethra comites fidissimae exponerent quae de coniugio sumerent sponsionem: id cum fecissent cum Alexandro ad Troiam abierūt: quoque vt diximus: alii ad Protheum in Aegyptum tempestate delatos esse: atque ab illo ablatas Paridi contendunt.

SABINI Poetae Epistola, qua Alexandro Helena respondet.

NVnc oculos tua cum violarit Epistola nostros:
Non rescribendi gloria visa leuis.
Ausus es hospitii temeratis aduena sacris,
Legitimā nuptae sollicitare fidē:

ANTO. NVnc oculos tua cum violarit Epistola nostros: principium accommodatum est: nam licet asperum videatur: nō tamen potiundi desiderii spem tollit: quam faciunt: & quod Epistolam legerit: & quod rescribat. ¶ Violarit oculos nostros: indicat Epistolam legisse. Violare puellarum est quarum pudicitia prostituitur. ¶ Gloriae: seruatae pudicitiae decus. ¶ Ausus es hospitii: ducit in odium ab audacia & temerata religione. ¶ Sacris temeratis: hospitalitatis iura exprimit quae sub Iouis tutela sunt: veteres quamprimum hospites excipiebant Ioui & diis aliis sacra facere consueuerunt. Id apud Papi. Adrastus facit cum Etheoclea & Tydeum excepisset. Idē virgiliana Dido cū Troianos suo fouisset hospitio: quod ex Home. transtulerunt: apud quem Panthonius sacrorum minister Alcioni iussu: quoniam Vlyxes in pheaciam appulerat pocula omnibus qui aderant propinabat vt Ioui cui curae sunt hospites: vt ille ait: & fulminum auctori libaret. ¶ Sollicitare: adulterio interpellare. ¶ Fidem legitimam: lege & coniugii sponsione firmatam.

Antiquorum ritus

HVBER. NVnc oculos: vt alibi diximus. Scribit Ouidius in .ii. de Arte. Quae voluit legisse: volet rescribere amanti. Helena igitur lecta Epistola Paridis cum ea delectata esset: licet ostendat se indignatam: non potuit tamen non rescribere: ita lenita est: & demulsa blandiciis Paridis: quas magno artificio contexuit. Respōdet igitur Epistolae Paridis: & primum quidem ostēdit se valde iratam, quod Paris ausus sit eam talibus scriptis sollicitare. mox ita detegit ingenium: vt det spem Paridi: & quodammodo et aperiat consilium & viam: vt possit ea potiri. ostenditur autem muliebre ingenium varium & mutabile: & id quod Ouidi. in Arte scribit. Forsitan & primo veniet tibi litera tristis, Quaeque roget ne se sollicitare velis. Quod rogat illa timet: quod non rogat, optat vt instes. dicit ergo. ¶ Cum tua Epistola: qua conatus es alienare me ab amore mariti: & ad tuum sollicitare. ¶ Violarit: laeserit. ¶ Non rescribendi: sunt qui ita dicant: gloria non rescribendi est visa mihi leuis: idest facilis: sed melius. ¶ Leuis: pro vili & parua accipitur: vel certe sic verius. gloria rescribendi est visa mihi: non leuis: idest nō parua: idest putaui magnam gloriam mihi fore rescribere tibi: quia affecisti me magna iniuria. ¶ Ausus: obiicit ei ingratitudinem: & impietatem: quod violauerit iura hospitii. ¶ Temeratis: violatis. ¶ Sacris: quia quando aliquis vir magnus excipiebatur hospitio Ioui & diis hospitalibus sacra fiebāt: quod Virgi. ostēdit lib. primo Aeneid. cum Dido Aeneam excepit: Sic memorat simul Aeneam in regia ducit Tecta: simul diuum templis indicit honorem. ¶ Sollicitare: commouere.

Leuius quid denotat

ASCEN. NVnc oculos &c. Epistola haec responsiua Helenae parum quidem in rebus difficultatis habet eo quod argumentum a Paridis Epistola dependet, nec multum in verbis. est enim facilior & pedestrior quam Ouidiana compositio. vnde ex sola phrasi Ouidianam neges. in principio autem alii nunc, alii tunc legunt, & vtrunque tolerari potest. Ego autem legerem potius nunc sub hoc sensu. Cum. s. ita sit, quod Epistola tua violarit pro violauerit hoc est redemerit nunc nostros oculos qui ante hac nihil spurcum, aut lasciuū viderāt, aut legerant (nam & oculi legunt) gloria nō rescribendi. i. quae esset ei nō rescribendo. est mihi visa leuis i. modica. Prae supponit ergo peccatum esse in legēdis Epistolis amatoriis & in rescribēdo, sed maius in legēdis vsque adeo vt violata legendo parum gloriae mereatur nō rescribēdo, & is certe animus est mulieribus, vbi semel libata est pudicitia, nihil in eis post illā cōmēdandum est. Et ideo, vt monet Naso noster, Principiis obstandū est. Nā quia ex visu, cuius prima est amoris linea, ad alias gradatim peruenit. quia ergo violatam

violatam se sensit legendo paruifacit ne amplius violetur rescribendo. Rescribit tamen criminando, sed ea quoq; est mulierum natura, vt quod lubentissime facturæ sunt, in principio negent, si tamen vt nisi instes, ipsæ se corrigant, & placari posse significent. De iure hospitalitatis autem scias q; id apud antiquos erat sanctissimum, ita vt Iouem ei præesse significent. Vnde primo Aenei. Iupiter hospitibus nam te dare iura loquunt̃ &c. Erat autem hospitium amicitiæ non mercedis gratia. nam canpona dicitur diuersorium mercenarium, quod tunc non tam frequens erat vt nunc quapp necesse erat sibi hospites cōparare, inter quos magna fides obseruabat̃, quam Paris sollicitādo coniugem hospitis violasse criminat̃.

Scilicet idcirco ventosa per æquora vectum,
Excepit portu tænaris ora suo?
Nec tibi diuersa quamuis e gente venires,
Oppositas habuit regia nostra fores.
Esset vt hospitii merces iniuria tanti,
Qui sic intrabas hospes, an hostis eras?
Nec dubito quin hæc cum sit tam iusta, vocetur
Rustica iudicio nostra querela tuo.
Rustica sim sane, dum non oblita pudoris,
Dumq; tenor vitæ sit sine labe meæ.
Si non est ficto vultus mihi tristis in ore,
Nec sedeo duris torua superciliis,
Fama tamē clara est, & adhuc sine crimine vixi,
Et laudem de me nullus adulter habet.
Quo magis admiror quæ sit fiducia cœpto
Spemq; tori dederit quæ tibi causa mei.
An quia vim nobis neptunius attulit heros:
Rapta semel videor, bis quoq; digna rapi?
Crimen erat nostrum, si delinita fuissem?
Cum sim rapta, meum quid nisi nolle fuit?
Non tamen e facto fructum tulit ille petitum,
Excepto redii passa timore nihil.
Oscula luctando tantummodo pauca proteruus
Abstulit, vlterius nil habet ille mei.
Quæ tua nequitia est, non his contenta fuisset.
Dii melius, similis non fuit ille tui.
Reddidit intactam, minuitq; modestia crimen,
Et iuuenem facti pœnituisse patet.
Thesea pœnituit, Paris vt succederet illi,
Ne quando nomen non sit in ore meum.

ANTO.

¶ SCILIcet idcirco: vt augeat cōtemptū. Irrisione vtitur hospitalitatem exprobrans: nō, inquit, ob eam causam te hospitio fouimus: vt me stuprares. ¶ Portu suo: spartanoꝝ nauale est post tænaron. Nauigāti ad promōtoriū Meleā Cythiū nuncupāt nauium statio. manu effossa est. cxl. stadioꝝ. ¶ Ora tænaris: portus laconicus ad Tænaron promōtoriū. ¶ Diuersa gente: id videtur interpositum esse: quoniā Alexāder phryx Barbarus erat a Græcorum moribus alienus. ¶ Oppositas fores: claussium hospitiū. Nō, inquit, te vt peregrinū propulimus. Nā Tucydides scri. lex fuit Spartanoꝝ peregrini in vrbe sparte nō interciperent̃. ¶ Esset iniuria: adulterii dedecus sequeret̃. ¶ Sic: tanta hospitalitate receptus. ¶ Rustica: rudis nimiū & inepta. ¶ Rustica sim sane: fatetur rusticitatē: quā obiectauerat Paris: eāq; a pudore excusat. ¶ Tenor: cōtinēs viuēdi rō. ¶ Sine labe: culpæ offensa aut nota. ¶ Si non est tristis: mores peracte in se tuetur: refutatq; obiectā Thesei rapinam. ¶ Tristis: nō iracundus: sed lætus: si ore lætitiam præfero. ¶ Torua superciliis: superbiā excludit quæ in superciliis appatet: nec inuenisse eminentiorē locum scri. Pli. aut vt solitaria maneret abruptior est. ¶ Sine crimine: adulterii nota. ¶ Cœpto: vt pposito. vt me rapias. ¶ Neptunius heros: Theseum itelligit quē se Neptuni filiū apud Minoem iactasse scri. Hygi. factūq; fuisse periculū ex proiecto in mare annulo, quē a Nereidibus acceptū ad Minoē rettulit. ¶ Bis quoq;: a te iturum. ¶ Nostrum crimen: ego in culpa fuissem. ¶ Facto: ex rapina. ¶ Fructū petitum: me vt optabat nō violauit. ¶ Vlterius: vltra oscula nihil a me habuit. ¶ Nequitia: imodesta petulātia: quā ideo obiurgat qm̃ Paris dixerat. Si reddenda fores aliquid tn̄ ante tulissem. ¶ Reddidit intactā: Dio. & Plu. scri. Helenā intactā reddidisse. Sed Paris non ea vsus desidia quāprimū ad Helenā isulā appulit, quæ ad summū terræ atticæ iacet. cū Helena se iunxit & ob eā causam nomē sortitum esse scri. Stra. cū antea crana vocaret̃. ¶ Et iu. excusatio ab ætate: dignus, inqt, venia fuit qm̃ iuuenis cum me rapuerit modeste se gessit. ¶ Ne qn̄ no. vt semp sinistro rumore in hominū ore verset.

Nauale spartanoꝝ vbi locorū fuerit

Sptanorū lex contra hospites

Argumenta supbiæ vbi videātur

Fabula de Theseo

Helenæ historia

HVBER

Scilicet dictio q̄ sit

¶ SCilicet: dictio est apta ad hironiam & indignationem. ¶ Tænaris: laconica. ¶ Oppositas: occlusas tibi. ¶ A gente diuersa: remota & quæ nobiscū nō habuisset cōsuetudinē. ¶ Idcirco: pp hāc causam. ¶ Vt iniuria: quā paras mihi iferre. ¶ Esset m. i. remuneratio & pmiū. ¶ Tāti of. i. bn̄ficii accepti a nobis. ¶ Sic: ea itētione: vt mihi iniuriā faceres: & me abduceres. ¶ Hostis an hospes. q. d. potius hostis. ¶ Nec dubito. i. scio qd licet iuste de te cōquerar iudicabis me tn̄ rusticā: q̄ cōquerar: Nec dubito qn hæc cū sit tā iusta vocet̃ de eo: q me amet. ¶ Sim: ɔcedētis est. ¶ Dū: p dūmodo. ¶ Tenor: pseuerātia. ¶ Sine labe: sine macula: & ifamia. ¶ Si nō: rñdet ei parti: q̄ dixit vultu non cætera duro plege sed formæ cōueniente tuæ. dicit enim qd si nō est seueri & duri vultus: est tn̄ pudica. ¶ Torua: terribilis. ¶ Superciliis: quibus ostendit̃ seueritas: Virg. conueniens latio pone supcilium. ¶ Visi: legit̃ & lusi. i. fui læta & iocata sum salua tn̄ pudicitia mea. ¶ Laudē de me: vt possit se iactare de cōcubitu meo. ¶ Quo: qua re, quāobrē. ¶ Cœpto: audaciæ tuæ. ¶ Mei tori: tori mei concubitus. ¶ Neptunius heros: idest Theseus nepos Neptuni. ¶ Attulit. s. vim in rapiēnde. ¶ Rapta semel: a Theseo. ¶ Bis: ēt a tē. Aduertēdū est qd licet hoc exēplū videat̃ dissuadere Paridi: ne eā rapiat: tn̄ latēter ad icitādū positū est. ¶ Delinita. i. blādiciis captata & illecta. ¶ Erat nostrū crimen. i. fuisset mea culpa. ¶ Rapta: violēter abducta. ¶ Quid fuit meū. i. qd potuit iputari mihi. ¶ Nisi nolle. i. qd nolui: & volūtas mea nō fuit. ¶ E facto. i. ex rapina sua. ¶ Petitū: desideratū. ¶ Redii: ab eo discessi. ¶ Passa nihil excepto timore: q̄ nihil ab eo mali habui nisi qd timui. ¶ Abstulit: accepit. ¶ Luctando: contendendo nō sponte mea. ¶ Nil mei: nil de me. ¶ Vlterius: vltra oscula. ¶ Quæ tua: dum simulat Helenā se dicere iniuriam Paridi: eū magis incitat: dicit enim tu nō fuisses cōtentus his: quia voluisses aliud pter oscula. ordo est. ¶ Neqtia. i. libido: vt neqtia est q̄ te nō sinit esse senē. ¶ Quæ est tua: q̄ est tibi. ¶ Non fuit cōtenta: his. s. paucis osculis. ¶ Dii melius: voluerunt & cōsuluerunt mihi. ¶ Similis tui: ita proteruus & libidinosus vt tu es: quia me viciasset. ¶ Modestia ipsius Thesei. ¶ Minuitq; crimē: culpā rapinæ. ¶ Thesea pœnituit: iterrogatiue legendū est. q. d. an nō pœnituit. Et tu postea me rapies.

Supcilium

ASCEN.

¶ ORA tænaris pro tænaria. nā tænarius promontoriū est Laconiæ pro quo imperiti tęnarus legunt apud Alexādrū. Tænarus inferni &c. Hospes, an hostis eras. q. d. potius hostis qui sic nō cum tanta hospitalitate, sed tali animo intrabas. Nec dubito, callide iudicium illius laudat suamq; pudicitiam cōmendat in qua videlicet laborat. Vultus tristis, seuerus & atrox. Et bene vultus potius q̄ facies. Nam vultus quasi a volendo dicitur, facies a faciendo. Et ita facies a factore fit nec mutatur: Vultus a voluntate alius & alius fit. Et laudem quasi laudis sit habuisse cōmercium, cū tā formosa, quo verbo audaciā Paridis potius probat q̄ damnet, sed mite in se crimen censet, quod in illo laudem, quasi mulieri sit crimen, qd viro laudi datur. ita enim mundo vr̃, cum eadem sit vtriusq; apud deum censura. Neptunius heros. Theseus meā. i. meæ opis & facultatis. quid nisi nolle fuit. q. d. nihil. Et ideo quia citra consensum nemo peccat, imunis est a crimine, licet contra voluntatē rapta. Nil habet ille mei, latine & signanter dictū & plus q̄ si diceret nil habet ille meū, qa tunc de rebus suis loqueret̃ nūc de se. Similis tui etiā eleganter dictū. Nā similis cū de moribus agit̃ potius genitiuo iungit̃. Minuitq; modestia crimē, qa osculis cōtētus erat. Ne qn̄ nomē nō sit in ore meū: sp sit in ore vulgi de me loquētis & de amatoribus meis.

ANTO. ¶NON tamen irascor: dissimulata iracundia amantis spem suggerit. non enim, inquit, queror q̄ a te: mer: dubito ne si/ mulato amore me deludas. ¶ Desit fiducia: non esse in te fidem existimē: aut facinus audere nō cōfidam. ¶ At peccāt aliae: illud Paridis resumit. An faciem culpa posse carere putas. Idonea ad tui argumenti firmamentum apta. ¶ Matris in ad/ missonon monstrat exemplum suae causae non conuenire poterat, inquit, Leda mater excusare culpam ab errore: i.d in nostra causa omnia sunt aperta nulla est excusatio. ¶ Admisso: peccato. ¶ Sub falsa imagine lusae: a Ioue qui falso se cygnum simu lauit. ¶ Nil possum nescisse: cum omnia sint aperta nullum errorem afferre possum. ¶ Obumbret: caelare possit. ¶ Vitium: adulterii scelus. ¶ Auctore: magnitudine Iouis qui fuit adulterii

Iouis fab. causa. ¶ Redemit: compensauit. ¶ Foelix: ad ledae foecunditatem respexit. ¶ Et genus: & proauos: sui generis commendatione Pari/ dis iactantiam contemnit. ¶ Domus haec: quae te hospitio suscepit quā tu contemnere videris. ¶ Nobilitate: antiquitate generis. ¶ Iu/ piter vt proauus soceri: Honesta occupatio. Plisthenes Helenae so/ cer natus ex pelope: cuius auus fuerat Iupiter ex patre Tantalo: vt diximus. ¶ Tyndareiq; genus: Tyndari progeniem recensuimus.

Agamēnonis psapia ¶ I nunc: inhibet per concessionē: nō, inqt, est phrygum genus cum nostro comparandū. ¶ Quintus: de Priamo intelligit: qui quintus erat a Ioue. Nam Iupiter Dardanū: Dardanus Erichthoniū: Erich/ thonius Troē: Tros Iliū: Ilus Laomedontē: Laomedon Priamū: Priamus Paridem genuit. ¶ Is: Iupiter primus. quoniā ex Leda &

Paridis genealo/ gia Ioue nata est Helena. ¶ Sceptra tuae q̄uis: concedit Phrygias opes. sed p recriminationē refellit: troianū imperiū opulentissimū fuit: auctis ab Erichthonio diuitiis de quo Home. meminit. ¶ Barbara: si opulētia superamur: nō tñ barbari sumus. ¶ Epistola di. q̄ diuitias pollicet. ¶ Mouere: in sniam trahere. ¶ Ipsas de. a maiori arguit.

Nec tamen irascor. quis enim succēset amanti?
Si modo quem prefers, nō simulatur amor.
Hoc quoq; enim dubito, non quod fiducia desit:
Aut mea sit facies, non bene nota mihi.
Sed quia credulitas damno solet esse puellis:
Verbaq; dicuntur vestra carere fide
At peccant aliae, matronaq; rara pudica est,
Quis prohibet raris nomen inesse meum?
Nam mea quod visa ē tibi mater idonea, cuius
Exemplo flecti me quoq; posse putas
Matris in admisso falsa sub imagine lusae,
Error inest, pluma tectus adulter erat.
Nil ego si peccem possum nescisse, nec vllus
Error, qui facti crimen obumbret, erit.
Illa bene errauit, vitiumq; auctore redemit
Foelix in culpa quo Ioue dicar ego?
Et genus, & proauos, & regia nomina iactas,
Clara domus satis haec nobilitate sua est.
Iuppiter vt soceri proauus taceatur, & omne
Tantalidae pelopis: tyndareiq; genus.
Dat mihi leda Ioue & cygno decepta parentem,
Quę falsam gremio credula fouit auem.
I nunc & phrygiae clarae primordia gentis,
Cumq; suo Priamo Laomedonta refer.
Quos ego suspicio, sed q̄ tibi gloria magna est
Quintus, is a nostro sanguine primus erit.
Sceptra tuae quamuis rear esse potentia Troiae,
Non tamen haec illis esse minora puto.
Si iam diuitiis locus hic, numeroq; virorum
Vincitur, at certe barbara terra tua est.
Munera tāta quidem promittit epistola diues,
Vt possint ipsas illa mouere deas.

HVBER ¶NE q̄ñ. i. vt semper hoies de me loquant. ¶ Nec tñ irascor: ecce more muliebri iam incipit conciliari Paridi: & ei blandiri. ¶ Quis: nisi stultus. ¶ Praefers: ostendis. ¶ Non simulatus. i. nō est fictus: quia Paris dixit Attulimus flammas huc non inuenimus illas. ¶ Dubito hoc: ne amor tuus sit simulatus. ¶ Fiducia: meae pulchritudinis. ¶ Credulitas facile credere: multa enim ppter hoc saepe decipiunt. ¶ Verba vestra. i. viroꝝ. ¶ Carere fide: Ter. in andria. Fidelē haud

Pulcherri/ mū Terē. dictum ferme mulieri inuenias viꝝ. ¶ At peccant: quia dixerat his est cū for/ ma magna pudicitiae: dicit se velle esse inter raras. i. inter eas q̄ ser/ uāt pudicitiā. ¶ At peccāt aliae: obiectio. ¶ Quis phibet: misio obie ctionis. ¶ Nam mea: quia Paris dixerat. Hęc tibi nēpe patrem furta dedere Iouem. ad hoc rñdet: matrem posse excusari: q̄a decepta sit: se vero nullā posse habere excusationē imprudentię. ¶ Admisso: de licto. ¶ Sub imagine: Cygni. ¶ Adulter: Iupiter. ¶ Possum nescisse: nil. i. scio. q̄ peccem. neq; possum excusari per ignorantiā: nā duae negationes affirmāt. ¶ Adumbret: tegat. ¶ Illa: alia excusatio. ¶ Vi/ tium: crimen suū. ¶ Redemit: recōpensauit. ¶ Auctore: pp auctorē: quia Iupiter. ¶ Foelix in culpa. i. bene peccasse. ¶ Quo Ioue: idest qua magna excusatione: q̄a tu nō es Iupiter: quo possim excusari. ¶ Quod genus: respondet ad id quod dixerat. Phryx erat. & idem. Non dabimus certe soceꝝ tibi clara fugantem lumina. ¶ Haec do/ mus: mea & Menelai. ¶ Iupiter: cōparat nobilitatē suam cum nobilitate mariti. ¶ Vt quāuis. ¶ Proauus soceri. i. atrei. dixi/

Agamēno nis origo mus supra Tantalum filium fuisse Iouis. Tātalus genuit Pelopē: Pelops atreum: vnde Agamēnon & Menelaus: licet q̄dā eos Plisthenis fuisse dicāt. Tyndarei: patris mei putatiui. ¶ I nunc. q. d. frustra iactas genus tuū. ¶ Primordia: nam Iupiter ab suo: scilicet filio. ¶ Suspicio: veneror. ¶ Sed qui tibi gloria magna est. i. sed is quo tu potissimum gloriaris: quintus est tibi in or

Paridis stirps dine & mihi est primus. Iouem autem significat. nam Helenae primus est: quia eius pater: Paridi vero quintus quia Iupi/ ter genuit Dardanum ex Electra. Dardanus Erichthonium Erichthonius Troem. Tros Ilum. Ilus Laomedonta. Laome don Priamum. Priamus Parim & reliquos filios: ergo quintus est Iupiter a Paride exclusiue. ¶ Scepra: respondet ad id quod dixerat sceptra parens Asiae: quae nulla potentior ora est Finibus immensis vix ob. unda tenet &c. ¶ Haec: nostra graecia. ¶ Si iam diuitiis: quia Paris dixerat. O quotiens dices q̄ pauper Achaia nostra: Vna domus quaeuis vrbis habebit opes: dicit quod si terra tua vincitur diuitiis: saltem hoc habet quod non est barbara sicut terra troiana. ¶ Munera: dixit enim ipse Dona parens: fratresq; & cum genitrice sorores &c. ad hoc respondet: quod si vellet ei obsequi: faceret potius eius causa: q̄ causa munerum: quia turpiter ingenuum munera corpus emunt.

ASCEN. ¶NEC tamen irascor. Incipit condescendere & pati se amari, vt muliebris naturae decorum seruatum agnoscas plus se moueri fateř forma & amore Paridis, q̄ genere, aut diuitiis. ¶ Hoc quoq; enim dubito. Ordo est. Ego enim dubito quoq; .i. etiam hoc, an. s. amor tuus in me simuletur, non q. i. quia, fiducia: idest bene confidendi de me ratio desit, vt quia mea fa cies non sit bene nota mihi. Fallimur enim plerunq; in iudicandis rebus nostris, sed quia credulitas dāno solet esse puellis, hoc est licet, quia amabilis sum confidam me amari, tñ quia credulitas mulctis obfuit, vetor credere, & potissimū q̄ Tro iani perfidi, & periuri perhibenř, aut potius gñaliter in oēs amatores dictū est. At, recitat obiectionem Paridis conantis exēplo in crimen allicere, sed prudenter ridet turpiter actura. Error. i. deceptio inest in admisso. s. adulterio matris lusae. i. deceptae sub falsa imagine, quia in specie cygni cōcubuit cū Leda matre Helenę Iupiter. Vnde addit, pluma tectus adul ter erat. Obumbret. i. occultet aut protegat ab infamia. Quo Ioue, q. d. nullo sed manifestario adulterio eoq; mortali cum sim ex deo genita atq; imortalis habēda. Genus tyndarei, sicut in Epistola Paridis secutus Thucydidem declinauit a no minatiuo tyndareos huius tyndarei, pro quo nos tyndarus tyndari. Quos ego suspicio. i. non contemno nec despicio, sed suspicio, quasi inferiores aspicio, sed is scilicet Iupiter qua existens tibi gloria magna est quintus. s. a vestro sanguine erit primus a nostro sanguine. Tua Epistola diues. s. pollicitationibus, sed vt dicit Gnato. Pollicitis diues quilibet esse pōt.

¶ Finis

FINES pudoris: honestatis lineam. Tu maior causa: tua causa non ob diuitias flecterer. Vtque ea non sperno: rusticitatis notam euitare nititur, est enim minime vrbanum verbum oblata munera contemnere. Auctor quae preciosa facit: maioris eo momenti sunt munera & pluris facienda quo qui impendit est praestantior. Plus multo: quod amas: magis tuo amore quam diuitiis ad amandum moueor. Spes tua: quae est: vt me abduceres coniugem. Per longas aquas: per tantam nauigationem: ex Troia per Helespontum in laceniam vsque. Illa quoque apposita: amoris signa quae Paris dederat, recenset vt a causa arguat se allici posse ad amandum. Improbe: improbum dicimus qui in petendo audaciusculus est. Experiar dissimulare: non intelligere tentem. Noto optime caleo. Instantes prospectum vrgentes. Ferunt intueri patiuntur tanto obtuitu me lustras vt vis tuorum oculorum aciem intueri patiar. Pene loquente quoniam eo adeo aperta erant signa vt intelligeretur pinde atque loquereris. Nec vox falsa: quoniam nullo afficeris pudore.

ANTO. Imperium Troianum a quo auctum fuerit

Improbus quid sit

Sed si iam vellem fines transire pudoris,
Tu maior culpae causa futurus eras.
Aut ego perpetuo famam sine labe tenebo,
Aut ego te potius quam tua dona sequar.
Vtque ea non sperno, sic acceptissima semper
Munera sunt, auctor, quae preciosa facit.
Plus multo est, quod amas, quod sum tibi causa laboris,
Quod tam per longas spes tua venit aquas.
Illa quoque, apposita quae nunc facis improbe mensa,
Quamuis experiar dissimulare, noto.
Tu modo me spectas oculis lasciue proteruis,
Quos vix instantes lumina nostra ferunt.
Et modo suspiras, modo pocula proxima nobis
Sumis, quaque bibi, tu quoque parte bibis.
Ah quoties digitis, quoties ego tecta notaui
Signa supercilio pene loquente dari.
Et saepe extimui, ne vir meus illa videret,
Non satis occultis erubuique notis.
Saepe vel exiguo, vel longo murmure dixi,
Nil pudet hunc, nec vox haec mea falsa fuit.
Orbe quoque in mensae legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero littera fecit, amo.
Credere me tamen oculo renuente negaui,
Hei mihi, iam didici, sic quoque posse loqui.
His ego blanditiis, si peccatura fuissem,
Flecterer, his poterant pectora nostra capi.
Est quoque (confiteor) facies tibi rara, potestque
Velle sub amplexus ire puella tuos.
Altera sed potius foelix sine crimine fiat,
Quam cadat externo noster amore pudor.
Disce meo exemplo formosis posse carere,
Est virtus placitis abstinuisse bonis.
Quam multos credis iuuenes optare quod optas,
Qui sapiunt, oculos an Paris vnus habes?
Non tu plus cernis, sed plus temerarius audes,
Nec tibi plus cordis, sed minus oris inest.
Tunc ego te vellem celeri venisse carina,
Cum mea virginitas mille petita procis.
Si te vidissem, primus de mille fuisses,
Iudicio veniam vir dabit ipse meo.

In orbe mensae: romae preciosiores mensae rotunde fuerunt ex citro arbore: vt scri. Iuu. Sub nostro nomine: de me ipsa intellexi licet sub alio nomine factum fuerit quod indicatur cum dicat Alexand. Indiciumque mei falso sub nomine feci Ille ego si nescis verus amator eram. Deducta: expressa: & continenter adiuncta. Oculo renuente: iterum per nutum negante. Sic: oculorum nutibus. Capi: in amorem tuum allici. Est quoque confiteor: concedendum est quod negari non potest. Sed inuemenda: contra. vnde aduersarii rationem refellamus: vnde honestatem formae preponendam esse contendis. Rara: cui similis vix alia reperiatur. Potest velle: optare debet. Foelix: tuo coniugio beata. Est virtus: suasio ab honesto ire contra appetitum fortitudo est. Quod optas: multi pro conspirant in tuum desiderium. Oris: plurimum in loquendo audaciae. Si te vidissem: Tyndarus cum multi peterent Helenae coniugium ne quis offenderetur. dedit ex consensu omnium Helenae optionem: vt quem vellet eligere praestito iureiurando se illi opitulaturos quem elegisset: illa Menelaum sibi desumpsit: & ideo in bellum Troianum cum illo cuncti iureiurando astricti conferunt: vt scri. Thucydides.

Romanorum mensae cuius materiae fuerint

Helenae coniugium iureiurando affirmatum

TRANsire fines pudoris: idest verecundiae: & est sermo Cice. ad Luceium. Nam qui semel verecundiae fines transierit &c. Non sperno. i. accepta & grata habeo. Liptote est. Vir. Munera nec sperno. Munera sunt auctor quae preciosa facit: sententia est color: & est sensus: Munera quae auctor. i. ille qui dat. Facit preciosa: facit digna: nam munera pro dignitate dantis precium capiunt. Sunt acceptissima: sunt gratissima. Plus multo. s. est mihi. Quod amas: idest multo pluris facio amorem tuum. Per tam longas aquas: quia dixit supra attulimus flammas huc non inuenimus illas: Hae mihi tam longae causa fuere viae. Illa quoque: respondet ad id quod dixit. Ah quotiens aliquem cantaui potus amorem &c. quae sequuntur. Instantes: fixe aspicientes. Nostra lumina vix ferunt: quia vix possum tantum tenere oculos in tuos: quantum tu tenes eos fixos in me. Et modo suspiras: nam ipse dixit: Saepe dedi gemitus. Qua parte bibi: signum est enim amoris ea parte poculi bibere, qua alius biberit. Ouid. in primo Amorum ad amicam: quae tu reddideris: ego primus pocula sumam, Et qua tu biberis hac ego parte bibam: Idem precipit in secundo de Arte. Fac primum rapias illius tacta labellis Pocula: quaque bibit parte puella bibas. Digitis: manu. Supercilio poene loquente: idest ita declarante animum tuum ac si locutus esses: ipse in Amoribus. Verba superciliis sine voce loquentia dicam. idem in secundo de Arte: Multa superciliis multa loquare notis. Erubui: puduit me. Notis: signis non satis occultis: idest nimis manifestis. Exiguo murmure: tenui & submissa voce: ne audiret. Hunc: Paridem: Nec vox fuit falsa: idest & vera dixi. In orbe mensae: idest in mensa, quae rotunda fiebat apud antiquos. Iuue. magnos nisi sustinet orbes Grande ebur. Deducta: diuisa. Ouid. in Amori. Verba leges digitis. verba notata mero: idem in secundo de Arte. Blanditiasque leues tenui perscribere vino. Vt dominam in mensa se legat illa tuam. Renuente: nutu tibi respondente. Flecterer: mouerer: inducerer. Si fuissem peccatura: idest si voluissem fallere fidem coniugii. Est quoque: ad id quod dixit. Nec puto collatus forma Menelaus & annis: iudice te nobis anteferendus erit. Velle: optare. Foelix: quae habeat talem maritum qualis es tu. Sine crimine: sine culpa: idest altera quae non sit nupta. Cadat: pereat. Externo: peregrino qualis tu es. Meo exemplo: quae licet non habeam maritum pulchrum: tamen eo sum contenta. Est virtus: sententia est. Placitis: quae placuerunt. est enim participium: non autem legendum est placidis. Quam multos: idest quot: quasi dicat plurimi sunt. Qui sapiunt: idest qui intelligunt & cognoscunt. An vnus: idest an solus: quasi dicat non. Plus cernis: idest plus vides quam alii. Sed plus audes: idest audacior es aliis. Cordis: intellectus: & est sensus. Minus oris: minus verecundiae cuius os: idest facies testis est. Tunc ego: dicit quod vellet eum venisse ad petendum ipsam vxorem cum erat nubilis: & a multis petebatur, quia praeposuisset eum omnibus. Vir: Menelaus parcet mihi si hoc dico: quia etiam praeposuissem te ei. Ad te dicit eum nunc sero venisse: quia iam est coniuncta & dicata alii.

HVBER: Sententia pulcherrima

Placitus participium

Sed si iam vellem ingenue fatis, sed muliebri affectione. Atque ea non sperno. Liptotes: idest gratanter accipio, sicut in illo Virgiliano, Munera nec sperno sic acceptissima semper &c. prouerbiale est quod in Eunucho dicitur sic a gnatone ad

ASCEN.

militem quęrentem. Ain tu lęta est. Non tam ipso quidem dono q̃ q abs te datum: id vero serio triumphat plus multo est q amas. Non id quod amas intelligimus, sed quia amas. & ita in reliquis. Illa quoq;. Docet signa amoris eius se notasse. Ordo est. quamuis ergo experiar dissimulare: idest an possim. tamen suppple ego noto: idest obseruo & annoto, illa .s. signa. quæ improbe: idest improbanda facis nunc mensa apposita: idest postquam mensa apposita est. Tu lasciue. nam extra carmen diceres lasciuus. vt docet Valla. Nec est aduerbium lasciue, quia hoc vltimam produceret. Quos scilicet oculos tuos instantes: idest instanter me intuentes lumina nostra, idest acies oculo℞ nostro℞, vix ferūt: idest tolerare aut sufferre possunt. Ah quoties: quasi dicat frequentissime notaui signa tecta: idest occulta dari digitis, & supercilio pene. i. quasi loquente. Orbe quoq;: videtur sensus & ordo. Ego quoq; legi in orbe mense: idest quo vtebaris in mēsa, vulgus scissoria aut incisoria vocat: sub nostro nomine (Nam in orbibus argenteis, ac aureis solent dominorum nomina ab artificibus inscribi) legi, inquit, amo, illud verbum amo quod fecit litera deducta mero: idest vino loco atramenti siue inclaustri, vt significet Paris se amare Helenam, cuius nomen superius positum erat. Aliter exponit superior interpres tu vtrumuis sequere lector. Est victus placitis. Aureum verbū. an Paris vnus: idest solus habes. Paris in vocatiuo latine dixit, cū vsitatius Pari dicatur. Proci sunt, qui petunt connubium.

Ad possessa venis, præreptaq; gaudia serus,
Spes tua lenta fuit, quod petis, alter habet,
Vt tamen optarem fieri tua troica coniux
Inuitam sic me non Menelaus habet.
Define mol!e p̄cor verbis conuellere pectus,
Neue mihi quam tu dicis amare, noce.
Sed sine quam tribuit sortem fortuna tueri,
Nec spolium nostri turpe pudoris habe.
At Venus hoc pacta est, & in altæ vallibus idæ
Tres tibi se nudas exhibuere deæ.
Vnaq; cum regnum, belli daret altera laudem,
Tyndaridis coniux tertia dixit, eris.
Credere vix equidē cælestia numina possum,
Arbitrio formam supposuisse tuo.
Vtq; sit hoc verum, certe pars altera ficta est.
Iudicii precium qua data dicar ego.
Non est tanta mei fiducia corporis, vt me
Maxima teste dea dona fuisse putem.
Contēta est oculis hoium mea forma probari,
Laudatrix Venus est insidiosa mihi.
Sed nihil infinuo, faueo quoq; laudibus istis,
Nam mea vox quare, quod cupit, esse neget.
Nec tu succense nimium mihi creditus ęgre,
Tarda solet magnis rebus inesse fides.
Prima mea est igit̃ veneri placuisse voluptas,
Proxima, me visam pręmia summa tibi.
Nec te Palladios: nec te Iunonis honores
Auditis Helenę pręposuisse bonis.
Ergo ego sum virtus, ego sum tibi nobile regnū:
Ferrea sim, si non hoc ego pectus amem.

ANTO. ¶AD possessa: ad eam quæ vlterius est possessoris. ¶Vt tamen optarem: excusat voluntatem licet mollis videatur: Quāuis optē tuum coniugium: non tamen Menelai thalamum odi. ¶Auellere: vellicare: sollicitare. ¶Sortem: coniugii vices. ¶Tueri: in tua honestate seruare. ¶Spoliū pudoris: noli me, inquit, pudicitia spoliare: sumpta a militibus metaphora qui in victoria hostes spoliant.

Paridis iudicium ¶At Venus hoc pacta est: suasionem Paridis ex auctoritate deorū præponit. ¶Pacta est: meum coniugium promisit. ¶Nudas: iudicaturus Paris de dearum forma illas nudatis corporibus voluit conspicari: quod Homerus in Iliade retulit. ¶Credere vix equidē. propositum id non refellit: sed verborum ambitu concedit. ¶Formā: tuo iudicio pulchritudinem mandasse. ¶Vt sit hoc verum: esto quod iudicaris de illarum forma. ¶Precium iudicii: nego Venerē præmium victoriæ tibi me præposuisse. ¶Fiducia corporis: nō ita in mea forma confido. ¶Vt maxime dona: vt existimē pro summo premio dari debere. ¶Teste dea: ex Veneris testimonio & iudicio. ¶Contenta est: satis laudata videtur vltra opinionem si homines mea laudarint formam: non tantum dii. ¶Laudatrix Venus est insidiosa mihi: id mihi videtur fictum quod me Venus laudarit. ¶Sed nihil insinuo: non dissimulabo: aut verborum longo ambitu vtar: sed aperte dicā. ¶Faueo: gratæ sunt mihi tuæ laudes: fauemus eni his quorum officium gratum est: vnde & fauere lingua est: cum ire læta precamur. ¶Succense: me non grauiter feras: si non ducar facili credulitate. Succensere est his: qui officium vt consueuerunt amici non præstiterunt. Irascimur quibus iniuria lacessiti sumus. ¶Prima mea est igitur: hac diuisione quicquid insinauerit detegit: duo me, inquit, maxime delectant: & q Venus me laudarit, & tu cunctis præposueris. ¶Bonis: pulchritudini & corporis dotibus. ¶Virtus: quā Pallas præposuit. ¶Regnum: id Iuno obtulit. ¶Ferrea crede mihi nō sum, sed amare recuso: translationē hanc necessariā fuisse scrib. Fab. nā cū verbis ppriis deficeremus: vt obstinatos hoies notaremus: qd saxi erat illis tribuimus: duros asperosq; & ferreos appellauimus.

Succēsere & irasci in quo differant

HVBER ¶AD possessa: ad ea gaudia: quæ aliorum sunt. ¶Prærepta: præoccupata. nam talia sunt prius occupantium. ¶Lenta: pigra. ¶Altera: Menelaus. ¶Vt tamen: dicit quod quamuis libenter fuisset eius coniunx: si venisset in tempore: tamen non est sic inuita & male libenter cum Menelao, vt nunc optet esse coniux Paridis. ¶Vt optarem: idest cuperem. ¶Define: repellit eum a se: ne amplius eam verbis sollicitet. ¶Conuellere: commouere: labefactare: & facere vacillare. ¶Molle: mobile: & per consequens mutabile. ¶Ne noce mihi: sollicitando me. ¶Quā: me. ¶Sine: permitte. patere me. ¶Tueri: seruare. ¶Sortem: conditionem. ¶Spolium: rapinam. ¶Turpiter: idest cum infamia mea. ¶At Venus: ad id quod dicit. pollicita est thalamo te Cytherea meo. ¶Et in altæ vallibus Idæ: propter illud Dumq; tuo possem circundare brachia collo Contenta est virtus Pallade dante mihi: cum Venus & Iuno Pallasq; in vallibus idę Corpora iudicio supposuere meo. ¶Vna: Iuno. ¶Altera: Pallas. ¶Tertia: Venus. ¶Tyndaridis: Helenæ. ¶Arbitrio: iudicio. ¶Vt: quamuis. ¶Altera pars: quam dicis: scilicet quod ego dicar data. ¶Precium. i. merces & remuneratio. ¶Iudicii: quod pro Venere tulisti. ¶Non est. i. non tantum confido meæ pulchritudini: vt credam me datam tibi a dea pro maximus donis: quæ tibi dari potuerunt. ¶Contenta est: idest satis est mihi quod homines & mortales laudent pulchritudinem meam, sed quod Venus laudauerit: vt dicis vereor ne decipiar. ¶Insidiosa: fraudē parans. ¶Infirmo: nego. ¶Faueo: Assentior. ¶Quod cupit esse: scilicet pulchra. ¶Nec tu: sensus est: nec tu irascere mihi si vix credo tibi: qđ iudicio Veneris ego sim existimata pulcherrima. ¶Tu creditus: de his quæ de me dicis. ¶Nimium ægre: nimium difficile. ¶Nec succense: nec irascere. ¶Tarda: idest magnæ res non cito solent credi. est autem sententia rhetorica ¶Prima: præcipua. ¶Proxima: secunda. ¶Me visam tibi: me putatam & iudicatā ¶Summa: subaudi mihi voluptas. ¶Te non præposuisse: honores palladios quos Pallas offerebat. ¶Bonis auditis Helenæ: idest pulchritudini meæ quam nunquam videras: sed tantum audieras. ¶Ego sum virtus &c. idest ergo me pro virtute: me pro regno quod a Iunone promittebatur accepisti. ¶Sim: pro ero.

Snia pulcherrima

ASCEN. ¶AD possessa: idest ad res possessas. i. ad me possessam, aut ad gaudia possessa, & prærepta. Define molle. Vide q̃ prudenter amatorē moneat. nam dicēdo. define molle precor verbis cōuellere pectus significat, molle conuelli posse, si ille nō desinerit. At Venus hæc pacta est. Callide deuenit, ad id quod maxime affectat. significans Venerem auctorem fore, si qd committat criminis, Laudatrix insidiosa, quia per laudes eius prouocare in adulterium. Bonis Helenæ: idest formositati.

¶Sed

❡SED amare repugno: amorem ſaſſa: in eo difficultates notat: primum difficultatis cauſam in Paridis perſonam reii/ ANTO.
ciens. ❡Vix pu. dubio ſermone vſa eſt: ne omnino amantem excludere videatur, demum in illius ſententiam acceſſura.
❡Quid bi. a ſimili auget difficultatem. ❡Bibulum: aridum: nam quod aret facile humorem haurit. ❡Spem: non eſt ſperan/ Bibulus
dum fructus conſequi. ❡Locus ipſe: ſi natura ſolum ſit ſterile. ❡Sum ru. a natiuitate rei tertiam difficultatem notat. ❡Ad quid ſit
ve. fur. ad amorem. ❡Nulla ar. dolos in amore eſſe. cleretæ lena apud Plau. quibus alliciantur amantes his notat verſibus in Amantū
aſinaria bene ſalutando conſueſcunt conuellando blanditer. obſculando oratione vincula ventriſcula. ſi papillam pertra/ blandiciæ
ctabit haud eſt ab re aucupis. Suauium ſi ſumpſerit ſumere cum li/
cet ſine retibus.

Ferrea (crede mihi) non ſum, ſed amare recuſo
Illum, quem fieri vix puto poſſe meum.
Quid bibulum curuo proſcindere littus aratro,
Spemq; ſequi coner, quā locus ipſe negat?
Sum rudis ad veneris furtum, nullaq; fidelem
(Dii mihi ſunt teſtes) luſimus arte virum.
Nunc quoq; q tacito mādo mea verba libello
Fungitur officio littera noſtro nouo.
Fœlices quibus vſus adeſt, ego neſcia rerum
Difficilem culpæ ſuſpicor eſſe viam.
Ipſe malo metus eſt, iam nunc confundor, & oēs
In noſtris oculos vultibus eſſe reor.
Nec reor hoc falſo, ſenſi mala murmura vulgi
Et quaſdam voces rettulit æthra mihi.
At tu diſſimula, niſi tu deſiſtere mauis,
Sed cur deſiſtas? diſſimulare potes,
Lude, ſed occulte, maior non maxima nobis
Eſt data libertas, quod Menelaus abeſt.
Ille quidem procul eſt ita re cogente profectus,
Magna fuit ſubitæ iuſtaq; cauſa viæ.
At mihi ſic viſum eſt, ego cū dubitaret, an iret,
Quamprimum, dixi, fac rediturus, eas.
Omine lætatus dedit oſcula, reſq; domuſq;
Et tibi ſit curæ troicus hoſpes ait.
Vix tenui riſum, quem dum cōpeſcere luctor,
Nil illi potui dicere præter, erit.
Vela quidem ventis Creten dedit ille ſecundis
Sed tu non ideo cuncta licere puta.
Sic meus hic vir abeſt, vt me cuſtodiat abſens,
An neſcis longas regibus eſſe manus?

❡Tacito: occulto. ❡Fœlices: cum ſuſpirio legen/dum quod indicat iam in amore perſuaſum eſſe: ita vt rei facilitatem deſideret. ❡Vſus amo. experientia. ❡Difficilem culpæ: cum facile ſit peccare: mihi tamen difficile videtur. ❡Ipſe ma. me. eſt: difficultas ex formidine: quæ oritur ex ſiniſtro rumore. formido mihi eſt impedimento. ❡Iam nunc: ante patratum facinus parbos a tempore. ❡Confundor: neſcia ſum quid agā. ❡Noſtris vultibus: id de. culpa facit conſcientiam vt quæ maxime in occulto ſunt: in ore hominum verſari ſuſpicemur & quod in nos omnes coniiciant oculos. ❡Quaſdam vo. de noſtro amore rumores. ❡Cur de. ſequere potius: apertius extulit quid animi haberet. ❡Non ma. quoniam quāuis abſit: non tamen omnia audere licet: vt vult enim cuſtodem ſibi appoſitum fuiſſe ſignificare. ❡Re co. Menelai diſceſſum a neceſſitate tuetur: quem ſimplicitate Paris damnarat. ❡Magna cauſa: ea erat vt diuiderentur in creta atrei bona. ❡Dubitaret: de diſceſſu in ambiguo eēt. ❡Fac re. eas: hoc omine ad diſceſſum iuitauit. ❡Erit: Pari. Troiani hoſpitis curam geram. ❡Cuncta: ea etiam quæ minus honeſta ſunt. ❡Cuſtodiat: cuſtodiam adhibuerit. ❡Longas manus: quæ etiam remotiſſima cuſtodire poſſunt.

❡FERrea: dura. inhumana. Si non amem hoc pectus: ideſt talem HVBER
animum tuum. oſtendit quod diximus ſupra in Epiſtola Paridis mulieres laudibus ſuæ pulchritudinis delectari. Delectant etiam caſtas præconia formæ: ſed quia dixit ſe eſſe ferream niſi amet talem in ſe animum: poſſet dicere Paris quare ergo non amas me: reſpondet dicens: ſe nolle amare eum quem vix ſperat vnq̄ poſſe eſſe ſuum: ſed cum dixit vix dedit aliquam ſpem: non enim omnino negauit ſe putare. ❡Quid bi. ex ſimilitudine oſtendit non eſſe ſibi ſequendum amorem Paridis cui non poſſibile morem gerere. ❡Quid coner? quid temptem. ❡Bibulum: epitheton littoris & harenæ. ❡Spem quam lo. ipſe negat: quæ naturaliter ex ipſo loco poſſit haberi: ſed per hanc ſimilitudinem intellexit amorē Paridis. ❡Sum rudis: adducit rationes quare hæc ſpes videatur negari. & arguit a maioribus ſuis & anteacta vita. ❡Rudis: noua, imperita. ❡Luſimus: decepimus. Virgi. Quid natum totiens crudelis tu quoq; falſis ludis imaginibus. ❡Nulla arte: nulla fraude. nunquā decepi maritum meū. ❡Dii mi. ſunt te. ideſt dii ſciunt. & eſt parentheſis. ❡Nunc quo. dicit ſe nunquam ante ſcripſiſſe ad aliquem aliū. ❡Tacito li. ſecretæ Epiſt. ❡Nouo: inuſitato. ❡Vſus: ideſt experientia: & exercitatio. ❡Neſcia: imperita. ❡Suſpicor vi. dif. quia qui habitum fecit non peccandi neſcit quomodo incipiat peccare. ❡Ipſe me eſt ma. i. timor iam nocet mihi. Iam nunc: antequam peccem. ❡Omnes ocu. eſſe in meis vulti. ideſt puto omnes mei iam reſpicere: & habere oculos in me conuerſos: & dicere. hæc eſt quæ maritum decepit: quæ eſt adultera. ❡Falſo: ſine cauſa. ❡Senſi: percepi, intellexi. ❡Murmura: ſuſurros quoſdā de me. ❡Aethra: comes mea. ❡Quaſdam vo. quæ de me & de te dicuntur. ❡Diſſimula: occulta. & oſtende nihil eſſe. ❡Niſi tu ma. i. potius vis. ❡Deſiſtere: ceſſare ab amore meo. ❡Sed cur de. latenter oſtendit ſibi gratum eſſe quod pergat. ❡Occulte: caute ne aliquis aduertat. ❡Maior: quia Paris dixerat. Sed tibi & hoc ſuadet rebus non voce maritus, Neue ſui furtis hoſpitis obſit abeſt. reſpondet ipſa ſe eſſe aliquanto in maiore libertate q̄ ſi maritus adeſſet: ſed non tamen habere maximam: vt poſſit facere quod velit: maior q̄ ſi adeſſet. ❡Sed non ma. quia etiam obſeruor. ❡Ille: Menelaus. ❡Procul: longe. ❡Re co. ideſt neceſſitate exigente. ❡Viæ: profectionis eius. ❡Sic vi. eſt. ſ. eſſe eundum. ❡Cum du. an iret: oſtendit Menelaum ſine conſilio ſuo non diſceſſiſſe. ❡Rediturus quamprimum. i. celeriter. eſt enim q̄primum vna dictio compoſita. ❡Lætatus omi. i. accipiens pro bono omine quod ego dixiſſem ei: vt iret. ❡Res: patrimonium noſtrum. ❡Domus: familia. ❡Troicus hoſpes: Paris. ❡Sit ti. curæ: & hoc eſt quod Paris dixit eum mandaſſe: cum dixit. Idæi mando tibi dixit iturus Curam pro nobis hoſpitis vxor agas. ❡Vix tenui riſum: cum vidi eum ita ſtultum: vt mihi commendaret eum qui ſibi nocere poſſet. ❡Compeſcere: cohibere. ❡Luctor: nitor. ❡Erit: ideſt fiet: hoc eſt erit mihi commendatus. ❡Cretem: deeſt in. ❡Ideo: ob hanc cauſam: ſcilicet quia abſit. Licere cun. ideſt omnia eſſe tibi licita: ſatis enim tibi eſſe debet ſi potes me videre & alloqui: neq; debes vlterius ſperare licere tibi. ❡Abſens: ideſt etiam abſens. ❡Regibus: principibus qualis ipſe eſt. ❡Longas manus: longam poteſtatem etiam in locis remotis.

Quamprimum quæ dictio ſit

❡FOELices quibus vſus adeſt. Paulatim in conſenſum delabit. nam velle ſignificat, ſed nō audere. Ipſe malo metus eſt ASCEN.
.i. metus mali, qui ſolet malo detinere. eſt mihi malo. i. ad malum. ſ. ad infamiam, quia qui audacter & confidenter peccāt, præſe ferunt innocentiam, at rubeſcentes confitentur culpam quam vultu produnt, velit ergo aſſueta eſſe & non metuere ne agnoſcatur. Aethra & Climene ꝓpria ſunt nomina pediſſequarum. At tu diſſimula &c. Id ſæpe aperit poeta, quod mulieribus ſæpe in voto eſt velle: ſcilicet committere culpam, ſi citra infamiam poſſent, vnde cohortatur vt diſſimulet. Ita re: ideſt vtilitate cogente: profectus. Quamprimum dixi fac rediturus, quamprimum: ideſt valde cito, quod dictum ille pro fœlice omine ſumens mox profectus eſt. Hoſpes troicus, aut Troianus, aut quod illi glorioſius eſt, a troe ortus. Erit, comici dicunt fiet, & eſt imperioſe dictum, ſed modeſtius dixit, erit: ſcilicet curæ. An neſcis longas: prouerbi. le eſt.

Fama quoq; est oneri, nam quo cõstantius ore
Laudamur vestro, iustius ille timet.
Quę iuuat, vt nũc est, eadem mihi gl'ia dãno est:
Et melius famæ verba dedisse fuit.
Nec quod abest, hic me tecum mirare relicta,
Moribus, & vitæ credidit ille meæ.
De facie meruit, vitæ confidit, & illum
Securum probitas, forma timere facit.
Tp̃a ne pereant vltro data præcipis, vterq;
Simplicis vtamur commoditate viri.
Et libet, & timeo, nec adhuc exacta voluntas
Est satis, in dubio pectora nostra labant.
Et vir abest nobis, & tu sine coniuge dormis,
Inq; vicem tua me, te mea forma capit.
Et longæ noctes, & iam sermone coimus,
Et tu (me miseram) blandus, & vna domus.
Et peream, si non inuitent omnia culpam
Nescio quo tardor: sed tamen ipsa metu.
Quod male p̃suades, vtinã bñ cogere posses:
Sic mea rusticitas, excutienda foret.
Vtilis interdum est ipsis iniuria passis:
Sic certe fœlix esse coacta forem.
Dũ nouus est, cœpto potius pugnemus amori,
Flamma recens parua sparsa resedit aqua.
Certus in hospitibus non est amor, errat, vt ipsi
Cumq; nihil speres firmius esse, fugit.
Hypsiphyle testis, testis, minoia virgo,
In non exhibitis vtraq; iusta, thoris.
Tu quoq; dilectam multos infide per annos

ANTO. ¶ FAMA: nois celebritas. ¶ Est oneri: difficultatem parit. ¶ Eadẽ gloria: pulchritudinis frequens fama, & seruari pudo/ris decus. ¶ Verba dedis. non seruasse ab ineunte ætate sine labe: se deceptam violasse præstaret. Dare verba est cum factis dicta non consentiunt: quod Terentianus seruus indicat: cũ dicit: cui verba dare difficile est. ¶ Credidit: fidem adhibuit, nouit recte actam vitam & p̃batos mores. ¶ De fa. sola pulchritudo illũ timere cogit: cum cætera meæ vitę probet. ¶ Præcipis: suades ad temporis opportunitatem. Dixerat enim Paris: Vtere mandatis simplicitate viri. ¶ Et libet: concedit sua/sionem sed differri factũ: quoniam adhuc pendeat animus culpæ dissuetudine. ¶ Exacta: firmata pendebat adhuc. ¶ Et vir abest: cõmoditates repetit ex snia Paridis vt facile ostendat se itu/ram in eius sniam. ¶ Me miserã: ad culpæ memoriam suspirat. ¶ Male: nõ honeste: turpe est adulterũ suadere. ¶ Bene: sub honestatis spe/cie: vel est, inquit, ꝙ ex voluntate turpe est: vt quadã necessitate fie/ri posset: vnde iudicaret̃ honestũ. ¶ Rusticitas: timiditas & in amo/re difficultas. ¶ Vtilis: qm̃ culpã diluere possunt. ¶ Sic: per violẽtiã & iniuriã. ¶ Esse fœ. tuo coniugio beata. ¶ Dum nouus est cœpto: anceps in Paridis fide adhuc amori repugnat. ¶ Cœpto: qui tunc nos inuasit: facile enim amor reprimit̃: si anteq̃ inualescat: abiicere conabimur. ¶ Flãma recens: cũ primum ignis incendit̃. ¶ Certus in hospitibus: ecce aperit vnde orit̃ timor: quo ad impugnandũ dum ad amorẽ impellebat̃ hospites, inquit, fidẽ amantibus nõ seruant: argumento viu a cõditione: & incostãtia. ¶ Hypsiphyle testis: exẽ/

Virorum inconstantia

plo inconstantiam probat. Iason Hypsiphylem reliquit: Theseus ariadnam. ¶ Non exhibitis: qui non fuere seruati ex fœdere.

HVBER. ¶ FAMA quoq;: dicit se etiã terreri metu infamię. ne dicat̃ adul/tera: quod derelicto marito legitimo: secuta sit amatorẽ. ¶ Est one/ri: idest affert onus & obligationẽ quandã pudice viuendi. ¶ Quo: quanto. ¶ Constantius: firmius. ¶ Vestro ore: idest verbis omnium virorum. ¶ Iustius: idest eo: idest tanto: quanto enim aliqua mulier magis laudatur tanto magis de ea timendum est: nam sola miseria caret inuidia. ¶ Quę iuuat: latenter, inquit, quod libenter peccaret: si auderet: dicit enim gloria meæ famæ & honestæ vitæ. ¶ Quæ iuuat: quæ delectat me. ¶ Vt: idest sicut. ¶ Nunc est: idest honesta: vt nunc est. ¶ Est mihi damno: quia inicit mihi ruborem faciendi quod a me petis, quod esset vtilius. ¶ Et melius foret: idest vtilius mihi esset. ¶ Dedisse verba famæ: idest decepisse ipsam famam: & me non esse talem: qualem fama prædicat: hoc est: melius esset non obseruare fidem marito. Dare verba est decipere. ¶ Credidit: confi/sus est. ¶ Moribus: meis honestis. ¶ Et vi. ante prospectæ. ¶ De fa/

Dare verba

cie me. idest pulchritudo mea facit illum timere & suspicari de me: sed vita cognita honesta facit illum cõfidere. ¶ De fa. idest propter faciem & pulchritudinem. ¶ Securum: sine cura & timore. ¶ Tem/pora ne pereant: ad id quod dixerat Paris. Vt te nec mea vox: nec te meus incitet ardor Cogimur ipsius commoditate frui. Aut eni/mus stulti &c. respondens dicit. ¶ Et libet: idest cupio. ¶ Et timeo. ¶ Voluntas: legendum est non voluptas. ¶ Nec adhuc est exacta: idest satis perfecte deliberata. ¶ Labant: vacillant. ¶ In du/bio: incerto vtrum debeam viri commoditate absentiæ vti. ¶ Et vir abest: responsio est ad id quod dixit. Sola iaces vi/duo tã longa nocte cubili. In viduo iaceo solus & ipse toro. ¶ Inuicem: vicissim: idest tu me amas: & ego te. ¶ Et noctes lon. s. sunt. ¶ Et iam coimus. i. coniungimur: simul sumus. ¶ Sermone: simul loquendo. ¶ Et tu blandus: subaudi es. ¶ Et do/mus: in qua sumus. ¶ Et vna: idest ambo sumus in eadem domo. ¶ Me miseram: per interpositionem legendum est: & est dolentis. ¶ Peream: quasi iurantis est. i. moriar. ¶ Si omnia: quæ in parte tua sunt. ¶ Non inuitant: me ad sequendum te. ¶ Nescio quo metu. q. d. etiã si sit sine ratione. ¶ Bene cogere: quia cupiunt puellæ cogi. ¶ Quod male: idest vix. Persuades: tua Epistola: & rationibus ad me scriptis. ¶ Rusticitas: rusticus pudor. Ipse de arte: & si rusticitas non vetat ipsa rogat. ¶ Excutienda: eiicienda: repellenda. ¶ Ipsis passis. i. his qui eam passi sunt. ¶ Sic. s. inferendo iniuriam. ¶ Ego forem coacta esse fœlix. i. cogeret habere ea bona quæ mihi promittis, & per te mihi contingere possunt. ¶ Dum nouus est: ostenditur

Mulierum inconstantia

mutabilitas muliebris: posteaq̃ enim significauit se cupere quod Paris suadebat: nunc hortatur. vt potius desistat ab amo/re: dum nondum est vehementer auctus & multis exemplis rõnibusq; probat: quare nõ debeat sequi Paridẽ. ¶ Pugnemus: resistamus. ¶ Flãma: probatio a simili quod amor incipiens facile possit extingui: sicut ignis nouus pauca aqua extinguit̃. ¶ Certus: firmus: & est snia rõnem continens. ¶ Hospitibus: peregrinis non habentibus certũ domiciliũ. ¶ Errat: vagatur amor. Vt ipsi: hospites. ¶ Firmius: stabilius. ¶ Hypsiphyle: probat exemplis. ¶ Minoia vir. Ariadne filia minois. de Hypsi/phyle & Ariadne visum est supra in Epistolis earum ad Iasona & Thesea. ¶ Vtraq; iusta in toris nõ exhi. i. non datis sed negatis eis: de qua re iuste conqueruntur. ¶ Tu quoq;: qui mihi tot tantaq; promittis. ¶ Infide: periure & fraudulente.

ASCEN. ¶ Fama quoq; est oneri, veretur enim famã bonã polluere. Et melius fuit dedisse verba famæ. i. fouisse famã manẽ, & de/cepisse eã. Nec ꝙ abest, subtilis & oratoria respõsio. Nã qd ille in cõtumeliã Menelai dixerat, ista in suã laudẽ vertit (suam dico Helenæ ne barbare loqui putes). De facie. i. pp pulchritudinem faciei. Et tu me miseram. hæc particula me miserã in/seritur quasi per parenthesim, & regitur ab o particula subintellecta vel ab heu vt sit o me miseram, sed qa nõ tã vehemens est excãdescentia pulchrius supprimit̃, q̃ exprimat̃. Quod male p̃suades, qa vix potest p̃suadere. & est votũ multis cõmu/ne. sed damnandũ. Dũ nouus est cœpto, sanctũ qdẽ cõsiliũ, sed longe a sentẽtia & animo mulieris: Pugnemus amore. i. cũ amore repugnemus amori. sicut in. iiii. Aenei. Placitone et pugnabis amori. verba enim ad cõtentionẽ p̃tinẽtia apud Vir. cũ datiuo cõstruuntur, loco cuius nos ablatiuũ, & cum p̃positione ponimus, vt solus tibi certat amyntas &c. Sparsa rece/dit, aut residit, & puto potius legẽdũ residit a re & sido, vt sit p̃sentis tp̃is, nõ ꝙ dicã cũ Alexan. sido carere p̃to, id enim falsum est. nã vt Valla docet sedi facit, sed qa sniæ magis cõgruit p̃sens q̃ p̃teritũ tẽpus, nisi sit sparsa aqua. i. cũ iam sparsa fuerat aqua: Põt etiã a resideo deduci, vt resedit sedata est. Amor cer. idest durabilis. Multos infi. vocatiuus est. o infide.

¶ Oenonem

Diceris oenonem deseruisse tuam.
Nec tamen ipse negas,& nobis omnia de te
Quaerere,si nescis,maxima cura fuit.
Adde qđ vt cupias constans in amore manere
Nō potes,expediunt iam tua vela phryges.
Dū loqueris mecū,dum nox sperata paratur,
Qui ferat in patriam iam tibi ventus erit.
Cursibus in mediis nouitatis plena relinquas
Gaudia cum ventis noster abibit amor.
An sequar,vt suades,laudataq; pgama visam?
Pronurus & magni Laomedontis ero?
Non ita contemno volucris praeconia famae,
Vt probris terras impleat illa meis.
Quid de me poterit sparte,quid achaia tota,
Quid gentes aliae,quid tua troia loqui,
Quid priamus de me,priami qd sentiet vxor,
Torq; tui fratres,dardaniaeq; nurus.
Tu quoq; q poteris fore me sperare fidelem,
Et non exemplis anxius esse tuis?
Quicunq; iliacos intrauerit aduena portus:
Is tibi solliciti causa timoris erit.
Ipse mihi quoties iratus adultera dices,
Oblitus nostro,crimen inesse tuum.
Delicti fies idem reprehensor,& auctor,
Terra precor vultus obruat ante meos.
At fruar iliacis opibus,cultuq; beato:
Donaq; promissis vberiora feram.
Purpura nēpe mihi,p̄ciosaq; texta dabuntur,
Congestoq; auri pondere diues ero.
Da veniam fasse,non sunt tua munera tanti,
Nescio quo tellus me tenet ista modo.
Quis mihi,si ledar,phrygiis succurret in oris?
Vnde petam fratres,vnde parentis opem?
Omnia Medeae fallax promisit Iason.
Pulsa est aesonia,non minus illa domos
Non erat Aeetes,ad quem despecta rediret:
Non ipsea parens,chalciopeq; soror.
Tale nihil timeo,sed nec Medea timebat,

ANTO.

¶OENonem: destitutam se a Paride Oenone sua Epistola conquesta est. ¶ Adde quod vt cupias: inconstantiam arguit a necessitate. ¶ Expediant: parant tibi nauigandi necessitatem. ¶ Nox sperata: quā mecum futurus es. ¶ Cursibus in mediis: ab auriga translatio est: in medio, inquit, amoris gaudio. ¶ Nouitatis: nouarum cogitationum, quales nouum amātem subire consueuerunt. ¶ An sequar: transit ad eum Paridis suasionem: quae est troica classis adest armis instructa viris q; iam facient celeres remus & aura vias. ¶ Non ita contemno: a fama id fieri non posse monstrat. ¶ Probris: adulterii criminibus. ¶ Sparte: spartani homines. ¶ Achaia: peloponnessus. ¶ Vxor: est hecuba cypsei regis filia. ¶ Tot fratres: ex quibus hos legimus Hectorē: Helenum: Chaonem: Troilum: Deiphobum: Polydoros duos: Esachium: Anthiopum: Theucrum: Dimoocontem. Echemonē: Cremononē: Gergitionem: Cebrionem: Phorbantem: Doridonem: Polydamantem: Pammononem: Antiophontem: Agathonem. Hippotin: Aganonem: Laochontem: Iphatem: Testarium: Thimetem: & Pollytē. Puellae vero traduntur: Creusa: Cassandra: Ilione: Lycaste: Polysena. ¶ Dardaniae q; nurus: Troianae puellae: vel Priami nurus. ¶ Qui: quomodo. ¶ Tuum erimen dixerat: Paris si pudet an metuis ne me videare secuta. Ipse reus sine criminis huius ero. ¶ At fruar iliacis: quod Paris ab opibus suasit: quadam repetit iracundia: patriae charitatem illis anteponens. ¶ Purpura nempe mihi: purpura veste donatam a Paride fuisse Helenam Martia. scrib. ¶ Tellus ipsa: solum patrium. ¶ Quo modo: qua dulcedine & occulta charitate quisq; enim patriae consuetudine tenetur. ¶ Quis mihi si laedar: propositum suum firmat ab incommodis quae possunt absentibus a patria exoriri. ¶ Omnia me. exemplo auget incommoda. Medea, inquit, ab Iasone pulsa est. ¶ Ipsea. Dio. ecatem Medeae matrem fuisse scrib. Apollonius ex caucasea nympha genitam contendit. Ibicus ex Euridide. Syphocles ex neera. Hesiodus ex phaedra calciopeq;. ¶ Soror: quae phryxo nupsit vt diximus. ¶ Tale: vt me pellas.

Hecuba cuius filia fuerit Priami filiorum noia

Ecate que fuere

HVBER

¶OENonem: Vxorem tuam: vt vidimus in Epistola ipsius Oenones ad Paridem. ¶ Quaerere: inuestigare. ¶ Adde: adducit aliā rationem: quia comites paridis instabant vt iam iam discederet. ¶ Expediunt: expedire parant. ¶ Paratur: cōstituitur inter nos. ¶ Plena noui: idest tantummodo incepta. ¶ In mediis cursibus: post inceptum & est translatio. ¶ Abibit: tecum & obliuisceris mei. ¶ An sequar: ad id quod dixit. Ibis dardanias ingens regina per vrbes: & item innumeras vrbes atq; aurea tecta videbis: & item Ilion aspicies: firmataq; turribus altis. Moenia phoebeae structa canore lyrae. dicit ergo. ¶ Visam pergama: laudata a te. ¶ Pronurus: Nurus ad partem mariti refertur, pronurus ad auum: sicut nunc ad laomedonta auum Paridis. ¶ Contemno: paruifacio. ¶ Praeconia: voces. ¶ Volucris: velocis. ¶ Illa: fama. ¶ Probris: ignominiis: vituperiis. ¶ Sparthe: lacedaemon. ¶ Achaia: peloponnessus, vel graecia. ¶ Quid poterit loqui de me: nisi me esse adulteram. ¶ Quid sentiet: quid iudicabit. ¶ Tu quoq;: cū videbis me fregisse fidē Menelaū. ¶ Qui. i. quomodo. ¶ Anxius: sollicitus & plenus timoris. ¶ Exēplis tu ne alius: ita me sollicitet & alienet a te sicut tu a Menelao. ¶ Causa timoris: q a putabas eum venisse eadē intentione: qua tu huc venisti. ¶ Ipse: tu. ¶ Dices adultera: me appellabis adulterā. ¶ Oblitus nostro &c. idest oblitus quod non potes maledicere de me: quin maledicas de teipso. ¶ Inesse i coniunctum esse. ¶ Et au. causa. ¶ Obruat: tegat. ¶ Ante: potius; & est iprecatio muliebris. Sic Dido apud Virgilium lib. iiii. Sed mihi vel tellus optē prius ima dehiscat: & Briseis ad Achillem. Deuorer ante precor subito telluris hiatu, Aut rutilo missi fulminis igne cremer. ¶ At fruar: obiectio. ¶ Vberiora promissis: idest plura q̄ promisisti. ¶ Congesto: cumulato: & vndiq; ad me collato. ¶ Da veniam: responsio. ¶ Fassae: mihi verū fatenti. ¶ Tanti: vt velim hinc discedere. ¶ Nescio quo modo. q. d. icredibiliter. ¶ Tenet: imuat: delectat. ¶ Oris: regionibus. ¶ Phrygiis: Troianis vbi habeo nullos ex meis. ¶ Oia: quia Paris posset dicere: nunq̄ te deseram: ero loco propinquorum: & fratrum & parētis: adducit exemplum quo ostendit se timere: ne decipiatur. ¶ Aesonia domos vt supra: ausus es aesonia dicere cede domo. ¶ Non minus: nihilominus: licet habuisse tot promissa. ¶ Aeetes pater eius. ¶ Ipsea pa. idest mater eius ipsea nomine: licet: vt supra diximus secundum alios Idya nominaretur. ¶ Calcyopes Medeae soror fuit. ¶ Sed timebat: cum tu enim promittebas.

Nur? & pronurus ad quos referatur

ASCEN.

¶NEC tamen ipse ne. hoc placere videtur Helenae. quia confitendo significat se iustam habere repudii causam & non mendacem esse. Adde q vt cupias. Argumentatur etiam, si velit non posse diu manere. Pronurus: vna est dictio, sicut pronepos, sed nepos est ex filio aut filia genitus, pronurus non pronepotis, sit nepotis vxor, quia ergo Paris est nepos Laomedontis, vxor Paridis erit pronurus, sicut Hecuba mater eius nurus. Non ita contemno: idest non vsq; adeo paruipendo. Praeconia idest diffamationem. Volucris: famae: vt illa impleat. i. vt sinam illam implere terras meis probris: Quid de me poterit sparte, hec sparte huius spartes, sicut crete cretes. Tu quoq; qui: idest quomodo, poteris: aut quā re seu qua via poteris sperare me fidelem fore non exemplis anxius esse tuis. Egregium Argumentum quo multi contendunt nō ducendas: quę precei aut precio inductae in stuprum consenserint ante nuptias, quia quod vni praestiterunt, censendae sunt etiam alteri praestare paratae: si consimilis conditio offeratur. Terra precor vultus. sic Dido. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat. Non sunt tua munera tanti. In omnibus contendit se personam potius, q̄ rem eius amare. ¶ Quis mihi si laedar. Aliis quoq; argumentis probat in externam regionem relicta patria non esse proficiscendum.

Fallitur augurio spes bona sæpe suo.
Omnibus inuenies, quæ nunc iactant in alto,
Nauibus portu lene fuisse fretum.
Fax quoq; me terret, quā se peperisse cruentam,
Ante diem partus est tua visa parens.
Et vatum timeo monitus, quos igne pelasgo
Ilion arsurum præmonuisse ferunt.
Vtq; fauet cytherea tibi, quia vicit, haberq;
Parta per arbitrium bina trophea tuum.
Sic illas vereor, quæ si tua gloria vera est,
Iudice te causam non tenuere duæ.
Nec dubito quin, te si p̄sequar, arma parentur,
Ibit per gladios (hei mihi) noster amor.
An fera centauris indicere bella coegit,
Athracis, æmonios Hippodamia viros.
Tu fore tam lentum iusta menealon in ira,
Et geminos fratres, tyndareumq; putas,
Quod bene te iactas, & fortia facta loquaris
A verbis facies dissidet ista tuis.
Apta magis veneri, q̄ sunt tua corpa marti,
Bella gerant fortes, tu Pari semper ama.
Hectora, quē laudas, pro te pugnare iubeto.
Militia est operis altera digna tuis.
His ego, si saperem, pauloq; audacior essem,
Vterer, vtetur, si qua puella sapit.
Aut ego deposito faciam fortasse pudore,
Et dabo coniunctas tempore victa manus.
Quod petis, vt furtim p̄sentes ista loq̄mur,
Scimus quid captes, colloquiumq; voces:
Sed nimiū p̄pas, & adhuc tua messis in herba est
Hæc mora sit voto forsan amica tuo.
Hactenus arcanum furtiuæ conscia mentis
Littera, iam lasso pollice sistat opus.
Cætera per socias, Climenē, æthrāq; loq̄mur,
Quæ mihi sunt comites, consiliumq; duæ.

ANTO. ¶ Augurio: cogitatione: euenit interdum aliter q̄ opinemur. ¶ Omnibus iuue. a simili arguit posse in tristitiā & odium tantū amorē verti. ¶ Iactant: agitant procellis. ¶ Lene: tranquillū. ¶ Fax quo. m. ter. dissuadet rapinā hanc somniis: nam locus est suadendi aut dissuadendi: vt scri. Cic. a somniis: a coiectoribus: ab auguriis hecuba facē parere somniauit: tō in tragœdia exclamat: adest fax inuoluta sanguine: vt apud Cic. in lib. de diuinatione licet inspicere. ¶ Et va. ti. mo. arguit a vaticiniis: chalchas incēdiū Troianū p̄dixit: vt Hom. testis est. ¶ Præmonuisse: p̄dixisse. ¶ Bina tr. victoriā ex duabus est cōsecuta. ¶ Illas: Iunonē & Palladē: ne de te vlcisci velint. ¶ Si t. glo. ve. si verū est q̄d tu iactas ad tuā gloriā, vt de his iudicium tuleris. ¶ Thracis: hippodamiā athracis flu. filiā itelligit q̄ pirithous Ixionis ex dia filius duxit vxorē nuptiæ in pelio Thessaliæ mōte gestæ sunt. cētauri qui aderāt cū fœminis vim parassent Thesei Herculisq; viribus trucidari & in fugā acti sunt. ¶ Aemionos: nestorē. Theseū: pirithuū: & herculē signat: & lapithas q cētauros superarūt. ¶ Iusta ita: equū est pro rapta cōiuge irasci. ¶ Fortia fal. loq ris. i. nec plus atrides animi Menelaus habebit. ¶ Ista fa. quæ amorē nō bellū p̄se fert. ¶ Veneri: ad amandū. ¶ Marti: ad bellū. ¶ Tu pa. q mollis & delicatus es. ¶ Altera mili. q̄ est amoris & veneris nō martis. ¶ His ego si fa. colligit iā Epistolā ita vt plus spei q̄ timoris reliquat. ¶ His: q̄ polliceris & tui corpis dotibus. ¶ Si fa. duo de se notat: q rudis sit & timida. ¶ Faciā: vtar tuis bonis. ¶ Cōiunctas ma. amori succūbā. ¶ Quid captes: translatio ab aucupibus: noui, inqt, q̄d velis a me sumere. ¶ Quid vo. col. honestius locuta est: q̄ si rē ap te dixisset. ¶ Tua mes. i her. pulcherrima translatio maturius, inqt, agēdū ē: q̄n nōdū amor ois icaluit: ita vt iā suas sentiat vires: & p fectus sit. ¶ Amica: q̄n tuū desideriū iplebit. ¶ Archanū opus: nisi amoris deliberationē: q̄ in oculto sit. ¶ Cætera: quæ huic libello nō erāt mādāda. ¶ Comites: cōsiliūq;, q̄s hēo comites: & mei cōsilii p̄ticipes. Suadet archana cōmitti dēre: cū hæ sint qbus credi possint.

Hippoda miæ nuptiæ & cētauro rū pugna

Trāslatio pulchra

HVBER. ¶ Fallit: snia est rhetorica. ¶ Suo augurio i sua bona spe. & eo q̄d augurat̄ sibi bene euēturū. ¶ Oibus: similitudine hoc p̄bat: dicit. n. initia esse blāda: sed fines asperos. est ergo sensus: naues q̄ i mari tēpestate iactant̄: q̄n exiuerūt ex porto habuerūt vētos p̄speros: sed postea mutati sunt: & ita vult signare: quod fortuna sua posset sibi mutari: qa si Paris eā nūc diligit: posset mutare voluntatem. ¶ Fax quoq;: dicit se ēt terreri somnio Hecubę q̄ pridie q̄ pareret Paridē somniauerat se parere facē: quā dicit se timere fore incēdiū Troianū: vt vates p̄dicunt. Virg. & face p̄gnās Cisseis regina Parin creat vrbe p̄na. ¶ Monitus: diuinationes. ¶ Vtq; fauet: dicit q̄d sicut Venus ei fauet: qa tulit iudiciū pomi p̄ se: ita timet ne Iuno & Pallas q̄ offensæ fuerūt, & nō obtinuerūt cām in illo iudicio: ei sint aduersæ & inimicę. ¶ Bina trophea: duas victorias a Iunone & Pallade. ¶ Nec dubito: r̄ndet ad id q̄d dixerat. Nec tu rapta time ne nos fera bella sequāt &c. dicit eni se nō dubitare qn bella moueant̄ pp se. ¶ Per gladios: p arma: p̄bat per exemplū: atracia atrax Strabo teste vrbs est Thessaliæ: ex ea fuit Hippodamia vxor Pirithoi: pp quā inter lapithas & cētauros asperrima pugna orta est: vt diximus in ep̄la Phyllidis sup eū locū: fusiq; bimēbres. ¶ Aemonios viros: lapithas Thessaliæ pp̄los. ¶ Indicere: denūciare: mouere. ¶ Talētā pigrū. ¶ Ira iusta: p rapta cōiuge. ¶ Q̄d bn̄: ad id q̄d dixerat. Nec plus atrides ai Menelaus hēbit. Quā Paris aut armis anteferendus erit & reliq̄ quæ supra de se dixit: r̄ndet Helena: Paridē potius hēre faciē aptā veneri q̄ armis. ¶ Recēses: numeras, & cōmemoras. ¶ Dissidet: discrepat: & nō conuenit cū his quę dicis. ¶ Hectora: qa dixerat. Oia si dederis nunq̄ dabis hectora fratrē. Vnus is innumeri militis instar erit: dicit Helena: sine pugnare hectora pro te. ¶ Altera mi. s. amoris qa militat ois amans: & habet sua castra cupido. ¶ Operis tuis. i. exercitiis & factis: & legendū est opis in ablatiuo: nō aūt in gtō: qa dignus cū gtō non iungit̄. ¶ His. s. opis. ¶ Si saperē: si vellē facere rem meā. ¶ Faciā: vtar his opis amoris. ¶ Dabo: manus coniunctas tractū est ab his: qui se hostibus dedunt manibus cōiunctis. ¶ Tpe: in tpe. ¶ Q̄d petis: r̄ndet ad id q̄d dixerat: sed corā vt plura loquamur. Excipe me lecto nocte silēte tuo. ¶ Furti: clā. ¶ Quid ca. i. q̄ras: & q̄d. ¶ Voces colloquiū: qa vir colloquiū eē cōcubitum. ¶ Sed ni. pro. dat ei spē eius q̄d petiuerat. ¶ In herba: trāslatio a messibus q̄ nō sunt certæ: cū sunt adhuc in herba: sed postq̄ sunt collectæ. ¶ Hæc mora: hæc dilatio. ¶ Sit: pro erit. ¶ Ami, tuo vo. qa p̄derit tibi. ¶ Hactenus: dicit se nolle mandare plura Ep̄læ: qa cætera vult loqui p Climenē & Aethrā cōites suas: q̄ erunt internunciæ & mediæ inter ipsam & Paridē: ordo. ¶ Lfa hactenus cōscia mentis furtiuæ. i. cuius hactenus commisi secreta meæ mētis. ¶ Sistat: finiat. ¶ Opus ar. officiū scribēdi secreta. ¶ Lasso pollice: idest manu scribendo fatigata. ¶ Cætera: quæ inter nos agenda restant ad conficiendum quod vterq; volumus. ¶ Consilium meum: cum quibus omnia mea consultare soleo.

Nota pulchę loquē dū modū

ASCEN. ¶ FALlitur augurio: egregiū adagium cuius sensus: qa speranti oia auspicia sæpe bona videntur. & ita fallitur sæpe augurio suo, quia nimis sibi prospicit, & quicquid sperat sibi promittere audet. Omnibus inueniens &c. quia nemo turbolento mari retinacula soluit. Sic illas vereor, quas fingunt poetæ Troiæ quoq; inimicas fuisse. Vnde de Iunone dicit Maro Aeneidos primo. Veterisq; memor saturnia belli. Prima quod ad Troiā pro charis gesserat Argis. De Pal. autē lib. ii. Ois spes Danaum & cœpti fiducia belli Pal. auxiliis semp stetit. Ilion arsurum dicitur hoc iliū ilii. hoc ilion ilii. & hęc ilios ilii. An fera, quia Paris multis exemplis docuit raptas esse sine vltione, ipsa contra docet grauem vltionem ob Hippodamiæ raptum factam. Tyndareū q. s. patrem saltem putat: iūm a nominatiuo Tyndareus: faciet ista. i. tua tam fœmina &c. his. Altera militia. s. veneris est digna tuis operis. i. exercitiis, & operationibus a nominatiuo opera, aut operæ operarum. His ego. s. operis, & ita consensum plenum adhibet. Scimus quid captes: quia coitum. Cætera manifestaria sunt.

¶ In decimam

¶ In decimamseptimam Epistolam Argumentum.

Argumentum Epistolae

ABydon Myllesii gyge Lydorum rege permittente condidere nobilitatam: vt scribit Melas: Leandri amore: ea est in Asia: cui sestos in Europa vrbs opponitur. Herus patria stadiis.xxx. distat intercedente angusto mari a casu virginis hellesponto nuncupato: id cum Asiam ab Europa diuidat. Xerses ponte coniunxit: angustiae in latitudinem: vt Hero. auctor est: stadiorum septem: in longitudinem vero.cccc. protenduntur. Leander abydenus cum Sestiae Herus amore teneretur noctu maris angustias: vt Philostratus scribit natare ad illam cōsueuerat: diebus septem tempestatem interclusis Epistolam mittit: primum soliti natatus dilationem diluit: deinde queritur q natādi facultas ob tempestatem sit ablata: demum & ad constantiam hortatur: quod quamprimum fieri poterit: enatabit exposita prioris temporis consuetudine.



ANTO.

MIttit abydenus quam vellet ferre salutem: beneuolentiam a voluntate sibi conciliat. ¶ Abydenus: ex abydo Leander. ¶ Si cadat vnda maris: dilationis causam ipsum principium indicat: si essent procellae: ferrem non mitterem salutem. ¶ Sesta puella: hero sestia significatur: ad quam natabat Leander. ¶ Si mihi dii faciles: auget pathos in principio haec dubitatio: q̄ a deorū auctoritate dilationis causam tutatur. ¶ Dii: nō modo ad Venerem: cupidinemq̧ referri puto vt alii existimarunt: verumetiam ad Neptuni & maris numina, quos procellas fecisse queritur. ¶ Inuitis oculis: quoniam me: nō Epistolam videre voluisses. ¶ Mea vota: natandi desiderium. ¶ Pice nigrius: turbulentiam aeris intelligit quae nubium obiectu contigit. ¶ Adeunda: nauiganda per naues tanto minus natari potest. ¶ Vnus: a numero rem difficilem facit. nemo qui velit nauigare est inuentus pręter vnū: & is audacia notandus est.

LEANDER HERO.



MIttit abydenus, quam mallet ferre salutem,
Si cadat vnda maris sesta puella tibi.
Si mihi dii faciles, & sunt in amore secundi
Inuitis oculis haec mea verba leges.
Sed non sunt faciles, nam cur mea vota morantur:
Currere me nota non patiuntur aqua.
Ipsa vides caelum pice nigrius, & freta ventis
Turbida, perq; cauas vix adeunda rates.
Vnus, & hic audax, a quo tibi littera nostra
Redditur, a portu nauita soluit iter.
Ascensurus eram, nisi quod dum vincula prorae

HVBER Epistolae totius argumentū

MIttit Abydenus: Hellespontus angustus est admodū. Incipit autem hoc mare a finibus Troadis: & vsq; ad propontidem Thraciae sic dicitur ab Helle filia Athamantis quam fabulae tradunt in eo mari demersam. is Hellespontus teste Pli. septē stadiis Europam ab Asia diuidit: & illic inter se contrarias vrbes habet: in Europa Callipolin & Seston: in Asia Lampascon & Abydon: vnde fuit Leander: qui Hero puellam ex Sesto oriundam: tanto amore dilexit: vt ad eam noctu per Hellespontum nataret: & ea potitus: rursus renataret Abydon: verum cum maxima tempestas in mari orta esset: quae iam praeteritis septem diebus adhuc non cessabat: qua impeditus Leander: non potuerat ad amicam suam: vt solebat natare. Ne Hero eum sui oblitum existimaret: aut eā reliquisse: cum venisset quendam nautam audacem in eo tempore tempestatis nauigantem Seston scripsit ad Hero amicam suam hanc Epistolam: qua vehementem amorem suum firmum & stabilem confitetur: & excusat quod iam septem diebus non potuerit ad eam natare propter maris commotionem. Excusat etiam quare ipse non fuerit cum nauta: qui illuc nauigabat: potiusquam literas daret: postremo pollicetur se breui iturum: & si mare non fuerit trāquillum: se tamen potius commissurum periculis q̄ diutius cariturum conspectu & colloquio ipsius Heroos. Interea dicit vt habeat secum loco sui hanc Epistolam. ¶ Abydenus: ex abydo. legendum est autem abydenus non abydeus. ¶ Ferre: portare: vt ipse veniret. ¶ Sesta: ex sesto deriuatiuum formauit non superans primitiuum syllaba quod raro fit. nam Sestia debuit dicere: declinatur autem Hero Heroos: vel Hero Heronis secundum latinam declinationem sicut Dido Didoos: & Didonis: & similia nomina graeca vt Priscianus voluit: licet Phocas grammaticus velit tantummodo graece declinari: sed vsus contra est. ¶ Faciles: benigni: exorabiles. ¶ Secundi: fauentes. ¶ Inuitis oculis: non libenter quia si me amas vt opto: malles me videre quam legere hanc meam Epistolam. ¶ Sed non sunt faciles: non exaudiunt mea vota. ¶ Morantur: impediunt. ¶ Currere: natare. ¶ Nota: assueta. ¶ Ipsa: tu: ne mihi hoc credas. ¶ Nigrius: obscurius. ¶ Caelum: aera. Virgilius: Eripiunt subito nubes caelumq; diemq; Teucrorum ex oculis. ¶ Pice: pix liquor quae manat ex picea arbore nigerrimus. ¶ Turbida: cōmota. ¶ Vix adeunda per rates: idest per quae naues vix queant ire: ne dum homines adibūt. ¶ Vnus: solus. ¶ Et hic: scilicet audax qui non timet periculum nauigationis. ¶ Soluit iter: mouit nauem: ingressus est nauigationem. ¶ Ascensurus: respondet obiectioni quare non ascenderit cum illo nauta propter multitudinem spectantium cum nauis a littore discedebat. ¶ Vincula: funes: retinacula. ¶ Prorae: idest nauis: synecdoche: pars pro toto.

Deriuatiuū a sesto formatum Hero qūo flectatur

Pix qd sit

ASCEN.

MIttit Abydenus. Epistola haec Leandri ab Ouidio excogitata sub nomine Leandri non multum habet ambiguitatis in contextu, sed salis & leporis plurimum, ideoq; paucis percurram. puella Sesta, pro sestia, videlicet Hero, qd nomen declinatur. haec hero, huius herus, hanc hero o hero, caeteris nō vtimur. Ordo autem est, o Sesta puella, Abydenus: scilicet Leander: & loquitur de se in tertia persona tanquam de alio. Faciles sunt exorabiles subito facientes quod petimus. ¶ Nauita: idest nauta. ¶ Mouit, non mouet legendum.

ANTO. ❡IN speculis omnis aby. erat: soluit ab honesto se non mari ea naucula credidisse. ¶ Omnis aby. abydeni oes. ¶ Fœlix i litera: sermocinatio: hæc quæ cũ inanimatis rebus habet admouendũ est aptissima: vt scribit Fabius. ¶ Tangere labellis: basiaberis. ¶ Vincula: literarum sigilla. ¶ Dextra locuta: cum scribit dextera loquendi præbet officium. ¶ Cum charta: siue ea fuerit vitellina: quæ amatoris Epistolis dicata erat: vt scri. Plin. siue angusta: quæ in Epistolis plurimum auctoritatis habebat. ¶ Sedula: natatu assidue: laboriosa. ¶ Dare verbera: natando concutere. ¶ Mei sensus: meæ cogitationis: qui et primit. ¶ Septima nox agitur: a numero & tempore pathos auget. ¶ Si vidi somnum: si dormiui. ¶ Rupe sedens aliqua monet miseratione ab expositione: ponit ante oculos rem: vt gesta est q̃ cũ causis oibus pbetur: Epistolis tamen maxime conueniunt: quæ in narratione positæ sunt. ¶ Lumina vigilantia: incensam face intelligit: quã in summa turri Hero erigebat: vt ad illam Leander natatione dirigeret: eam opinor turrim intelligere: quæ Sesto erat opposita ad octo stadia separata. ¶ Inceptis iuueni. quæ maturioris ætatis nõ tẽptassent. Sunt iuuenes qui minoris prudentiæ audaciores. ¶ Tumidum æquor: maris inundatio. ¶ Aduersis aquis: obiectis procellis. ¶ At tu de ra. expostulationis enarratio: miseratione nõ caret. ¶ De rapidis ventis i poetica dictio. Nam ventorum immansuetissimum orator dixisset boreã: qui violentia cæteros ventos superat. ¶ Certa prælia i cui mihi bellũ indixisti. ¶ Certa mente: animo obstinato & diu turno. ¶ Sæuis: veteris immanitate. ¶ In me: qui amo nefas est veneris milites violare. ¶ Quid faceres: boreæ amorem exprobrat: vt memoria perpessæ flãmæ ad mansuetudinẽ inuitet. ¶ Quid faceres: qua veteris violẽtia. solemus enim his mansuetiores esse qui ea offenduntur culpa: quã nos aliquãdo admisimus. ¶ Tam gelidus: boreas: qui ex septẽtrione spirat: est frigidissimus: vt scribit Plin. ¶ Ignibus actæis: Acticæ Orithyiæ amore. Orithyiã a borea raptã fuisse diximus. ¶ Gaudia raptu. cũ orithyiã rapere destinasti. ¶ Aerios aditus: quominus ad arcẽ Atheniensem euolares: vnde orithyiam rapuisti. ¶ Quo modo: qua patiẽtia fuisses. ¶ Parce precor: sis tuo exẽplo mãsuetior. ¶ Aurã: tuum spiritum. ¶ Hyppodates: Aeolus Hyppodote filius ex Menalippe: nõ fuit ventorum rex sed Aeolus ames superioris Aeoli filiæ ex Neptunoque Aeolias isulas tenuit, & vẽtis ipasse scr. Ho. ❡Omnis abydos. i. oẽs abydeni. ¶ Erat in speculis. i. in loco vnde spectabat discessum nauis. Specula non significat proprie fenestram: sed quemlibet locum eminentem: vnde possumus speculari. Virg. in Bucco. specula de mõtis in altum deferat. ¶ Celare: amorem meũ. ¶ Velut: ante celaueiã. ¶ Quem volumus tegi: quẽ volumus esse secretum & occultum. ¶ Protinus: blanditur nunc amicæ suæ: dicens se inuidisse Epistolæ suæ: quod ipse nõ veniret: quo illa deferebat. ¶ Admotis: appropinquatis. ¶ Vincula: fila quibus literæ solent ligari. ¶ Locuta cum charta: idest cætera scripsi. ¶ Ah quanto mallem nataret: ad te veniẽs. ¶ Quã scriberet: quã mitteret hanc Epistolam. ¶ Sedula: intẽta. ¶ Aptior dare verbera ponto: idest magis apta est natãdo percutere vndas tranquilli maris quam scribere. ¶ Apta ministra mei sensus. i. & tñ optime exprimit: & literis notat quod in animo habeo. ¶ Sensus: voluntatis animi. ¶ Longius anno: ex affectu amantis: cui expectanti tempus videtur longissimum. ¶ Feruet: mouetur æstuat. ¶ Raucis: murmurantibus. ¶ His ego: iurat Leander se non dormiuisse his septem noctibus. ¶ Vidi somnum: idest dormui. Terentiana est elocutio. ¶ Mora freti insani sit longa. i. precor diu duret tempestas maris: quod minime vellem. ¶ Rupe: alto saxo. ¶ Littora tua: Sesto vbi [illegible] ¶ Mente feror. venio cogitatione: quo corpore venire non possum. ¶ Lumina quin etiã: solebat enim Hero ponere lumen in quadam turri sua: ad quod lumen Leander natabat quod dicit se videre: aut ex affectu putare videre. ¶ Acies nostri oculi. ¶ Vigilantia: stantia in nocte: quasi pro vigilia. ¶ Ter mihi: dicit se voluisse sæpe aggredi: natarem: sed terrui magnitudine tempestatis. ¶ Graue iter: nauigationem periculosam. ¶ Tumidum: cõmotum. ¶ At tu: conuertit sermonem ad boream: de quo cõqueritur quod ita eum impediat. ¶ Certa mente. i. animo deliberato. ¶ In me: amantem. ¶ Incaluisse: exarsisse. incensum esse quod est contra frigiditatem. ¶ Actæis: Atheniensibus propter raptam orithiam diximus in præcedenti Epistola hanc fabulã. ¶ Aditus aerios. i. iter per aera. ¶ Quomodo pateretur. q. d. ægerrime. ¶ Facilem: lenem: non impetuosam. ¶ Hippotades: Aeolus nepos. Hippotæ Troiani ex Egesta eius filia in Siciliam delata: quæ etiã mater fuit Acestis regis Siciliæ: vt alibi diximus. ¶ Sic: adiurantis est. ¶ Nihil tr. nihil quod tibi sit graue & molestum.

Vitellina charta quæ fuerit & q angusta

Boreas oium vẽtorum violentissimus

Orithyiæ fabula

Aeoli quot fuere & qs ventorum deus fiet fuerit

HVBER.

Specula quid sit

Vides somnum quid

Aeolus

Soluerat, in speculis omnis abydos erat.
Non poteram celare meos, velut ante parentes:
Quemque tegi volumus, non latuisset amor.
Protinus hæc scribens, fœlix i littera dixi.
Iam tibi formosam porriget illa manum.
Forsitan admotis etiam tangere labellis,
Rumpere dum niueo vincula dente volet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis,
Cætera cum charta dextra locuta mea est.
Ah quanto mallem, q̃ scriberet, illa nataret:
Meque per assuetas sedula ferret aquas.
Aptior illa quidem placido dare verbera Ponto:
Et tamen est sensus apta ministra mei.
Septima nox agitur, spacium mihi longius anno,
Sollicitum raucis quod mare feruet aquis.
His ego si vidi mulcentem pectora somnum
Noctibus, insani sit mora longa freti.
Rupe sedens aliqua specto tua littora tristis:
Et quo non possum corpore, mente feror,
Lumina quin etiam summa vigilantia turre,
Aut videt, aut acies nostra videre putat.
Ter mihi deposita est, in sicca vestis arena.
Ter graue tentaui carpere nudus iter.
Obstitit inceptis tumidum iuuenilibus æquor:
Mersit & aduersis ora natantis aquis.
At tu de rapidis immansuetissime ventis
Quid mecum certa prælia mente geris?
In me (si nescis) Borea, nec in æquora sæuis?
Quid faceres, esset ni tibi notus amor?
Tam gelidus cum sis, nõ te tamen improbe quondam
Ignibus actæis incaluisse neges?
Gaudia rapturo si quis tibi claudere vellet
Aerios aditus, quo paterere modo?
Parce, precor, facilemque moue moderantius auram,
Imperet hippotades sic tibi triste nihil.

ASCEN. ❡Omnis abydos. i. tota ciuitas abydena, erat in speculis. i. altis fenestris. Vnde speculabatur tempestatem. Protinus hæc scribens fœlix i litera dixi: idest imperatiuum est ab eo. Etiam tangere penul. lon. est enim futuri temporis indicatiui modi verbi passiui. tangar tangeris vel tangere &c. Ah quanto mallem: vt sup. illa nataret, q̃ scriberet: quasi dicat plurimo. Septima nox, quia tunc & amata desideratur, & natare solebat. Spatium, appositio est. maior habens ex quo non [illegible] fieri supple corpore, insani sit mora longa freti, dura amanti imprecatio. Vnde per quæ timemus, iurare solemus, vt [illegible] turus in. vi. Maria aspera iuro. & de stiyge dicitur. Dii cuius iurare timent, & fallere numen. Certa idest deliberata mente, qua si dedita opera. nec in æquora sæuis. i. & non in æquora, malus autẽ esses si legatur non in æquora sæuis. Nisi tibi notus amor, quia Orithiam captus amore rapuit.

❡Vanas

¶ VANA: qm̄ meis p̄cibus boreas nō mouet: sed imanior est. ¶ Coercet: mitigat: impellit, inquit, maria ad meas p̄ces nō mitigat. ¶ Dædalus: qui fabricatis sibi: & Icaro filio alis Minois irā fugit. ¶ Littus Icarium: nō dubitarē volare: licet Icarus suo casu p̄ximo mari nomē dederit. Varro tn̄ ab Icaro isula Icariū pelagus appellatū scribit: vbi Icari sepulchrū visebat. Quicqd erit patiar: periculū q̄uis magnū immineat subibo. ¶ Corpus in auras tollere: dūmodo possem volare. ¶ Sæpe pepēdit: libratū est in vndis: cū natauimus. ¶ Cūcta: & volatū & natationē. ¶ Tēpora prima: cū primū ad te natauī. ¶ Meminisse: p̄teritæ fœlicitatis memoria iocūditate nō caret. ¶ Egrediebar: vt ad te natarē. ¶ Lēta: natatu flexibilia. ¶ Tremulū: qd aquę motu stare nō vr. ¶ Lathmia saxa: Endymiōis Lathmii amorē nō obliuiscat: quē vt scri. Ci. dormiētē i lathmio Ionię mōte Luna osculabat: iusserat. n. illum p̄petuo dormire. ¶ Endymion: amor Endymiōis. ¶ Pectoris seueri: imāsueti: & i amātes difficilis. seueros dicimus: q eodē æqtatis tenore ducti misericordia nō mouent. ¶ Tuos vultus: lumina cūti ministres. ¶ Mortalē: a maiori arguit similitudine: tu, inqt, hoiem: ego vero deā. ¶ Vera loq liceat: ægre nō feras vera fateri. ¶ Forma: laudat Hero a corporis bonis. ¶ A veneris facie: excludit duas: has: ne videat numina offendere quoꝝ auxilio nitebat: post Venerē & lunā nulla ē Hero pulchrior ¶ Argētea: lunę colorē blādū eē Pli. scri. poetæ a situ argenteā dixerunt. ¶ Puris: oi exclusa humiditate q̄ nebulas facit. ¶ Cōcedūt: inferiora sunt. ¶ Hēs lumē cæcū: nihil vides. ¶ Hęc ego: dixi nō his diuersa: sed fere eadē. ¶ Cędētes: iter p̄bentes: & ad natandū faciles. ¶ Imagine: splēdore & aspectu. ¶ Alcyones solæ: cū alcyones aues in mari sentiunt: trāquillitatē p̄mittunt: maxime cū nidificāt. diagoras Samius sex dies alcyones dixit. Ari. vero & Simonides. xi. philocor⁹. ix. ¶ Ceycis amati: canūt me natāte: qm̄ subit eaꝝ mentē Ceycē amasse: nā vt Nicaster scri. Ceyx luciferi filius cū ad oraculū Apollinis vxore inuita nauigasset in mare decidit: alcyone, vt Theo. auctor est, Scyronis attici latronis filia de viro sollicita in somnus a Ioue est monita vt littus peteret: illic cū mariti cadauer reperisset se scopulo in mare præ dolore deiecit. Dii miseratione moti vtrūq; in aues alcyones cōuerterūt. Egisandrus addit anteas: Medonē: Alcipē: Palenē: Drymo: Asterie: Alcyonis gigantis filias cum patris interitum intellexissent in has aues fuisse conuersas.

Icariū pelagus vnde nomē sortitū fuerit

Endymionis fabula

Vana peto precibusq; meis obmurmurat ipse,
Quasq; quatit, nulla parte coercet aquas.
Nunc daret audaces vtinam mihi dędalus alas,
Icarium quamuis hic prope littus adest.
Quicquid erit patiar, licet mō corpus in auras
Tollere, quod dubia sæp· pependit aqua.
Interea dum cuncta negant ventiq; fretumq;,
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat incipiēs (nāq; est meminisse voluptas)
Cum foribus patriis egrediebar amans.
Nec mora, deposito pariter cum veste timore,
Iactabam liquido brachia lenta mari.
Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti,
Vt comes in nostras officiosa vias.
Hanc ego suspiciens, faueas o candida dixi,
Et subeant animo lathmia saxa tuo.
Non sinit endymion te pectoris esse seueri,
Flecte, precor, vultus ad mea furta tuos.
Tu dea mortalem cælo delapsa petebas:
(Vera loqui liceat) quā sequor ipsa dea est.
Neu referam mores cælesti pectore dignos:
Forma nisi in veras non cadit illa deas.
A Veneris facie non est prior vlla, tuaq;,
Neue meis credas vocibus, ipsa vide.
Quanto cum radiis fulges argentea puris
Cum cedunt flammis sidera cuncta tuis,
Tanto formosis formosior omnibus illa est:
Si dubitas, cæcum cynthia lumen habes.
Hæc ego, vel certe non his diuersa locutus:
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.
Vnda repercussæ radiabat imagine lunæ,
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Nullaq; vox vnq̄ nostras veniebat ad aures,
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.
Alcyones solæ memores Ceycis amati:
Nescio quid visæ sunt mihi dulce queri.
Iamq; fatigatis humero sub vtroq; lacertis,

Luna cui⁹ coloris sit

Alcyonū natura

Alcyones & Ceycis fabula

HVBER

¶ VANA p̄cor: dicit se frustra hæc optare, qa nihilominus: p̄seuerat ipse ventus. ¶ Obmurmurat. ɔtramurmurat & crepitat. ¶ Coercet: mulcet: placat. ¶ Quatit: cōmouet. ¶ Nūc daret: optat vt sibi eēt ptās volādi: sicut Dędalo: q cū a Minoe i turri munitissima eēt inclusus alas sibi & filio fabricauit: quoꝝ auxilio euolauerūt: sed Icar⁹ filius in mare delapsus ei nomē dedit. ¶ Icariū q̄uis hic p̄pe littus adest. q. d. qd p̄t me admonere piculosum eē credere se aeri: & volare. ¶ Tollere, eleuare. ¶ Pepēdit: supra stetit. ¶ Negāt eū. p̄hibent oia. ¶ Agito m. cogito & reuoluo aio. ¶ Mei furti: mei concubitus. ¶ Nox erat: describit tp̄s quo primū natauit ad Hero: & ea potit⁹ est. ¶ Nox icipiēs: prima ps noctis. ¶ Nāq; est meminisse volup. parēthesis est. ¶ Amās: ego captus amore tui. ¶ Patriis: p̄fnis. ¶ Cū veste: qa erat nudus. ¶ Iactabā: mouebā. ¶ Lēta: mollia. ¶ Tremulum: pp motū aq̄. ¶ Vt: sicut, tanq̄. ¶ Officiosa: p̄stās offm̄. ¶ Hāc: lunā. ¶ Faueas: adiuues me. ¶ Subeāt: veniāt in mētē. ¶ Lathmia saxa. i. mons lathmius q est Cariæ Endymiōis a Luna, vt ferūt adamati fabula nobilis: dr̄ aūe lathmiō nō aūt latymiō: vt Tortel. putauit. vn̄ deriuatiuū latmius. Oui. alibi latmius Endymion nō est tibi luna pudori: sensus est ergo: recordare o Luna Latmii montis vbi eū Endymione concubuisse diceris. ¶ Seueri: tristis alieni a voluptatibus. ¶ Tu dea: anteponit amorē suū amori lunæ. ¶ Mortalē: Endymionē. ¶ Quā sequor. i. q̄ ego peto. ¶ Est dea: non autem mortalis. ¶ Neu referā: hic est sensus: vt taceā mores: quos hęc mea puella habet diuinos: talis pulchritudo nō posset ei cōtingere nisi esset deā. ¶ A facie veneris. i. post pulchritudinē Veneris & tuam. ¶ Nō est prior: nō est quæ antecedat eā. ¶ Ipsa: tu. ¶ Quāto: cōparatio & est sensus: o luna quāto es splendētior oibus aliis stellis: eū tu nitidissima fulges in cælo. ¶ Tāto: illa sua pulchritudine superat oēs alias puellas. ¶ Cū cedūt flāmis tu. i. vincunt tuo splendore. ¶ Cynthia: o luna: nā & Diana eadē est. q̄ cynthia dicit a cyntho mōte Deli. ¶ Habes lumē cæcū: nō bene vides. ¶ Vel certe. i. saltē. ¶ Nō diuersa: nō cōtraria. ¶ Cedētes mihi: dātes locū corpori meo. ¶ Ferebar: ibā. ¶ Radiabat: splendebat. ¶ Repercussæ: reuerberatæ. nā aqua vr retroflectere radios lunæ. ¶ Et nitor diur. i. lux quæ solet esse diei erat in nocte. i. nox erat clara sicut dies. ¶ Nulla vox: alicuius: vel hois vel aialis. ¶ Aquæ dimotæ: diuisæ. ¶ Corpore: meo. ¶ Alcyones solæ. i. solūmodo audiebā Alcyones volucres: quæ videbāt dulci voce q̄relā effundere. ¶ Memores Cæycis amati: tāgit fabulā quā Oui. lib. xi. Metamor. Ceyx enim luciferi filius p̄digiis q̄ ei appuerāt pturbatus ad oraculū Apollinis in Clarō nauigare decreuit: nam Delphos ire nō poterat: qm̄ Phorbas cū phulegus populis Delphos infestabat. Cū aūt alcyone eius ɔiux Aeoli filia hāc nauigationē ei dissuadere conaret: verita piculū eius. Ille affirmauit itra alteꝝ mēsem se reuersurū: veꝝ tēpestate maxima oborta submersus est. Illa assiduo viri desiderio sollicita cū ad tp̄s p̄missum reuerti nō videret: deos cōtinuis p̄cibus fatigans tādem misericordia Iunōis cui p̄cipue supplicauerat factū ē vt i sōnis admoneret de obitu mariti: imisso somno sub sp̄ē Ceycis submersi. Illa igit excitata somno cadauer mariti in littore iuenit: q̄re nimio dolore pculsa i volucrē Alcyonē, & Ceyx in aliā volucrē cōmiseratiōe deoꝝ ɔuersi sūt hę volucres p septē dies fœtificātes trāqllū hn̄t mare. coeūt. n. & pristinā ɔiugalē ɔcordiā seruāt: has igit solas volucres pturbato mare q̄relā effundētes audisse dicit. Aduertēdū est aūt p̄ noie mulieris declinari Alcyone Alcyones: pro volucre vero Alcyon vel Alcyonis, vt hic locus ostendit, dicit enim Alcyones nō autem

Dædali fabula

Endymiō q̄uo scribatur

Luna q̄b⁹ noibus appellata est

Cæyx

Alcyonū varia declinatio

Fortiter in summas erigor altus aquas.
Vt procul aspexi lumen, meus ignis in illo est,
Illa meum, dixi, littora lumen habent.
Et subito lassis vires rediere lacertis,
Visaq́, quam fuerat, mollior vnda mihi.
Frigora ne possim gelidi sentire profundi,
Qui calet in cupido pectore, prestat amor.
Quo magis accedo, propioraq́ littora fiunt,
Quoq́ minus restat, plus libet ire mihi.
Cum vero possum cerni quoq́: protinus addis
Spectatrix animos, vt valeamq́ facis.
Tunc etiam nando dominae placuisse laboro,
Atq́ oculis iacto brachia nostra tuis.
Te tua vix prohibet nutrix descēdere in altum,
Hoc etenim vidi, nec mihi verba dabas.
Nec tamen effecit, quamuis retinebat euntem,
Ne fieret prima pes tuus vdus aqua.
Excipis amplexu, fœliciaq́ oscula iungis,
Oscula diis magnis trāsmare digna peti.
Deq́ tuis dēptos habueris mihi tradis amictus,
Et madidam siccas aequoris imbre comam.
Caetera nox, & nos, & turris conscia nouit,
Quodq́ mihi monstrat per vada lumen iter.
Non magis illius numerari gaudia noctis,
Hellespontiaci quam maris alga potest.
Quo breuius spatium nobis ad furta dabatur,
Hoc magis est cautum, ne foret illud iners.
Iamq́ fugatura tithoni coniuge noctem,
Praeuius aurorae lucifer ortus erat.
Oscula cōgerimus pperata sine ordine raptim,
Et querimur paruas noctibus esse moras.
Atq́ ita cunctatus monitu nutricis amaro,
Frigida deserta littora turre peto.
Digredimur flētes, repetoq́ ego virginis ęquor,
Respiciens dominam, dum licet, vsq́ meā.

Alcyonae. ¶ Iāq́ fatigatis: solent natantes defatigatis bracchiis sustētare corpus aliquātulū sup vndis qd se fecisset dicit.

ASCEN. ¶ NVNC daret &c. cum natandi nulla sit spes, optat volatum. Nox erat, aperit argumentum poeta. Idem ero, naugiū: nauita & vector. quia se traiiciet sine naui ac gubernatore. Elicen visam maiorem, nec arcton: scilicet minorem videlicet cynosuram. Andromedem Persei vxorem in sydera translatam. Claramq́ coronam: scilicet Ariadnae a Baccho datam, in qua vna praefulget stella. Parrasis vise. i. Arcadia, patronymicum a loco sumptum. Palaemona: scilicet portunum. Muragq́ &c. scilicet glaucum. Omnia protrita & exposita sunt. Saepe, per assiduos. Dat brachiis affectionem mentis suae, quae fictio multum gratiae habet. Quid mihi. Ordo est. Quid mihi prodest separer non lato, sed Angusto aequore, quasi diceret nihil, quia non minus &c. Si dubitas, caecum cynthia lumen habes. Eadem enim est quae luna, & Diana, & Proserpina dicitur, & cynthia a monte Deli, in quo nata dicitur. Haec eo vel certe non:his diuersa, haec castigatio fidem facit. Alcyones solae, quia Alcyones tempore summae tranquillitatis & quietis nidificant. Plautus volens significare tranquillitatem & silentiū, dixit Alcyones esse in foro.

ANTO. ¶ FORtiter: omni conatu. ¶ Lumen: qd in turri eminebat. ¶ Meū lumen: Hero significatur. ¶ Et subito: cum loca vbi consistis inspexi: auget vires memoria futurae fœlicitatis aut periculi. ¶ Mollior: ad natandum facilior. ¶ Frigora: quae natantibus maxime obsunt. ¶ Minus restat: ad natandum superest. ¶ Plus libet: tāto magis propero. ¶ Iactabo brachia: maiori robore nato. ¶ Vidi: quod vix retineret. ¶ Dabas verba: me non captabas. ¶ Prima aqua: in ora primi littoris: quae agitatione vndarū perluitur. ¶ Diis magnis: quos in logistorico Var. putat esse Caelum & terrā: alii Iouē Mercurium & Mineruam deos magnos credunt: Aegyptii Isidē & Osiridē magnos deos contendunt. ¶ Caetera procaces lusus: & amantiū gaudia: quae gesserunt conticet. ¶ Lumen: quod in turri eminens videbatur. ¶ Quā maris vnda: inundatio maris Hellesponti: nullam habet quietem: quoniam maris angustiae fluunt & refluunt. ¶ Illud tēpus: quod nobis superest. ¶ Iners: sine amoris officio. ¶ Iamq́ fugatur a tempore pathos. cum aurora diem nunciaret. ¶ Lucifer: is aurorae filius est diei nuncius. ¶ Amaro: ingrato: vtrunq́ enim offendebat: gaudebamus noctis longitudine. ¶ Aequor virginis: Hellespontum quod a virginis casu nuncupatum est.

Dii magni apud Romanos & Aegyptios q fuere

Lucifer q fuerit

HVBER. ¶ ERigor: eleuor. ¶ Vt: postq̄. ¶ Lumen: quod in turri tua apponis. ¶ Meus ignis: meus amor. ¶ In illo lumine. ¶ Subito: dictis his verbis. ¶ Mollior: facilior ad natandum. ¶ Amor: qui calet in pectore cupido: idest qui facit calorem in pectore meo amoris pleno. ¶ Praestat: efficit. ¶ Ne possim: sentire frigora. ¶ Profundi: idest maris. ¶ Quo magis: quanto magis. ¶ Accedo: propinquo. ¶ Minus restat: scilicet viae ad peruenIendum ad littus. ¶ Plus libet: plus animi est mihi & voluntatis. ¶ Cerni: videri a te. ¶ Spectatrix: tu quae spectas me. ¶ Addis animo: facis me animosiorem. ¶ Vt valeam: vt possim: & sim fortis. ¶ Laboro: curo. ¶ Dominae: tibi. ¶ Iacto: cum arte & ostentatione moueo & stendo. ¶ Descendere in altum: vt venias mihi obuiam. ¶ Hoc vidi: quod voluisti procurrere in aequor. ¶ Nec tamē effecit: nutrix tua. ¶ Vdus: humefactus. ¶ Prima aqua: idest aqua magis vicina littori. ¶ Excipis: scilicet cum sum in littore. ¶ Oscula digna peti diis magnis transmare: idest oscula quae et diis caelestes: vt assequeretur possent tranare Mare sicut ego. ¶ Amictus: vestes: ademptos de te quibus te spoliasti: vt me tegas. ¶ Imbre: idest aqua: non enim solum significat pluuiam: sed etiam simpliciter aquam. Virgi. primo Aenei. laxis laterum compagibus omnes. Accipiunt inimicum imbrem. ¶ Nox: nam supra dixit nox erat incipiens. ¶ Caetera: subticuit rem pudendam: Sic Ouid. in primo Amorum. Caetera quis nescit fessi requieuimus ambo. ¶ Turris: in aqua ambo conueniemus. ¶ Lumen: scilicet nouit caetera. ¶ Non magis: dicit gaudia illius noctis ita esse innumerabilia: sicut est innumerabilis alga maris Hellespontiaci quod tranabat ipse Leander: etiam autem alga minuta quaedam herba quae nascitur in mari: vnde alibi. Nunc leuis electam detinet algaratem. ¶ Ad furta: ad concubitus nostros occultos. ¶ Illud spatium: foret iners: idest esset sine effectu voluptatis: quia dabam operam: vt illud totum colligere: & in voluptate consumere. ¶ Coniuge titoni: idest aurora vxore titoni. ¶ Fugatura: expulsura. ¶ Noctem: nam adueniente aurora nox abit. ¶ Praeuius aurorae: praecedens auroram. Virg. Nascere: praeq́ diem veniens age. ¶ Lucifer: almum. ¶ Congerimus: coniungimus: commiscemus. ¶ Raptim: certatim. ¶ Paruas moras: esse noc. i. noctes esse breues. ¶ Cunctatus: moratus ita osculando nos. ¶ Monitu: mandato & praecepto. ¶ Amaro: acerbo: quia inuitus audio me moueri: vt inde discedam. ¶ Deserta turre: relicto loco vbi voluptatem accepimus. Digredimur: discedimus. ¶ Aequor vir. mare dictum ab Helle puella quae in mare delapsa est: nomen dedit: vt dixi supra plene in argumento Epistolę Hypsiphyles ad Iasonē. ¶ Vsq́ dum li. i. assidue dum possum.

Imbre qd significat

Alga quid sit

Hellespōtū vn̄ nomē acceperit

ASCEN. ¶ QVO magis. i. quanto magis accedo. Caetera nox & nos modeste rē turpē tāgit, quia celeri vult sua furta Venus. Nō magis illius. Ne ex saturatus abesse puteť: vt qui nullā capturus sit deinceps voluptatē ex amica dicit voluptates, quas ex illius cōplexu obtinuit innumeras fuisse. & q nō magis possint numerari, q̄ vnda maris hellespōtiaci qd assidue fluit & refluit: aut qd cū haec scriberet innumeris procellis, atq́ vndis agitabať. sunt tn̄ qui legūt alga nō vnda. Est aūt herba vilis q ad littus ppelliť. vn̄ in Buc. Virg. Proiecta vilior alga. vtroq́ modo & versus & sensus bonis est, cōcede rē tn̄ superiori. Ne foret illud iners. i. sine Veneris arte transactū. hoc est ne nos simus quasi inertes in illo. Hoc: idest tanto magis, cautum. i. prouisum. Et querimus: idest conquerimur. Atq́ ita contactus: idest perculsus monitu nutricis, amare. s. amantibus, q coegit separari aduentante die. Alii legunt cunctatus. i. immoratus haesitans quid agerem, sed legerem potius cunctatus.

¶ Si qua

¶SI qua fides:postulat fidem perinde ac rem maximam loqui agg rederetur. ¶Esse natator: habere natandi facultatem. ¶Naufragus:facile submergi posse:vt his qui nullam habeat natandi peritiam. ¶Ad te: cum ad te nato. ¶Prona: praeceps & natatu facilis. ¶Cliuus:collis quidam ad superandum difficillimus. ¶Vrbe mea:tanta vis amor est: vt etiam naturam vetari odisse enim impellit quod amare illa duce consueuimus. ¶Hei mihi:suspiratio haec sumitur loci diuersitate: qua ab amante discluderetur. ¶Vndis:parua freti distantia. ¶Vna tellus:siue sestus:siue abidena. ¶Confundor:reddit post nat tationem ad querelas:quam auget sciscitatione. ¶Causae leuis:nullius materiae:admiratur: quod cum leuissimus sit ven/ tus rem tantam posset impedire. ¶Iam nostros curui norunt del/ phines: brutis eius amoris nationem tribui: quae ex ornatio a Ci/ ce. conformatio dicitur:plurimum valet in re explicanda: & admo nenda miserationem. ¶Curui delphines: epitheton proprium del/ phinorum qui alio vocabulo simones appellantur: ad quod nomé vocati accurrere dicuntur. ¶Limes attritus: orbita facta est natan/ di consuetudine in medijs aquis. ¶Multa rota: auget similitudine. Hiperbolem: limes in mari cernitur: vt orbita in viis medijs rota/ rum cursu coteritur. ¶Quod mihi non esset: mouet miserationem a mutatione fortunae. ¶Sic: per natatum. ¶Iterare: iter ad te dari. ¶Aequora Athamantidos: Athamantis filia fuit Helle: quae Hel/ lesponto nomen dedit. ¶Canenti: procelis assiduis spuma operiu/ tur. ¶Hoc mare: auget querelam alienae fortunae memoria. ¶Ta/ le fuisset: procellis agitatum his similibus. ¶Mersa virgine: cum in mare submersa est Helle. ¶Nomina: nam Hellespontus est nuncu/ patus. ¶Habet crimen: ex culpa sortitum est nomen. ¶Phryxo: phryxus post sororis casum in Colchos delatus est ad Oetam. ¶Freta tristia: per haec procellosa maria. ¶Pecoris: aurei velleris: arietis quo vectus est phryxus. ¶Findam corpore natationis peri/ phrasis. ¶Arte Ego nulla: non alienis opus est adminiculis: ea sunt nauigia nautae velarum: quibus vndis vehimus. ¶Idem naui gium: partes interpretatur.

Cóformatio quae sit
Simones qui sint
Orbita qd sit
Helle quae Hellespon to nomen dedit quae fuerit
Phryxi casus

Si qua fides vero est, veniens huc, esse natator,
Cum redeo, videor naufragus esse mihi.
Hoc quoque (si credis) ad te via prona videtur,
A te cum redeo, cliuus inertis aquae.
Inuitus patriam repeto, quis credere posset:
Inuitus certe nunc moror vrbe mea.
Hei mihi cur animis iuncti, secernimur vndis:
Vnaque mens, tellus non habet vna duos:
Vel tua me sestos, vel te mea sumat abydos:
Tam tua terra mihi, quam tibi nostra placet.
Cur ego cófundor, quoties cófunditur aequor:
Cur mihi causa leuis ventus obesse potest.
Iam nostros curui norunt delphines amores,
Ignotum nec me piscibus esse reor.
Iam patet attritus solitarum limes aquarum,
Non aliter multa quam via pressa rota.
Quod mihi non esset, nisi sic iterare querebar:
At nûc per ventos, hoc quoque deesse queror.
Fluctibus immodicis athamátidos aequora canét:
Vix quoque manet portu tuta carina suo.
Hoc mare, cû primû de virgine nomina mersa
Quae tenet, est nactum, tale fuisse puto.
Est locus amissa satis hic infamis ab Helle,
Vtque mihi parcat, nomine crimen habet:
Inuideo phryxo, quem per freta tristia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ouis.
Nec tamen officium pecoris, nauisque requiro,
Dûmodo, quas scindâ corpore dentur aquae.
Arte ego nulla, detur modo copia nandi:
Idem nauigium, nauta, vector, ero.

¶SI qua fides vero est: idest si veritati quod dico credis. ¶Huc: apte. ¶Videor mihi esse natator: idest videor optime scire natare: pro/ pter affectum amoris qui me adiurat. Ouid. de Tisbe. Audacé fa/ ciebat amor. ¶Cum redeo: idest cum discedo a te. ¶Videor eé nau/ fragus: videor submergi fluctibus & periclitari. ¶Prona: facilis: & quasi pendens: nam facilius descendimus quam ascendimus. ¶Cliuus: ascensus monticulus. ¶Inertis: immobilis: quae non ita facile natur sicut aqua mobilis. ¶Quis credere posset: quasi dicat nullus: nisi q sciat quanta sit vis amoris naturaliter enim omnes libenter redeüt in patriam. Ouid. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos deti net. ¶Nunc: cum ad te natare non possum. ¶Vincti animis: pares: & coniuncti amore. ¶Cur secernimur: cur separamur. ¶Vna tellus: eadem te rra. ¶Cur non habet duos: idest cur non sumus ambo in eadem terra. ¶Sumat: pro sumeret. ¶Cur confundor: cur pertur/ bor: & moueor animo. ¶Quoties aequor confunditur: quoties ma/ re perturbatur: quod non fieret si essemus in eadem terra. ¶Ventus causa leuis: idest ventus qui est parua causa. ¶Cur pót obesse: cur potest nocere impediendo natationem meam: quod facere non posset: si essemus simul. ¶Curui delphines: pi/ sces sunt reparando dorso homini amicum animal: de quorum natura videatur Plinius & Solinus: his igitur dicit Lean/ der se iam esse notum propter frequentem natationem suam. ¶Piscibus. salis: qui etiam non adeo sunt familiares homi/ nibus. ¶Iam patet: hyperbole est: noc enim fieri non potest. sed vt amator dicit se ita crebro saepe natasse: vt appareat in aquis quasi limes: quidam quem suo corpore fecit: tamquam orbita rotae: est via per quam multae rotae incedunt. ¶Attritus: frequentatus. ¶Solitarum: assuetarum meae natationi. ¶Multa rota: pro multis rotis. ¶Quod mihi non esset &c. sensus est ego ante querebar: quod non possem ad te iterare: idest venire. ¶Nisi sic: scilicet natando. ¶Sed nunc queror hoc: scili/ cet iterare natando. ¶Deesse: mihi. ¶Per ventos: idest causa ventorum qui me prohibent. ¶Aequora Athamantidos: idest pontus hellespontus quae vt dixi filia fuit Athamantis. ¶Canent: spumescunt. ¶Immodicis: maximis. ¶In portu: vbi vt pluri/ mum solet esse tranquillitas, quanto ergo minus tuti erunt homines in medio ipsius. ¶Hoc mare: dicit hellespontum ita esse commotum: vt fuit quando mersit Hellen: & ab ea nomen accepit. ¶Reor: puto. ¶Fuisse tale: vt nûc est: idest ita tur/ batum. ¶Cum: idest quando. ¶Primum: primo. ¶Est nactum: est adeptum: est assecutum. ¶Nomen de virgine mersa: de Helle submersa. ¶Satis infamis: satis ad infamiam & saeuitiam nominatus. ¶Vtque: idest & quamuis. ¶Parcat mihi: me nó submergat. ¶Habet crimen: habet infamiam. ¶Nomine: quia appellatur hellespontus. ¶Inuideo Phryxo: optat se posse transuehi vltra mare sicut Phryxus translatus est ab ariete. ¶Quem ouis aurea vellere lanigero: idest ouis siue aries habens pellem auream. ¶Vexit: vltra mare sine submersione. ¶Nec tamen requiro officium pecoris aut nauis: idest non tamen quae ro habere vel arietem: vt habuit Phryxus: vel nauem aliquam. ¶Dummodo possim: meo corpore natare. ¶Nulla arte: tran scendi vel naue vel alio modo. ¶Modo tantummodo: vel dummodo. ¶Copia: facultas. ¶Idem: ego idem. ¶Nauigium: na uis. ¶Nauta: qui regam & agam nauem. ¶Vector: passiue accipitur: idest qui vehat. vt Lucanus. Causa est haec sola timo/ ris: vectorem non nosse tuum: idest cum quem vehis: sunt enim verba Caesaris ad Amyclam.

HVBER
Naturalis amor Delphiniû natura
Phryxi fabula

¶NATAtor: qui ob peritiam artis sponte se in aquas immittit. Naufragus, qui fracta naui sine nandi peritus, siue impe ritus cogitur dum potest natare, vt se saluet, non vt voluptatem capiat. Quis credere posset, quia natura cogimur amare patriam. vnde est illud. Nos patriae fines & dulcia linquimus arua. Curui delphines, sic etiam implicantur natantes, vt pin gi solent. dicuntur autem puerorum esse amatores, vnde poterant amores nosse, quamquam Hyperbolicos dictum acci/ pimus. corripitur autem vltima, quia in accusatiuo delphinas facit. Haec quoque deesse, per collisionem deesse bisyllabum fecit, sicut iniuentus deest monosyllabum dicens. ¶Non deest prolato ieiunus venditor auro. ASCEN.

ANTO. Cynosura & Helyces q̄ sint & in diuersę oppināces & vbi locorum obseruent. Andromede q̄ fuerit & q̄ ipsam obseruent. Ariadnes corōa q̄ sit. Calysto q̄ & maior vrsa q̄ sit. Parthalii populi qui. Andromedes fabula. Ariadnes fabula. Palæmōis siue portuni fabula. Glauci fabula.

¶HELYCE en? et sentētia Glostenis locutus est: qui scribit Cynosuram & Helycen Olenii Vulcani filii Iouē in Ida sinus nutrisse: & ob hoc in Cælū ab illo relatas Aratus scri. Helycē græci: Cynosuram phœnices in nauigatione obseruant: vt in aratheo carmine monstrat germanicus cum dicit. Dat grauis helyce cursus maioribus astris. Phœnicias cynosura regit: & nos quid de his veteres senserint in interpretatione germanici exposuimus. ¶ Tyrus: phœnix nauta. ¶ Arcton: minorem vrsam quam cynosuram appellant. ¶ Publica: quæ aliis nota & communia sunt. ¶ Andromeden: hanc Cephei filiam fuisse in tragœdia scribit Euripides in Cælum relatam ob Persei gratiam quam secuta est. ¶ Alius: ad Aegyptios respicit qui nauigationem Adromeden obseruant. ¶ Clarumue coronam: Ariadnæ coronam in cælum translatam diximus: quam Cretēses velut sidus peculiare sequuntur. ¶ Parrhasis vrsa maiorem vrsam: quæ fuit Arcadia intelligit: Calisto nominatam Lycaonis filiam: licet Arethus Tegeates nō Calisto: sed Megisto vocatam scribat: Cephei filiam & Lycaonis neptem: cui Iupiter amoris præmium Cælum dedit: parrhasii fuere Arcadiæ populi vetustissimi. ¶ Polo gelido: septentrionem intelligit: in quo hæc fulgent sidera circa axē. ¶ Quod Perseus Andromedē signat: quam amasse Perseum: & a Ceto liberasse scribit Euripides. ¶ Cum Ioue tea est Calisto: quā amauit Iupiter. ¶ Liber: Bacchus in Cælum retulit cum corona Ariadnam. ¶ Non placet indicium: more aliorum nautarum hæc sidera in cursu non seruo. ¶ Multo clarius: non accensa in turre face: sed de Hero placet intelligi. ¶ In tenebris: in obscuro: sed obseruabilem habebit lucem: & clarissimum sidus: quod sequar. ¶ Thessala pinus: argo quæ Colchos petiit. ¶ Palæmona: is est portunus: quē & Melicertam dicunt Inus ex Athamante filius cum quo mater e Lecheo promontorio Cacchi furore concitata in mare se præcipitauit: cui portus tutela tribuitur. ¶ Reddidit herba deum: Glaucum Anthedonis filium significat: qui cum in scopulis ægarum: qui e sunt ad Euboeam pisces quos in ripam proiiciebat tacta herba in mare resilibant: q̄ & ipse cum tactalisset in mare transiliens factus est Deus. Strabo in Balenam versum scribit.

Nec sequar, aut helycen, aut q̄ tyrus vtitur, arcton,
Publica non curant sidera noster amor.
Andromeden alius spectet, claramq; coronā,
Quæq; micat gelido parrhasis vrsa polo,
At mihi quod Perseus, & cū Ioue liber amarūt,
Indicium dubiæ non placet esse viæ,
Est aliud lumen multo mihi certius istis,
Non erit in tenebris, quo duce, noster amor.
Hoc ego dū spectē, colchos, atq; vltima ponti,
Quaq; viam fecit Thessala puppis, eam.
Et iuuenem possum superare palæmona nando,
Miraq; quem subito reddidit herba deum.

HVBER. Vrsa maior & ipsius fabula. Helyce & Cynosura a qbus obseruantur.

¶NEC sequar: dicit se non nauigaturum ad obseruationem siderum sicut alii solent: dicit enim se tantum spectare lumen sui amoris. ¶ Helycen: vrsam maiorem dicit: q̄ fabulæ ferunt ex Calistone a Ioue compressa: postquā Arcada filium peperit factam: nam ex puella formosissima a Iunone in vrsam est conuersa: deinde cum post quintum decimū annū filius Archas in venatione egressus matrem occisurus esset ignorans. Iupiter id scelus prohibens ambos in Cælum transtulit: & in septentrionali polo collocauit: sed Iuno exorauit Tethyn & oceanū: ne pellicem suam suis aquis mergi pateretur: itaq; dicunt eas nunq̄ occidere: vt Virg. Arctos oceani metuentes æquore tingi. ad harum obseruationem nautæ nauigare solent: sed græci obseruant Helycen. Phœnices vero Cynosuram quam dicimus minorem vrsam: de quibus ipse Oui. in Tristibus. Magna minorq; ferę quarum regis altera graias. Altera sidonias vtraq; sicca rates. Idem lib. iii. Fa. Esse duas arctos quarum cynosura petatur Sidoniis helycen graia carina notet. de his etiam ita scri. M. Manlius Astronomicon li. primo. Summa tenent axis miseris notissima nautis. Signa per immensum cupidos ducentia pontum. Maioremq; helycē maior decircinat arcton, Septem illa stellæ certantes lumine signant. Qua duce per fluctus graiæ dant vela carinæ. Angusto cynosura breuis torquetur in orbe Tam spacio quam luce minor sed indice vincit. Maiorem tyrio pœnis hæc certior auctor Non apparentem pelago quærētibus orbem: manifeste igitur apparet quare dixerit. Aut qua tyrus vtitur arctos significat enim Cynosuram quam: vt apparet Tyrii obseruant: cum altera hoc est helyce obseruetur a graiis. ¶ Publica sidera: quæ omnes aspicere possunt.

Andtome de quę fuerit & ipsius fabula.

¶ Andromedem: stellam Andromedes: fuit autem Andromede Cephei & Cassiopes filia in Aethiopia: cuius mater Cassiope se pulchritudine nymphis Nereidibus præferens earum iram prouocauerat: quas vt placaret Cepheus hamonis oraculum consuluerat: a quo responsum fuerat filiam pro superbia materna belluæ exponendam esse: q̄ Nereides ex mari mittebant: vt illa deuorata tandem placarentur. Quod cum Cepheus fecisset: & eam in littore saxo alligasset. Casu quodam superueniit Perseus filius Iouis & Danaes: qui supra ea loca volans: cum puellā formosissimam aspexisset: cuius amore captus: cum eius patre pactus est: vt sibi sponsa & vxor daretur: si eam liberasset: ea igitur liberata cum Phinea fratrem Cephei eam vxorem volentem: & multos illi auxiliantes in saxa vertisse: tandem victor Argos cum coniuge reuersus est: quæ postea in stellam quæ Andromede dicitur: mutata est: est autem legendum Andromede per d nō Andromache: nam hæc vxor fuit Hectoris quæ nunq̄ mutata legitur.

Andromache quæ fuerit

¶ Claramq; coronam .i. stellam Ariadnes de qua diximus in Epistola Phædræ: gemmæ enim coronæ Ariadnes quæ nouem fuisse ab Ouid. dicuntur in stellam quæ corona dicitur conuersæ fuerunt: de qua Virg. lib. pri. Geor. Gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ. ¶ Vrsa Parrhasis .i. Arcadica: nam Parrhasos vrbs fuit Arcadiæ. ¶ Gelido: frigido septentrionali: & est quasi iteratio eius quod dixit: Nec sequar aut Helycen &c. ¶ At mihi quod Perseus amauit: idest Andromedē. Et liber: idest Bacchus: & significat Ariadnē. ¶ Cum Ioue: idest q̄ Iupiter amauit: significat autem Calistonē in vrsam mutatam vt diximus. est autem sensus nolo habere pro indicio natationis meæ stellam Andromedes vel Ariadnes vel Calistonis: idest vrsæ. ¶ Indicium: demonstrationem: signum. ¶ Aliud lumen: scilicet q̄ tu o Hero in turri tua mihi ostendis: vel lumen intelligit ipsam amicam. ¶ Quo duce: quo tegente me. ¶ Non erit in tenebris: non ignorabit iter. ¶ Dum: idest dummodo. ¶ Spectem hoc lumen tuum. ¶ Eam: pro item. ¶ Colchos & vltima ponti: scilicet & in extremas: aut periculosissimas partes orbis. ¶ Qua scilicet parte. ¶ Pinus Thessala: nauis Iasonis. ¶ Fecit iter i idest iuit: quasi dicat per Scyllam & Carybdim per simplegadas &c. ¶ Et possum superare palæmona iuuenem nando: idest possum melius natare quam Palæmon deus maris: de quo talis habetur fabula.

Palęmon

Iuno in genus Cadmi irata: postquam de semele se vlta est: etiam Autonoem eius sororem in Penthei filii cædem impulit. Inonem quoq; aliam sororem: & Cadmi filiam in cladem deducere statuit cum igitur videret eam & marito Athamante, & duobus filiis fœlicem euocauit ex inferis Erinnym vnam ex furiis: per quam in furorem Athamanta conuertit: nam in eius pectus Serpentem ac virus: quo eius mens alienaretur infecit. Qui per insaniam vxorem feram credens insecutus Learcum filium: quem illa vlnis gestabat saxo illisum pro fera interfecit. Qua re visa Ino siue dolore filii: siue veneno furiæ concita: ex scopulo se cum Melicerta filio præcipitauit: qui Veneris precibus a Neptuno excepti sunt: & dii maris facti. Ino leucothoe a gręcis dicit: a latinis Matuta: vt Oui. in Fastis dixit. Leucothoe grauis: Matuta vocabere nostris. Melicerta vero portunus latine: græce Palæmon dicitur: quem nunc intelligit.

Ino leucothoe siue Matura q̄ fuerit. Glaucus

¶ Quem herba mira reddidit deum: Glaucum significat: qui cum piscator esset apud Anthedonē Euboicam: & pisces in littore positos gustata quadam herba in mare resiluisse vidisset: & ipse eius herbæ vim experiri decreuit: qua gustata: statim in mare

saliit: &

faliit: & deus factus est. vnde Oui. lib. vii. Meta. Carpsit & Euboica viuax Anthedone gramen. Nondū vulgati mutato corpore Glauci. Idē lib. viii. Ecce fretū scindens alti nouus incola Ponti. Nup in Euboica versis anthedone mēbris Glaucus adest: dicit igitur Leander: dummodo speret amicam suam posse superare nando Palæmona & Glaucū deos maris.

ℭ VRSA Parrhasis pro Parrhasia: nomen patronymicum pro patrio, a Parrhasio monte Arcadiæ, aut a Parrhasis populis eiusdem regionis. ASCEN.

ℭ LANGVENT: fatigata sunt. ℱ Tendunt: fortius se mouent. ℱ Heleo carcere: apud Helidem in peloponnesso equorum certamina instituta sunt ab ætholis: epeis: & heraclidis duce Exilo: qui Helin incoluerunt templumq; Iouis olympii condiderunt. vbi simulachrum fuit eburneum phydiæ opus: alii scribunt ludorum: & delubri auctorem extitisse Herculem Iouis & Alchmenæ filium quem aiunt primum certasse: & palmā obtinuisse. ℱ Carcere: locus est vnde equi ad cursum mittuntur: quem Neuius oppidum appellat. ℱ Seruo: obseruo tanquā sidera. ℱ Sequor te magis: non astra natatu seruo, sed dominam: quæ mihi eius memoria vires sufficit. ℱ Ibis: in cælum. ℱ Dic mihi qua sit iter: doceas oro qua via cælum conscendendum sit: vt te conueniam. ℱ Hic es: in terra moraris. ℱ Exiguo: difficultatem a loco notat: ex in terra, inquit, & exiguo tempore tecum esse contingit: si in cælum ferans: ad te ire omnino negaretur. ℱ Mea mente: quæ non minus q̄ mare æstuat. ℱ Non minus: qui si in cælo consisteres. ℱ Breuis: septem tantum mo do stadia. ℱ Num malim dubito: vellē, inquit, in extremo orbe morari: dummodo Herus consuetudine potirer. ℱ Res non semper: potiundi desiderii facultas. ℱ Velle quid est aliud: difficultatem auget similitudine: sum, inquit, Tantalo similis: ille vt Home. scri. poma capiti imminentia: & aquam abluentem conspicatur barbam. ℱ Et quia. pu. fu. siti fameq; perpetue vexatur. ℱ Poma: quæ imminent capiti. ℱ Fluminis refugi: sperat vndam deprehendere: quæ sequētem fugit. ℱ Cum volet vnda: cum maris tranquillitas persuaserit. ℱ Læserit: fecerit procellosum. ℱ Pleiades. vii. sunt quarū ortu & occasu pluuias & tempestates faciunt. ℱ Arctophylax: is est Bootes Iouis & Calistus filius: licet hermippus tradat esse Phylomelum Cereris & Iasonis filium. xiiii. stellis effigiatur: dictus Arctophylax quod arcthos custodiat. ANTO.

Olympiaca certamina q̄ & q̄s primus cæ instituerit

Sæpe p assiduos languent mea brachia motus,
  Vixq; per immensas fessa trahuntur aquas.
His ego cum dixi pretium non vile laboris,
  Iam dominæ vobis colla tenenda dabo.
Protinus illa valent: atq; ad sua p̄mia tendunt,
  Vt celer heleo carcere missus equus.
Ipse meos igitur seruo, quibus vtor, amores:
  Teq; magis cælo, digna puella, sequor.
Digna qdē cælo, sed adhuc tellure morari,
  Aut dic ad superos, hinc mihi qua sit iter.
Hinc est quod raro misero conting's amanti,
  Cumq; mea fiunt turbida mente freta.
Quid mihi, qđ lato non separor æquore, pdest?
  Non minus hæc nobis tā breuis obstat aqua:
Num malim dubito toto pcul orbe remotus,
  Cum domina longe spem quoq; hēre meam
Quo ppius nunc es flammia ppiore calesco:
  Et res non semper, spes mihi semper adest.
Pene manu, quod amo, tanta est vicinia, tango,
  Sepe (sed heu) lachrimas hoc mihi pene mouet
Velle qd est aliq, fulgēria prēdere poma? (uet
  Spemq; suo refugi fluminis ore sequi.
Ergo ego te nunq̄, nisi cū volet vnda, tenebo,
  Et me fœlicem nulla videbit hyems?
Cumq; minus firmū nil sit, q̄ ventus, & vnda,
  In ventis, & aqua spes mea semper erit?
Aestus adhuc tn̄ est, qđ cū mihi læserit æquor

ℭ LANguent: debilitantur: cadunt. ℱ Colla tenenda. i. amplectenda. ℱ Precium non vile laboris: quæ remuneratio vestri laboris erit digna. ℱ Valent: recipiunt vires. ℱ Ad sua præmia: id est ad te: quæ es præmia ipsorum. ℱ Vt celer: comparatio celeritatis: id est sicut equus in olympiaco certamine celeriter ex carceribus exiit. ℱ Carcere: improprie pro carceribus: nam carcer est locus reorum: carceres vnde equi emittuntur ad currendum. Hora. in primo Sermonum: vt cum carceribus sese effudere quadrigæ. ℱ Heleo carcere: Helis: & Pisa vrbes arcadiæ: apud quas cursilia certamina celebrantur: & ideo dixit Heleo carcere. Virgi. iii. Geor. Seu quis ad Helei metas: & maxima campi Sudabit spatia. & Luca. Quantum clamore iuuatur Heleus sonipes. ℱ Seruo: aspicio. ℱ Sequor te: magis q̄ sidera. ℱ Sed ad. tel. morari. s. digna. & melius morari legitur q̄ moraris. ℱ Aut dic. i. aut si vis ire in cælum: dic mihi quo modo & ipse possim illuc ascendere. ℱ Hic: ex hoc: quod ex digna cælo. ℱ Rato contingis mi. amanti: raro possum tecum esse: quia digna & preciosa difficile conceduntur. ℱ Cumq; mea fiunt turbida mente freta. i. turbor cum turbatur mare. ℱ Quid mihi: dicit quod non prodest q̄ istud mare hellespontiacum sit tam strictum: quia tam breuis maris aqua: non minus ei obstat q̄ si esset mare latissimum. ℱ Obstat: affert impedimentum. ℱ Num malim: an potius velim. ℱ Remotus: separatus. ℱ Habere spem meam longe cum domina: id est dubito an velim esse longe ab amica mea: & habere etiam spem meam longe cum ea: quia patientius ferrem: si non possem ad eam venire. ℱ Propior: propinquior: scilicet amica est. ℱ Calesco: ardeo. ℱ Flamma: igne: amore. Teren. Accede ad ignē hunc & calesces plus satis. ℱ Res: causa amoris: id est ipsa amica. ℱ Non semper: subaudi adest. ℱ Pene: fere. ℱ Tango manu: prouerbialiter dixit. ℱ Tanta est vicinia: tanta est proximitas: internos. ℱ Hoc: ita esse propinquos: & non posse simul esse. ℱ Mouet lachrymas: facit me flere. ℱ Velle quid est aliud: comparat se Tantalo: qui in mediis aquis apud inferos semper sitit: neq; potest bibere. & habet poma ad os: & non potest ea comedere: aut ore contingere. ℱ Quid est aliud: quasi dicat nihil: nisi quod mihi accidit: qui ppinquus amicæ meæ: ea tamen careo. ℱ Fugientia: ob ore discedentia. ℱ Sequi spem fluminis refugi: id est sequi spem aquæ fugientis. Horatius in primo Sermonum. Tantalus a labiis sitiens fugientia captat Flumina: diximus hanc fabulam in Epistola Paridis. ℱ Ergo: cum indignatione & dolore pronunciandum est. ℱ Nisi cum volet: quasi dicat stabo ad arbitrium maris: & non videbo te nisi cum mare volet me permittere. ℱ Nulla hyems: nulla tempestas & turbatio maris. ℱ Videbit me fœlicem: videbit me cum amica mea. ℱ Cumq; minus firmum nil sit: id est spes mea erit in rebus leuissimus: hoc est in vento & aqua quibus dicit nihil esse infirmius. ℱ Adhuc: hactenus. ℱ Quid erit: quasi dicat multo maior tempestas. ℱ Cum læserit: perturbauerit: & commouerit. HUBER.

Carcer a carceribus numero multitudinis in quo differat

Flamma pro amore ponitur

Tantali fabula

ℭ SAEPE per assiduos. Significat spem viresq; omnes in illa sitas: sermone quidem lepidissimo, sed tam aperto: vt explanatione non egeat. Num malim. Ordo est. Num: id est nunquid dubito, quasi dicat, nequaq̄ dubito, an supple malim. i. magis velim longe, id est multo (non est ergo legendum malum) remotis, id est existens remotus procul toto orbe, habere etiam spem meam, cum domina supple mea: id est spem simul cum re. Nam spes semper illi adhuc præsto est domina non semper. Fugientia prendere poma more Tantali. Refugi genitiui casus est a nominatiuo refugus ga. gum. & dicitur refugū. quod sæpe fugit, vt flumen illud, quoties apetitur. vnde in primo Sermonum Hora. Tantalus a labiis sitiens fugiē tia captat flumina &c. Ergo ego. Bona indignantis particula, vt ergo ne supremis potuit vox improba verbis tam dirū mandare nefas? ergo ibit in ignes. Cumq; minus firmum nil sit q̄ ventus. Non est legendum nihil, sed nil: vt monet metri. In ventis: lege cum amara interrogatione: quæ vim negandi habet. ASCEN.

ANTO. Pleiades quæ ſint Artophylax q & vñ Olenii inter ſidera relati fabula Olenos & Helice vrbes quæ fuerint Quo pacto epiſtola claudi debeat

¶OL Eniumq; pecus:caprā amaltheā & hædos intelligit. quos auriga humeris geſtat:quē vt Hyginus tradit Olenū nū cupatū fuiſſe Vulcani filiū: & ex hoc duas nymphas natas: Elicē & Egē:q̃ Iouis fuerūt nutrices:a qbus duæ vrbes noiatę ſunt Olenos in aulide:helices in pelopōneſſo: de qbus apud Hyginū varia ꝓdit̄ hiſtoria : tēpeſtatē pluuiāq; faciunt ſiue oriant̄:ſiue ad oceanū ꝑpetent.¶ Quā ſim temerarius:ſtatuit cōſiliū ab audacia : id erat: vt in ſumma ēt tēpeſtate nataret. ¶ Tū quoq;:his quoq; aduerſis ſideribus.¶ Promittere tēpus:nō putes me tranquillū tēpus expectaturū.¶ Polliciti:pro miſſæ audaciæ.¶ Aut mihi cōtinget:aut moriar:aut per audaciā aduerſa numina ſuperabo: in illas ab quas natatę conſu tui.¶ Naufraga mēbra:q̃ naufragiū fecerit vaticiniū de ſe eſt : nā cū tentaſſet p ꝓcellas natare ſubmerſus eſt. ¶ Omine: hoc meo ꝑſagio. ¶ Inuiſa:qin intericū mihi vaticinabat̄.¶ Accedāt : cōſentiant:cum meis votis.¶ Pace breui:exigui tpis trāqllitatē. ¶ Perſtet:inualeſcat tēpeſtas.¶ Illic:apud te.¶ Aptū nauale: trāſlatio ſumpta a nauigiis q̃ in tēpeſtatibus a nauali claudunt̄.¶ Nulla aqua: nullo in loco libē tius ſto q̃ tecū.¶ Tūc:cū a te diſcedo.¶ Ero cautus: fluctus verebor ¶ Triſte: ꝓcelloſum.¶ Duas:& amplexus: & vētos. ¶ Remis corporis brachia ſignificat:quoꝝ ſignificatione ferebat̄. ¶ Lumē habe:facem in turri erige.¶ Interea:ſæuientibus ꝓcellis pro Leandro Epiſtolā teneas.¶ Quā prçcor:deſiderio ſuo: Epiſto.clauſit: vt qd maxime vtriq; erat chariſſimū in aio legētis relinqret̄: nā q̃ i fine ſunt: ideo vehemētiora eſſe debēt:qin veluti proximiora animo ſemper obiiciuntur,vt adactis concitatus aculeis ardentius moueatur.

Pleias,& Artophylax oleniumq; pecus.
Aut ego non noui,q̃ ſim temerarius,aut me
In freta non cautus tum quoq; mittet amor.
Neue putes id me,quod abeſt, ꝑmittere tempus,
Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
Sit tumidum paucis ēt nunc noctibus æquor:
Ire per inultas experiemur aquas.
Aut mihi continget fœlix audacia ſaluo,
Aut mors ſolliciti finis amoris erit.
Optabo tamen,vt partes expellar in illas,
Et teneant portus naufraga membra tuos.
Flebis enim tactuq; meū dignabere corpus,
Et mortis,dices huic ego cauſa fui.
Scilicet interitus offenderis omine noſtri,
Litteraq; inuiſa eſt hac mea parte tibi.
Deſine parte queri,ſed vt mare finiat iram,
Accedant,quæſo,fac tua vota meis.
Pace breui nobis opus eſt, dum transferor iſtuc.
Cum tua contigero littora,perſtet hyems.
Iſtic eſt aptum noſtræ nauale carinæ,
Et melius nulla ſtat mea puppis aqua.
Illic me claudat boreas,vbi dulce morari eſt,
Tunc piger ad nandum ,tūc ego cautus ero.
Nec faciam ſurdis conuicia fluctibus vlla,
Triſte nataturo nec querar eſſe fretum,
Me pariter venti teneant,tenerique lacerti,
Per cauſas iſtic impediarq; duas.
Cū patietur hyems,remis ego corporis vtar.
Lumen in aſpectu tu modo ſemper habe.
Interea pro me pernoctet epiſtola tecum,
Quā precor,vt minima ꝑſequar ipſe mora.

HVBER. Pleiades q̃ ſigna & vbi collocata & eorū fabula

¶Pleias:aut ſingularē pro plurali poſuit.i.pleiades:qd ſignum eſt ante genua Tauri: qd ortu ſuo primę nauigatiōis tēpus oñdit:vñ dictæ ſunt a pleo.i.nauigo:aut qd magis placet ſteropes: vnius ex pleiadibus ſtellā itellexi:q̃ ortu ſuo tēpeſtatē iducit. Oui.lib.i. Triſtiū. Sępe ego nibosis dubi⁹ iactabar ab hædibus. Sæpe minax Steropes ſidere pōtus erat.¶ Sed nō ſolū huius loci: ſed & alioꝝ cā dicēdū eſt aliqd de pleiadibus. Sūt.n. qui atlantides dicunt̄ filię atlātis & pleiones in cælū trāſlatæ:q̃ qdē faciunt ſignū:vt voluit Seruius ante genua Tauri.q̃ licet.vii.fuiſſe dicant̄:tñ vt ſcri. Oui.lib. iiii. Faſtoꝝ:ſex tñ apparerent.dicit.n.pleiades incipient humeros reuelare pēnos.Quæ.vii.dici:ſex tñ eſſe ſolēt.vna appellata eſt Alcyone amata a Neptuno: vt in Epi.ſequēti videbimus:ex q̃ Neptunus genuit Lycaona & Hyricū patrem Orionis. Taygeta vero ex Ioue peperit Lacedęmona:a quo Lacedęmō vrbs dicta eſt. ex Tātalo peperit Niobē:q̃ nupſit Amphioni regi Thebaꝝ:Maia ēt a Ioue cōpreſſa genuit Mercuriū: Electra ex eodē Ioue genuit Dardanū.Oui.iiii. Faſto. Dardanō Electra quis neſcit atlātide natū.ſ.electrā concubuiſſe Ioui.Sterope ex matre genuit Oenomaū patrem Hyppodamiæ.Cæleno a Neptuno amata eſt:vt ēt in ſequēti Epi. patebit:ex qua genuit Nyctęū q cū Nyctimene filia cōmixtus ē.Merope ſola cū mortali ꝯcubuit. Nā ex Siſypho genuit Glaucū patrē Bellorophōtę. Oui. Septima mortali Merope tibi Siſiphe nupſit. Pœnitet & facti ſola pudore latet: de pleiadibus hæc nūc ſufficiāt Pleias autē hic intelligit: vt diximus ſidus Steropes tēpeſtuoſum.

Arctophylax quod ſignum eſt Sidera capræ vel capellæ quæ ſint & cui⁹ naturæ

¶ Arctophylax:ſtella eſt:quę & bootes dr̄.i.bubulcus q̃ & tēpeſtuoſa ē: latine pōt dici cuſtos vrſę.¶ Oleniſq; pe.ſcri. Stra. Aegas duas eē:vnā in Euboea. Alterā in achaia diciq; & ægā & ægas:in quo loco Iouē a capra lactis alimenta ſuſcepiſſe ſcri.ꝑpe eſt olenæ:vñ oleniā capellā dixere:oleniū igit̄ pecus poſſumus itelligere:vel ſolū ſidus cap:qd ē pluuiale:vt Oui. lib.iiii.Met. Addidici regimē dextra moderāte carinæ. Flectere: & oleniæ ſidus pluuiale capellę:vel certe ſidus: & capellę & hędoꝝ ſuoꝝ:nā ob beneficiū alimenti a Ioue cælū cū hędis ſuis trāſlata eſt:ex qbus factū ſidus:qd nubes:pluuias & tēpeſtates iducit:qd Virg.oſtēdit li.i.Geor. Preterea tā ſunt arctum ſidera nobis Hędorūq; dies ſeruādi &c. Māl ius aſtronomicus lib.i. Huc ſubeūt hędi claudētes ſidere pōtū Nubibus: & mūdi nutrito rege capella:dicit igit̄ Leāder: ſi nunc ita turbat̄ mare:qd erit cū acceſſerit ēt ſidera:q̃ natura ſua inducūt tēpeſtates.¶ Aut nō no.q̃ ſim te: aut nō noui temeritatem meā.¶ Aut am.nō ca.qui facit hoiem incautū.¶ Tūc:cū ſupradicta ſidera cōmouebūt mare.¶ Qd ab.qd ē remotū.¶ Pignora: ꝓbationes:certa ſigna.¶ Polliciti: ꝓmiſſionis meæ.¶ Sit tu pau.&c.i.ſi aliquot noctibus duret hęc tēpeſtas.ego expiar venire iuitas aqs.¶ Aut mihi:facit argumētū qd dr̄ Dilema: qd vtrinq; ꝯcludit: & ꝓbat eē eādē.¶ Audacia fœ.cui fortuna & dii fauebūt.¶ Saluo:incolumi.¶ Aut:alia pars:aut ſi moriar mors finiet ſollicitudines,& moleſtias mei amoris.¶ Expellar:a fluctibus ꝓiiciar.¶ Illas: vbi tu eris. ¶ Naufragiū mēbra.i.ego naufragus & ſubmerſus. ¶ Dignabere tactuq;.i.dignaberę tāgere.¶ Cā mortis:qa pp amorē meū auſus eſt tā turbidū mare igredi.¶ Scilicet : fingit Leāder amicā ſuā nō audire libēter malū omē de eius morte.¶ Interitus:mortis.¶ Accedā meis votis.i.adiūgant̄:vt tu facias vota ſicut ego.¶ Pace:trāqllitate maris.¶ Breui:parui tpis.¶ Perſtet:ꝑſeueret cū ero apud te.¶ Iſtic eſt:tranſlatio ſicut naues bene ſunt:vbi habent portū:ita dicit ſe hr̄e:nauale aptū ſuæ carinæ.i.amicā ſuā ſibi aptā:nauale intelligit amicā: Carinā vero ſeipſum qa fungebat̄ officio carinæ.¶ Tunc:cū natabat.¶ Cautus:qa nō diſcedā a te:vt immittā me periculis. ¶ Nec faciam conuicia fluctui.i.nō incuſabo fluctus.¶ Surdis:non audientibus ipſe ſupra. Surdior ille freto &c.¶ Triſte:aſperū.aduerſum.¶ Nataturo:mihi.¶ Per duas cauſas: per ventos & lacertos tuos. ¶ Remis corporis.i.brachiis ad natandum vtar loco remorū. ¶ In aſpectu:in turri:vt poſſit a me aſpici.¶ Pernoctet:vigilet.¶ Ipſe:ego.¶ Minima mora:breui tempore.

Dilema argumētū quomodo formetur

Nauale im ꝓprie qd

ASCEN. ¶AVT ego non noui q̃ ſim temerarius: vim amoris, & dementiam amantiū exprimit. nam ſcientes videnteſq; ſeſe in ſumma pericula mittunt. Optabo tñ, Moris eſt poetici id in præſagiis ponere & Prædictionibus qd eventurum ſciunt, vnde Dido. Sed cadat ante diem mediaq; inhumatus harena. Literaq; inuiſa eſt.i. Epiſtola. In oratione literæ dicuntur. Cōuitia a cōuito,aut cōuituperator,producit enim ſecundam, cū vitiū primā corripiat . Perſequat minima mora.i.poſt minimam moram ad finem vſq; ſequat, Et eſt ſumma votorum q̃ in fine fere ponit Ouid. Aut cuius nomine ſcriptā dicit,

¶In dextram

Ⅽ In decimamoctauam Epistolam Argumentum.

SEston vrbem Theopompus scribit fuisse paruam: sed bene munitam: & quoniam angustiarum adytus princi/patum tenuit: vrbiumq; in cheronesso sunt omnium optimam dix. runt: cheronessi promontorium est mastu/pa: in cuius fronte sygeum est achiuorum statio illic Protesilai delubrum: & cinosemæ: hoc est heccubæ: in ca/nem versæ sepulchrum vesebatur. Est prætetea turris Sesto contigua: vbi Hero accensas faces erigebat: quas sequutus Leander enataret: sed cum ob tempestatem dies aliquot natare cessasset: accepta illius Epistola respondet. desidiā interdū accusat: interdū amoris suspitionē ingerit: demum suadet. vt nō nisi tranquillo mari audeat enatare.



QVAM mihi misisti verbis Leandræ salutem priori Epistolæ simile est principium: vtraq; enim salute missa expositoq; desiderio aman/tis fauorem conciliat desiderium a temporis momento: mora quamuis exigua: longa mihi videtur. Ⅽ Igne pari: æquo amoris stimulo vexamur. Ⅽ Sed sum tibi viribus impar: se maiorem pati in amore cruciatum a sexu arguit: sum, inqt, fœmina, ideo impar viribus: hoc est debilior. Ⅽ Ingenium: ad resistendum constantius cor. Ⅽ Infirma: imbecillis ad tol/lerandos effectus. Ⅽ Vos modo venādo a studiorum varie/tate propositum firmat. Ⅽ Rus geniale: villas ad delectatio nem ornando: nam vt quisq; erat laudatissimus: is agrū co lere cōsueuerat: vt scribit Ca. Ⅽ Geniale: amenum aut cultura aut siluis inceduis: aut aquarum scaturigine. Ⅽ Ponitis supe ratis. Ⅽ In varia mora: in variis studiis imorādo. Ⅽ Fora: causæ forenses. Ⅽ Dona palmæ: palestræ vnctæ: quoniam qui certabant palestra oleo perfundebantur: ideo vncta pales a Papinio dicitur. Ⅽ Ducitis: captatis decipitis in venando. Ⅽ Hora serior: tēporis longitudo. Ⅽ Diluitur: multo vino p fusi: superatis: nō enim tēpus vino: sed homines diluuntur. Ⅽ His summotis: cū hæc studia mihi nō sint. Ⅽ Facio: amo.

ANTO. Argumentū de quo supra

Antiquorum mos Palestræ ludus qui fuerit

HERO LEANDRO



QVam mihi misisti verbis Leandre sa/lutem,
Vt possim missam rebus habere, ve/ni.
Longa mora est nobis omnis, quę gau/dia differt:
Da veniam fassę: non patienter amo.
Vrimur igne pari, sed sum tibi viribus impar,
Fortius ingenium suspicor esse viris.
Vt corpus teneris, sic mens infirma puellis,
Deficiam, parui temporis adde moram.
Vos modo venando, modo rus geniale colendo,
Ponitis in varia tempora longa mora.
Aut fora vos retinent: aut vnctæ dona palestræ:
Flectitis aut freno colla fugacis equi.
Nunc volucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo,
Diluitur posito serior hora mero:
His mihi submotis, vel si minus acriter vrar,
Quid faciam? super est, præter amare, nihil.
Quod superest facio, teq; o mea sola voluptas,
Plus quoq; q̄ credi quod mihi possit, amo.

QVAM mihi misisti. Hero Epistolæ Leandri re/spondens dicit se deteriore esse conditione: q̄ sit Leander: quia & si pares sint amore: multis tamē de causis: ipsa minus potest amori resistere: & ostendit q̄ sin cero & continuo amore eum amet: cum dicit se cupidā: vt Leander ad se veniat: hortatur tamen vt diligenter aduer/tat: ne se periculis obiiciat: ne si moriat, sit etiā causa mor/tis ipsius: dicit aūt se maxime terreri viso quodam qd ei in somnis apparuit de morte cuiusdam Delphini harenę illisi & statim mortui. Ⅽ Rebus: effectu. Ⅽ Omnis mora: quelibet tardatio temporis etiā breuis. Ⅽ Est longa: propter affectū tui. Virgil. in Buco. Si mihi nō hæc lux toto iam longior anno. Horatius. Vt nox lōga quibus mentit amica. Ⅽ Fas/sæ: mihi confitenti amorē meū. Ⅽ Viribus: robore animi ad resistendum amori. Ⅽ Ingenium: naturā. Ⅽ Vt corpus: scien/tia physica: dicit enim ex imbecillitate corporis ībecillitatē quoq; animi fieri. Ⅽ Deficiā: consumar. Ⅽ Vos. s. viri. Ⅽ Poni tis tempora longa in varia mora: idest prætentis tēpus va riis modis. Ⅽ Modo venādo: nam exercitiū est virile. Ⅽ Mo do: interdū: Ⅽ Geniale: amœnum: plenum voluptatis: nam Genius deus est naturæ: cui voluptati operā dantes indul gere dicuntur. Persius indulge Genio: carpamus dulcia: in de. Genialis voluptuosus dicitur. Virgil. inuitat Genialis hyems. Iuuenalis Genialis agatur ista dies. Ⅽ Fora: actio/nes causarum: quæ in foro aguntur. Ⅽ Aut dona: munera & exercitia. Ⅽ Palestræ: luctationes: sunt aūt hæc officia vi rilia. Iuue. Nunqd nos agitamus causas ciuilia iura: Noui/mus aut vllo strepitu fora vestra mouemus: fora vestra dixit. idest quæ vos viri frequentare soletis. Ⅽ Flectitis aut &c. i. aut exercemini equitando. Ⅽ Fugacis: velocis optime currentis. Iuuenalis. Cuius clara fuga ante alios. & primus in æquo te puluis. Ⅽ Ducitis: capitis. Ⅽ Diluit: madescit: tēperat. Ⅽ Serior hora: idest serum tempus. Ⅽ Posito mero. i. bibendo ipse in Arte. Cura fugit multo diluiturq; mero Ⅽ Semotis: remotis. Ⅽ Minus: nō. Ⅽ Quod superest facio. i. amo: quod solum restat mihi faciendum. Ⅽ Plus quoq;: ordo est amo te plusquā id quod possit credi mihi.

HVBER. Breuis epistolæ tenor.

Imbecillitas corporis animi ībecillitatē arguit

Genius deus q apud antiquos

QVAM mihi misisti &c. Hæc Epistola responsiua Herus ad Leandrum etiam a Sabino dictata credit & præ/cipue ex Ouidii sententia dictantis: Quam cito de toto redit &c. Cuius subtilis quidem est compositio, sed vsq; ad. o facilis. vt pudeat quicq̄ ad tantum claritatē lucis adiicere. Longa mora. Ordo est, omnis mora quæ differt nobis gaudia est: idest videtur & reputatur longa quantumuis breuis sit. Vos modo &c. Artis est a sexu argumen/tari, ne personam lædamus, & ideo pluraliter dicit vos. s. omnes viri de more ponitis: idest transigitis modo: idest aliquā do venando &c. Hora serior: idest tardior, vel si: idest etiam si minus acriter vrar: idest licet nō tam vehementer amem qd aliud faciam q̄ amem, cum aliud facere nequeam. Quod superest facio: idest amo. ASCEN.

Aut ego cum cara de te nutrice susurro,
Quçq; tuum, miror, causa moretur iter.
Aut mare prospiciens, odioso concita vento
Corripio verbis æquora pene tuis.
Aut vbi sæuitiæ paulum grauis vnda remisit,
Posse quidem, sed te nolle venire, queror.
Dūq; q̄ror, lachrymæ p̄ amātia lumina manant,
Pollice quas tremulo conscia siccat anus.
Sæpe tui specto si sint in littore passus:
Impositas tanq̄ seruet arena notas.
Vtq; rogem de te, & scribam tibi, siquis abydo
Venerit, aut quæro siquis abydon eat.
Quid referā? quoties do vestibus oscula, quas tu
Hellespontiaca ponis iturus aqua.
Sic vbi lux acta est, & noctis amicior hora
Exhibuit pulsa sidera clara die.
Protinus in summa vigilantia lumina turre
Ponimus, assuetæ signa, notamq; viæ.
Tortaq; versato ducentes stamina fuso,
Fœminea tardas fallimus arte moras.
Quid loquar interea tam longo tp̄e, quæris,
Nil nisi Leandri nomen in ore meo est.
Iam ne putas exisse domo mea gaudia nutrix?
An vigilant omnes, & timet ille suos?
Iam ne suis humeris illum deponere vestes,
Tingere iam pingui pallade membra putas?
Annuit illa fore: non nostra quod oscula curet,
Sed mouet obrepens somnus anile caput.
Postq; moræ minimū, iam certe nauigat inquā,
Lentaq; dimotis brachia iactat aquis.
Paucaq; cum tacta perfeci stamina terra,
An medio possis quærimus esse freto.
Et modo p̄spicimus, timida modo voce p̄camur,
Vt tibi det faciles vtilis aura vias.
Auribus interdum voces captamus, & omnem
Aduentus strepitum credimus esse tui.
Sic vbi deceptæ pars est mihi maxima noctis
Acta, subit furtim lumina fessa sopor.

ANTO. ¶ AVT ego cum chara: Leandri mutatione quid ipsa itidem agit, exponit. ¶ Susurro: clam & voce pressa loquor. ¶ Corripio: animo conuitia detestor. ¶ Grauis vnda: procella. ¶ Sed te nolle venire queror: ingerit pellicis suspitionem: de qua aperte postmodum loquetur. ¶ Amantia lumina: amantis herus oculos. ¶ Tremulo: senili. ¶ Impositas notas: impressa vestigia. ¶ Scribam tibi: tuæ Epistolæ respondebo. ¶ Vestibus: Leandri vestes hero seruabat: quibus cum natasset vtebatur. ¶ Aqua: desuper. ¶ Sic vbi lux acta est: describit tempus: vt commiserationem moueat. ¶ Amicior: gratior quoniā hoc tempore te natantem suscipere consueui. ¶ Exhibuit: mortalibus ostentauit. ¶ Signa notamq; viæ: incensam facem significat: quam in summa turre erigere cōsueuisse diximus: vt ad suum natatum Leander dirigeret. ¶ Fallimus moras: temporis longitudinem superamus. ¶ Arte fœminea: filando texendoq;. ¶ Quid loquar: sermocinatione vtitur: ipsa enim rogat & respōdet. ¶ Mea gaudia: maiori affectu enunciatū est: q̄ si meus Leander diceretur. ¶ Omnes: abydeni. ¶ Suos: ne sui hoc facinus deprehendant. ¶ Pallade: oliuo cuius tutelam habet Pallas: natatores oleo diluuntur: ne aquarum frigiditate læsi nerui aut iuncturæ cohærerent. ¶ Annuit: te iam natare capitis nutu concedere videtur. ¶ Non nostra quod oscula curet: non enim ex cura nostra amoris id concedit: sed somno delinitum caput dum nutat nullis auditis verbis annuere videtur. ¶ Mouet: ad nutum impellit. ¶ Obrepens: nullo murmure serpens. ¶ Contacta terra: ab opere moræ exiguitatem ostendit: cum p̄duxi filum in terram vsq; ex quo incepisse natare diximus. ¶ Prospicimus: e specula mare logius spectamus. ¶ Captamus: subauscultamus. ¶ Voces: nocturna murmura. ¶ Deceptæ: quoniam tuo aduentu: vt putaram priuata sum.

Olinā in cuius tutela fuerat

HVBER. ¶ Aut ego: dicit quid agat interea dum durat tēpestas, aut enim loquitur de Leandro cum nutrice: aut in mare inuehitur sicut & Leander. ¶ Susurro: immurmuro clam demisseq; loquor. ¶ Moretur: tardet. ¶ Corripio: incuso. ¶ Pene tuis: quibus tu quoq; corripis. ¶ Remisit: diminuit. ¶ Paulum sæuitiæ .i. paulum perturbationis. ¶ Conscia: quæ nouit amorem meum. ¶ Tremulo: propter ætatem anilem. ¶ Notas: signa: vestigia pedum. ¶ Rogem: interrogem. ¶ Ponis: pro deponis: exuebat enim se cum erat nataturus & relinquebat vestes apud Hero: quas dicit se sæpe osculari propter amorem eius. ¶ Lux: dies. ¶ Acta: præterita sic loquendo de te & osculando vestes. ¶ Hora noctis amicior: idest gratior: vt supra alibi. Nox grata puellis: quarum suppositus colla lacertus habet. ¶ Exhibuit: ostendit. ¶ Signa notaq;: Ephexegesis est: nam nota idem est quod signū: legendum est autē signa notasq;: nō autē notaq; signa tuæ: vt quidā male legūt. ¶ Torta stamina: fila quæ nendo torquētur. ¶ Fallimus: prætertimus. Penelope. Nec mihi quærenti spatiosam fallere noctem. ¶ Fœminea arte: nendo .i. quæ ars fœminarum proprie est. ¶ Quæris .i. rogas & vis scire. ¶ Iam ne putas: verba Heroos ad nutricem quibus interrogat: quid de Leādro putet. ¶ Mea gaudia: meam voluptatem: scilicet Leandrum. ¶ Omnes: eius domestici. ¶ Timet suos: ne videant eum exeuntem domo. ¶ Deponere vestes: exuere se: vt natet huc. ¶ Tingere: vngere. ¶ Pallade pingui .i. oliuo: posuit autem inuentricem pro inuento. ¶ Nam Pallas inuentrix fuit oliuæ: vt Virg. primo. Georgi. oleæq; Minerua inuentrix: Nam cum Neptunus & Minerua (vt fabulæ ferunt) de imponendo nomine Athenis cōtenderent: placuit diis: vt eius nomine ciuitas appellaretur: qui munus melius mortalibus obtulisset: Neptunus percusso littore equum animal bellis aptum produxit: Minerua iacta haste oliuam creauit: res est melior comprobata: & pacis insigne: vnde Athenas a nomine suo dixit: nam ipsa græce Athenas dicitur. ¶ Annuit: nutu & motu capitis significauit ita esse: vt petiueram. ¶ Fere: temperamentum .i. fere annuit: & nutu affirmauit quod interrogaui: melius autē fere q̄ fore legitur: & ratione metri & ratione sensus: nam fore semper significat tempus futurum. ¶ Nostra oscula: nostram voluptatem. ¶ Obrepens: latenter adueniens. Cice. in Cato. maiore de senectute: eam obrepere aiunt citiusquā putassent. ¶ Mouet caput anile: facit eam annuere. dormientes enim aut iam declinantes ad somnum: ita solent mouere caput: vt videantur annuere loquentibus cum eis. ¶ Post minimum moræ: idest post minimum spatium postq̄ supradicta dixi. ¶ Terra tacta: idest stamina ita longa: vt fusus tangat terram. ¶ Captamus voces: idest asscultamus an aliquam vocem audiamus. ¶ Strepitum: sonitum. ¶ Vbi: postq̄. ¶ Maxima pars noctis est acta: idest præterita sic cogitando: & interrogando de te. ¶ Furtim: latenter. ¶ Subit: ingreditur. ¶ Lumina fessa: oculos meos fatigatos nimium in vigilando.

Ephexegesis quid

Vrbis Athenarū fabula & vnde nomen sortita est

ASCEN. ¶ QVID referam &c. Tota Epistola id agit, vt se ardenter redamare significet, & ad mutuos complexus amatorem citius aduocet. Noctis amicior: taceant ergo inepti qui ab amico amicitior, ci geminato deduci præcipiunt. Quid loquar &c. subaudi, vt si sit quæris quid sit, quod loquar interea tam longo tempore. Nil nisi Leandri nomen in ore meo est: idest nil loquor nisi de te dicendo: scilicet Iam me putas &c. Annuit illa fore: idest nutu capitis significat futurum. non curet nostra oscula, sed quia supple somnus obreptus mouet caput senile, idest anile. Postq̄ moræ minimum: idest immediate post: Paucaq; contacta, quia nendo, vt filum longum producant fusum in terram vsq; demittunt: texendo autem pedibus terram contingunt, vtroq; autem modo intelligi potest. Priori accipiendo stamina pro filis infuso ad stamina conficienda. Forsitan inuitus mecum tamen improbe dormis, Improbus enim esset, & immitis hoc est si nollet amari. nam dormit cum ea per phantasiam.

¶ Inuitus

¶ INuitus: quia licet non venire decreueris: ſomnia te mihi reduxerunt. ¶ Humida: recenti natatione perfuſa. ¶ Velamina: veſtes quibus tua foueres membra. ¶ Fouere aqua: rigare reuelare. ¶ Multaq; parte: honeſtius quæ præ pudore etiane tacenda ſignificauit. ¶ Hæc: quæ ſomno captatur: idem locus in ſappho: cum dixit: ſed nō longa ſatis gaudia ſomnus habet. ¶ Firmius: abſq; ſomniorum vanitate. ¶ Cur ego tot viduas: peracta demonſtratione ad querelas redit. Prima ſumitur a temporis diuturnitate: vnde Leandrum ſegnitiæ arguit q nō natare. ¶ Frigida: ſine Leandro. ¶ Lente: deſes in amore. ¶ Confiteor: diluit illud Lean. ipſa vides cælum pice nigrius. ¶ Lenior au. vētus ſedatior. ¶ Ea præte. cur præterit eius temporis occaſio. vt ad me non natares. ¶ Ventura: quæ poterant eſſe deteriora. Tam bona nox: ad nauigandum commoda. ¶ Similis copia: eadem natandi opportunitas. ¶ Melior: gratior. Nam ſi prima occaſio prætereatur. eadem minus habebit gratiæ ſi redierit. ¶ At ci. mu. eſt cum ſtomacho Leandri verba obiectat. ¶ Tempore minore: quoniam præterit temporis pars: quare aſſiduo natādum eſt, vt momenta quidem temporis perdenda. nam quotidie minus tempus relinquitur. ¶ Hic puto deprehen. hoc Leandri eſt: cū dixit. Cū tua cōtingā littora perſtet hyems. ¶ Tum: cū adeſſes. ¶ Quid tamen eue. locus eſt qui dicitur præter ſpem. Quid accidit vt mare quod contemnebas iam timeas: quod nunquā ſperaſſem. ¶ Non multo minus ſæuum: nō erat minus procelloſum q̄ nunc: cū olim ad me nauigares: hæc omnia ſunt ſuſpitionis ſemina: ne ob aliam fuerim. i. tuta. ¶ Clamabam tibi: te obiurgabam.

ANTO.

Proſpicere quid proprie ſit

Locus præter ſpem

Forſitan Inuitus mecum tamē improbe dormis,
Et quāuis non vis ipſe venire, venis.
Nam modo te videor ppe iam ſpectare natantē,
Brachia nunc humeris humida ferre meis,
Nunc dare qua ſoleo madidis velamina mēbris,
Pectora nunc iuncto noſtra fouere ſinu
Multaq; præterea lingua reticenda modeſtæ
Quæ feciſſe iuuat: facta referre pudet.
Me miſeram, breuis eſt hæc, & nō vera voluptas.
Nam tu cum ſomno ſemper abire ſoles.
Firmius o cupidi tandem coeamus amantes:
Nec careant vera gaudia noſtra fide
Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?
Cur toties a me lente natator abes?
Eſt mare (confiteor) nōdum tractabile nandi,
Nocte ſed heſterna lenior aura fuit.
Cur ea præterita eſt, cur nō ventura timebas?
Tam bona cur periit: nec tibi rapta via eſt?
Protinus vt ſimilis detur tibi copia curſus,
Hoc melior certe, quo prior ille fuit.
At cito mutata eſt iactati forma profundi.
Tpe, cum properas, ſæpe minore venis.
Hic puto deprenſus nil, quod q̄rereris, haberes,
Meq; tibi amplexo nulla noceret hyems.
Certe ego tunc ventos audirem læta ſonantes:
Et nunquam placidas eſſe precarer aquas.
Quid tamen euenit, cur ſis metuēt or vndæ?
Contemptumq; prius, nunc vereare fretum?
Nā (memini) cum te ſæuū veniente, minaxq;,
Nō minus, aut multo nō minus, æquor erat.
Cum tibi clamabam, ſic tu temerarius eſto,

¶ Dormis me. ſ. & in ſomnis vel cogitatione. ¶ Improbe: cōtumelia eſt apta amantibus. ¶ Venis: quia ſomnio te venire. ¶ Videor. ſ. mihi exiſtimo. ¶ Velamina: veſtes. ¶ Membris madidis: tuo corpori madido: ſic enim ipſe Leander dixit deq; tuis demptos humeris mihi tradis amictus. ¶ Nunc: interdum. ¶ Fouere: calefacere. ¶ Noſtra pectora: vt ipſe. Excipis amplexu. ¶ Reticenda modeſta: non dicenda vt ipſe etiam Leander. Cætera & nox & turris conſcia nouit. ¶ Pudet referre facta. i. pudet me dicere ea eſſe facta a nobis quæ tamen iuuat feciſſe. & bene oſtendit multa inter amantes fieri: quæ honeſte referri non poſſunt. ¶ Hæc voluptas ſomnii: & breuis eſt: quia cito abit: & nō vera quia deludit me: ſomnia enim imitantur voluptates: ſed parum durāt: Biblis apud Oui. lib. viii. Metamor. Gaudia quanta tuli. q̄ me manifeſta libido Contingit: vt iacui totis reſoluta medullis. Vt meminiſſe iuuat: quamuis breuis illa voluptas. Noxq; fuit pceps: & ceptis inuida noſtris. ¶ O: ideſt vtinā. ¶ Coeamus: cōiungamur. ¶ Firmius: q̄ per ſomnium. ¶ Vera fide: vero effectu. ſ. vt poſſint credi vera. ¶ Frigida: ſola vt Penelope. Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto. ¶ Lente: tarde. ¶ Abes: es abſens & remotus. ¶ Eſt mare: ponit reſponſionem quam poſſet facere Leander: & quam iam fecit. ¶ Tractabile: aſperum: inacceſſibile. ¶ Heſterna: heri na. ¶ Lenior: mitior: q̄ nunc. ¶ Ea: aura leuis. ¶ Cur eſt præterita: cur omiſſa: quare non ea vſus es. ſ. nox: in qua fuit aura lenior. ¶ Ventura tempora: quia poſſet dicere expectabam etiam meliora tempora: dicit quod timere debuiſſet: ne peiora venirent. ¶ Via: commoditas viæ. ¶ Cur periit: cur omiſſa eſt. ¶ Vt: quamuis. ¶ Copia: facultas. ¶ Similis curſus: ſimilis natationis. ¶ Detur: contingat tibi illa commoditas præterita. ¶ Fuit hoc: ideſt tāto vel eo melior. ¶ Quo fuit prior: ideſt quo antecedebat: nam celeritatis voluptatum magna eſt gratia. ¶ At cito: alia obiectio: parum, inquit, durauit illa lenitas auræ & maris: quæ fuit nocte præterita: & cito mutata eſt. ¶ Tempore: reſponſio Heroos ad hanc obiectionem: dicit cum tu vis cito venire ſæpe venis breuiori tempore: q̄ fuit illud: ita q potuiſſes venire per id ſpatium: quo durauit illa tranquillitas. ¶ Deprehenſus: tempeſtate detentus ne poſſes redire: q deprehendi proprie dicuntur nautæ tempeſtate impediti. Virgil. in. v. Aeneid. Hunc ego getulis agerem ſi ſyrtibus exul. Argolico ve mari deprehenſus: & vrbe Micenæ. ¶ Noceret: diſplicet eſſe ingrata tibi. ¶ Tum: cum eſſes hic mecum. ¶ Sonantes: ſtridentes murmurantes. ¶ Aquas maris nunquā eſſe placidas: nunquam eſſe tranquillas: vt nunquam poſſes a me diſcedere. ¶ Quid tamen: ſuſpicatur Hero: ne Leander metuerit natare: quia aut minus eam amet: aut alius amori fortaſſe indulgeat. ¶ Vndæ: maris. ¶ Contemptum a te non formidatum: Iuue. contempſit pelaſgus. ¶ Prius: ante. cum ad me ſæpius nataſti. ¶ Nam memini: dicit eū nataſſe alias ad ſe cum mare non erat multo minus turbatum q̄ nunc. ordo eſt. ¶ Nam memini cum te veniente: ideſt natante ad me æquor erat non minus ſæuum & minax: ſcilicet q̄ nunc. ¶ Aut non multo: correctio eſt exornatio, rhetorica: ideſt ſi erat minus ſæuū non erat multo minus. ¶ Sic temerarius: ſic audax.

HVBER

Somniorum vanitas

Dephendere qd ſit

Correctio qd ſit

¶ Coeamus: ideſt conueniamus, congrediamur. nam de coitu venereo inhoneſtum eſſe & indecorem puellæ loqui. viduas noctes: ideſt quæ me faciunt viduam: ideſt ſine amico ſeu dilecto meo. Eſt mare, cōfiteor. Quia id in omni fere amore vitium eſt. vt ſuſpitiones & zelotypiæ ſeſe intermiſceant. Facit poeta etiam hanc zelotypiam quaſi vero nouo amore captus innaoretur. Cur ea præterita. ſ. aura lenior. Cur non ventura timebas: ideſt ea, quæ euenire poterant. Protinus vt ſimilis detur tibi copia curſus. i. ponamus caſum, vt copia ſimilis curſus detur tibi protinus certe illa. ſ. via & aura oblata hic: ideſt hac re, aut tanto fuit melior quo prior. duplex argumētatio, prior ex eo, q data occaſione ſuſcipere debemus, neſcii an ſimilis vnquam dabitur. Vnde eſt illud. Fronte capillata poſt hęc occaſio calua eſt. Et illud Lucani. Tolle moras, nocuit ſemper differre paratis, Altera, quia tametſi ſimilis occaſio redeat, tamen prior eo, q prior melior eſt. Nam ſicut in malis ſi euitari nequeunt non nihil boni eſt, ſi differri poſſunt, ita in bonis non nihil mali eſt, tametſi certo futura ſunt, ſi differant. Nil quod quereris, ita legendum eſt a quereres quereris, &c. Vt ſis metuentior vndæ: genitiuus eſt rectus virtute poſitiui. Nam ſicut dicimus ſum metuens vndæ, ita dicimus ſum metuentior vndæ, & metuentiſſimus vndæ. Non minus, aut multo. Ordo eſt. Aequor erat non minus ſæuum, & minax, aut non multo minus ſæuum & minax.

ASCEN.

ANTO. Trāſlatio pulcherri/ma — ¶VIRtus: natandi audacia. Vnde ad alienum amorem reſpicit timens: quia mei oblitus aliam amas. ¶Ille ma. natator admiratio hæc ſuſpitionem alienati amoris auget. ¶Hoc timidus: q̄ quod. ¶Priuſquā: temerarius audax adhortatio eſt ad ſalutem. ¶Et facis iter: non natas niſi tranquillo mari. ¶Siquidem: in amore perſtes. ¶Flamma: amor priſtinus. ¶Frigidus cinis: tranſlatio a langueſcente igne: qui in cinerem euaneſcit. ¶Non ego tam ventos: quicquid in occulta ſuſpitione erat aperit. ¶Mea vota: quibus te natare opto. ¶Erret: a me deſiſtat. ¶Ne ſim tanti: apud te minoris ſim q̄ pericula. ¶Cauſam: quæ te ad natandum impellit. ¶Merces: materia vilior videatur q̄ tua pericula. ¶Patria: quoniam aliana ſim & barbara. ¶Impar: indigna tuo coniugio. ¶Omnia: oēs quæ te remorantur cauſæ. ¶Neſcio qua pellice: id mihi deteſtabile videtur ſi alieno amore detētus negligis. ¶Iſto crimine: vt me deſerta aliā ames. ¶Fata: mors mea præcedat crudele hoc facinus. ¶Venturi do. fatetur conſecturam nullis ſignis probari poſſe: adeo vt rumore etiam careat. Sed tantum arguit a conſuetudine amantium: qui timent omnia: quā a loco firmat. ¶Securus: ſine timore amat nemo. Amoris eſfectus ¶Locus: diſtantia noſtra auget timorem. ¶Fœlices: alia acclamatione pathos excitatur. ¶Præſentia: idem locus. ¶Iuuat: monet. ¶Vana: falſa. ¶Iniuria: alieni amoris ſuſpitio. ¶Incitat & morſus: me mordet & vexat. ¶Error vterq;: meus ob vanam ſuſpitionem aut tuus propter mutuum amorē. ¶Hic: in hac cauſa. ¶Si quā ſciero: ſi aliam amaueris. ¶Si mea fata petis: ſi me mori coegeris. ¶Sed neq; peccabis: cum anceps fluctuet: diluit iam ſuſpitiones referens cauſam deſidiæ in tempeſtatem. ¶Iſtis: his ſuſpitionibus. ¶Pugnat hyems: obſtat tempeſtas.

Ne miſeræ virtus ſit tua flenda mihi.
Vnde nouus timor hic? quoq; illa audacia fugit?
Magnus vbi eſt ſpretis ille natator aquis?
Sis tamen hoc potius, q̄ quod prius eſſe ſolebas,
Et facias placidum per mare tutus iter.
Dummodo ſis idē, dum ſic, vt ſcribis, amemur,
Flammaq; non fiat frigidus illa cinis.
Non ego tā ventos timeo mea vota morantes.
Quam ſimilis vento ne tuus erret amor.
Et ne ſim tanti, ſuperentq; pericula cauſam,
Et videar merces eſſe labore minor.
Interdum metuo, patria ne lædar, & impar,
Dicat abydeno ſeſta puella toro.
Ferre tamen poſſum patientius omnia, quam ſi
Otia neſcio qua pellice captus agas.
In tua ſi veniant alieni colla lacerti,
Sitq; nouus noſtri finis amoris amor.
Ah potius peream, q̄ crimine vulneret iſto,
Fataq; ſint culpa noſtra priora tua.
Nec, quia venturi dederis mihi ſigna doloris,
Hæc loquor, aut fama ſollicitata noua.
Omnia ſed vereor, quis enim ſecurus amauit?
Cogit & abſentes multa timere locus.
Fœlices illas, ſua quas præſentia noſſe,
Crimina vera iuuat, falſa timere vetat.
Nos tam vana mouet, q̄ facta iniuria fallit,
Incitat & morſus error vterq; pares.
O vtinam venias, aut hic ventus ve pater ve
Cauſaq; ſit certæ fœmina nulla moræ.
Q̄d ſi quā ſciero, moriar, mihi crede, dolendo.
Iamdudum peccas, ſi mea fata petis
Sed neq; peccabis, fruſtraq; ego terreor iſtis:
Quoq; minus venias, inuida pugnat hyems.

HVBER. ¶TVA virtus: tua animoſitas. ¶Vnde: ex qua cauſa. ¶Nouus: inſolitus. Quoq; quot dictiones habeat ¶Quoq;: duæ dictiones ſunt: ideſt & quo fugit illa audacia quam antea habebas. ¶Ille natator: ille Leander. qui non timebat maris pericula. ¶Sis tamen hoc: ſcilicet timidus. ¶Quam quod ſol. eſſe: ſcilicet audax. ¶Placidum: tranquillum. Trāſlatio ¶Dummodo ſis idem: dummodo perſeueres in amore noſtro: & ſis idem amator meus qui ſolebas eſſe. ¶Illa flamma: ille ignis tui amoris. ¶Non fiat fri. ci. non extinguatur: & eſt tranſlatio ab igni: qui extinctus fit cinis. ¶Morantes: tardantes. ¶Mea vota: meum deſiderium aduentus tui. ¶Similis vento: inconſtans. ¶Erret: vagetur: & a me ad aliam tranſeat. ¶Ne nunc ſim tanti, ſic legendum eſt: ideſt timeo: ne nunc me tanti non eſtimes: vt putes: per tanta pericula ſuperem cauſam: ideſt pluris facies pericula q̄ me: quæ ſum cauſa periculorum: & ne videar eſſe merces minor labore: ideſt premium minus q̄ ſit labor tuus: ideſt vt non videas tibi ſatis digna: quam tanto labore natandi petas. ¶Ne lædar patria: ideſt ne noceat mihi imparitas patriæ. ¶Ne ego ſeſta: ideſt ex ſeſto. ¶Dicat impar: inæqualis. ¶Viro Abydeno: ideſt tibi qui es ex Abydeno: quæ eſt clarior mea ſeſta. ¶Omnia: quæ te merentur. ¶Patientius: melius q̄ ſi tu captus. ¶Neſcio qua: ideſt aliqua. ¶Pellice: cōcubina. ¶Agas ocia: ideſt moreris & ceſſes. ¶In tua: ſubaudi quam. ¶Si alieni lacerti: ideſt alius mulieris. Amor qd ſit ¶Veniant in tua colla: te amplectantur. ¶Nouus amor: alius puellæ. ſit finis noſtri: ideſt expellat noſtrum: ideſt ne incipiēs aliam amare me omittas. ¶Vulneret: lædat: & accipiam dolorem. tranſlatio eſt: nam vulnus pro dolore ponitur. Virgi. Seruans ſub pectore vulnus. ¶Iſto crimine: iſta tua culpa. ¶Fata noſtra: ideſt noſtra mors. ¶Sint priora tua culpa: ideſt antecedat culpam tuam: ideſt vtinam moriar: prius q̄ hoc facias. ¶Nec quia: dicit ſe non hæc dicere: non quia aliquid de eo intellexerit: ſed propter amorem. ¶Aut ſollicitata: ideſt incitata. ¶Noua fama: nouo nuncio: quod ames aliam. ¶Securus: ſine cura & timore: nam res eſt ſolliciti plena timoris amor. ¶Locus: remotus. ¶Fœlices: dicit fœlices illas eſſe quæ ſunt in eodem loco: vbi ſunt amatores ſui. ¶Sua præſentia iuuat: adiuuat. ¶Noſſe vera crimina: ideſt cognoſcere veram culpam ſuorum amatorum. ¶Et vetat: ſcilicet ſua præſentia. ¶Timere falſa: quia quæ ſunt præſentes non timent falſa crimina ſuorum amatorum: vident enim quotidie quid agant. ¶Nos: dicit ſe ita timere quod fortaſſe non facit. ¶Iniuria falſa: non vera. ¶Tam mouet: tam ſollicitat me & turbat. ¶Quam facta fallit: q̄ ea quam feciſti ignoratur a nobis. ¶Vterq; error: ignorantiæ: aut falſæ: aut veræ iniuriæ. ¶Pares: morſus: pares curas: & cruciatus animo meo. ¶Hic ventus: qui hunc mouet mare. ¶Aut pater: tuus. ¶Sit cauſa: quare non venias. ¶Quod rem q̄: ſcilicet aliquam mulierem eſſe cauſam tuæ moræ. ¶Moriar dolendo: moriar dolore. ¶Iamdudum: valde. Terentius: Iamdudum illa te amat. vel Iamdudum Iamdiu ex quo deſinis ad me natare. ¶Petis: quæris. ¶Mea fata: meam mortem. ¶Sed neq; peccabis: dicit ſperare eum permanſurum in amore: tardare q; propter tempeſtatem maris.

ASCEN. ¶QVOq; illa audacia fugit. Quoq; duæ ſunt partes, & ita quo producitur ſignificant. & quo fugit autem præteriti eſt temporis, & ideo prior quoq; producitur. Ille natator, quaſi diceret notiſſimus & laudatiſſimus, aut audaciſſimus. flammaq;: ideſt & illa flagrantiſſima amoris, flāma, non fiat cinis frigidus: ideſt non reſoluatur in frigidum cinerem, hoc eſt in torporem, aut obliuionem. Et ne ſim tanti. Ordo eſt. Et ego non timeo tam ventos, q̄ ne ſim tanti: ideſt quantum timeo, q̄ non reputabor tanti, & q; pericula ſuperent cauſam: ideſt minora videantur, q̄ cauſam, hoc eſt, q; ego, pro qua ea debeas ſubire. ¶Fata: ideſt quæ & fata noſtra: ideſt dies mortis meæ ſint priora tua culpa: ideſt præcedant culpam tuam, quod optando dicit. Nec quia venturi. Amanter purgat, quæ obiecerat ne malam opinionem de Leandro ſuo concepiſſe credatur. Quis enim ſecurus amauit, quaſi diceret nemo, quia Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Quoq; minus & quo minus, hoc eſt. Et vt non venias hyems: ideſt tempeſtas inuida: ſcilicet amantibus pugnat: ideſt contendit.

¶Me miſeram

ANTO.

¶ME miseram:per conquestionem firmat propositum.¶Planguntur: feriuntur apud Sappho mea pectora planxi. ¶Latet,dies:obscurus est Sol:qui diei est causa. ¶Mater pia: nephelem intelligit Helle matrem quæ maris est nympha. ¶Nata mersaq3: submersa Helle. ¶Fleatur: nec deerunt philosophi qui dicunt pluuias esse deorum lachrymas. ¶Mersa nouerca: Ino athamantis vxor Helles nouerca:cum se in mare præcipitasset in maris numina transiit: a græcis Leucothoe nuncupata:latini Matutam appellant:quoniā matutino tēpori præsit.¶Priuignæ:Helle quā odiit:dicitur priuignus & priuigna. ¶Non fauet:sed aduersus est.¶ Hac ego lædar:præsagio vtitur:nam cum cadauer Leandri ad littus sextium delectum cōspicaretur:seipsam in mari præcipitauit.¶Flammarum memori Neptune tuarum:apostrophe ad Neptunum:qua incusat q amātes fauore nō prosequaē cum ipse amauerit.¶ Tuaq3: subeāt tui amores. ¶Nullus erat ventis: si memoria colligeres:amantes nō impedires. Amymone hæc filia fuit Danai: quā gestantem vrnam: vt scribit Strabo ad fontem Amymonem: qui est iuxta paludē lernam compressit:& ex ea nauplū genuit.¶Laudatissima forma: Tyro vt Home.scribit Salmonei filia fuit: enympeum fluuiū amauit: in cuius ripis Neptunus in Enypeum versus cōpressit: Neleūq3 & Pelliā ex illa filios vno partu suscepit. ¶Lucidaq3 alcyone: alcyone vna est ex Pleiadibus ex Atlāte nata:q ex Neptuno Ireū pepit:vt scri. Hygi.Ceyee. ¶Et euemone nata Iphimediā signat Ceyee: & Alimonis filiā q Aloeo nupsit:vt in ocissea scri. Hom.iactauitq3 se cū Neptuno miscuisse:& ex eo plē inclytā Otum & Ephialtē suscepisse. ¶Medusam: Medusam Phorci filiā Neptunus in tēplo. Mineruæ stuprauit:idignata dea crines in serpētes mutauit. ¶Flauaq3 Laodice:duas Laodiees fuisse cōperio:Agamēnonis filiā: altera Priami:quā Neptunus amauit: Cycnūq3 filiū sustulit: postea Lycaoni thraciæ regi nupsit.¶Celæno:hęc est Atlātis filia Alcyones soror: vna ex pleiadibus:ex qua Neptunū genuisse Hygi.scri. Licō & Nictea.¶Recepta Cælo:qm in Cęlo ob stupri mercedē relata est.

Me miseram quanto planguntur littora fluctu,
Et latet obscura condita nube dies.
Forsitan ad pontum mater pia venerit Helles:
Mersaq3 roratis nata fleatur aquis.
Aut mare ab inuiso priuignę nomine dictum
Vexat in æquoream versa nouerca deam.
Non fauet,vt nunc est,teneris locus iste puellis,
Hac Helle periit:hac ego lædor aqua.
At tibi flammarum memori Neptune tuarum,
Nullus erat ventis impediendus amor.
Si neq3 amymone,nec laudatissima forma:
Criminis est Tyro fabula vana tui.
Lucidaq3 Alcyone,Ceyceq3,& Alimone nata:
Et nondum nexis angue Medusa comis.
Flauaq3 Laodice,cæloq3 recepta Celeno,
Et quarum memini nomina lecta mihi.

Pluuia fm nōnullorū philosoph opinionē qd sit
Amymōes historia
Tyro quę fuerit & ipsi9 fabula
Alcyonis fabula
Iphimedię fabula
Medusæ fabula
Laodices q & quo fuere
Celęnus historia

HVBER

¶ME miserā:narrat q turbida sit tēpestas.¶Plangunē:percutiunē.¶Dies:lux.¶Latet cōdita nubi. Virg. Eripiunt subito nubes Cælumq3 diemq3 Teucrorū ex oculis. ¶Forsitan: dicit hanc tēpestatē forsitan moram esse a Nephele matre Helles: quæ venerit ad mare:& fleat filiā suā.¶Mater:Helles:Nephele:vt dictum est in Epistola Hypsiphyles ad Iasonem.¶Nata Helle.¶Fleaē:pro fletur.¶Aquis roratis.i.effusis:allusit aūt ad fabulā:quia Nephle dr eē mutata in nubem:quæ effudit pluuias. Aut alia causa:quod Ino cōuersa in Deā maris noie Leucothoen:vt supra dictum est: fortasse turbauit mare: quod odit:quia noiatur a nomine priuignæ Helles.¶Priuignæ:filiæ mariti sui:ex priore vxore.¶Nouerca:Ino. ¶Iste locus:hic Hellespontus.¶Vt nunc est.i.ita tumidus:vt nunc est.¶Non fauet puellis: nō est puellis bonus. Hac Helle periit: probat quod non faueat puellis:quia prius nocuit Helle:nūc autem nocet sibi. ¶At tibi: conuertit sermonē ad Neptunum dicēs: q ipse memor amorū suorū:nō deberet nunc aduersari amantibus:& ventis impedire iter Leandro. ¶Flammarū: amorum. ¶Si neq3:cōmouerat multas puellas amatas a Neptuno.¶Si:pro siquidem.¶Neq3 Amymone:est vana fabula:idest falsa fama.¶Tui criminis:tui amoris & concubitus Amymone vna fuit ex filiabus Danai fratris Aegypti: quam cum pater eius aquatum misisset:& Satyrus visam insequeretur, & illa auxilium Neptuni implorauit: qui fugato Satyro eam cōpressit: ex qua genuit Nauplium patrem Palamedis.¶Nec Tyro:formosissima fuit puella filia Salmonei:qui in Elyde imperauit: & quē Virg.in.vi. Aenei.a Ioue fulminatum:dicitq3 Enipeum fluuiū:qui Alpheum ingrediē vehementer amauit:vt poeta ait. Illa nimis flagrans dilexit Enipea diuum: hæc postea a Neptuno mutato in formam ipsius Enipei compressa est: ex qua genuit Neleum patrem Nestoris: & Peleiam: qui regnauit in Thessalia: vnde Propter. Non sic hæmonio Salmonida mixtus Enipeo Tenarius facili pressit amore deus:hęc postea nupsit Ericteo filio Aeoli:ex quo filios procreauit. ¶Alcyone,hæc non fuit filia Aeoli:de qua in pcedenti Epistola dictum est: sed vt alibi diximus vna ex Pleiadibus filia Atlantis: ex qua Neptunus genuit Lycaona. & Hyricum patrem Orionis:licet de procreatione Orionis Seruius aliter dicat. ¶Lucida:quia in stellam cōuersa est.¶Ceyce & Antone nata:quę puellæ hæ fuerint:fateor me nondū potuisse percipere: nam textus apud alios habet Ceyne apud alios Ceyee: & Antonoe:apud alios Auenone:apud alios Euemone:ita vt difficile sit iudicare verū.Euemonē qdē scribit Strabo filiū fuisse Ormeni fratrē Amyntoris:& ex Euemone natum Euripilū: sed eius filiam vitiatā a Neptuno nō memini legere:neq3 Ouid.mentionem facit lib.vi.Meta. vbi multas amicas Neptuni cōmemorat: videē tū fuisse eius filia quam nunc a Neptuno amatā dicit.Ceyne vero nō viri sed puellæ nomen est. ¶Et nōdum nexis:& Medusa comis nōdum nexis.i.nundum implicitis.¶Angue:pro anguibus:& Medusa non fuit vana fabula tui criminis:cū nundū haberet comas serpentinas:hæc autem filia fuit Phorci ex Cetho nympha:quæ cū Euryalē: & Stēnio sorores pulchritudine superaret.Neptuno & formæ & pręcipue capillorū spē placuit: dum sola in littore spatiaretur: quam fugientē insecutus:tādē in tēplo Palladis deprehendit:& cōpressit. Pallas indignata capillos eius:quorū pulchritudine Neptuno placuerat:in serpētes cōuertit.reliqua:quæ de Medusa dnr vide apud Ouid.lib.vi.Meta. ¶Laodice: duæ fuerūt hoc nomine dictæ:vna filia Agamēnonis & Clitēnestræ:altera filia Priami:de qua nunc puto poetam intelligere: qd a Neptuno amata sit.¶Cæloq3 recepta celæno:Celæno hoc noīe appellata est vna ex Arpis: sed hoc de qua nunc poeta loquitur:vna etiā fuit ex Pleiadibus:ex qua Neptunus:vt in pcedenti Epistola diximus: genuit Nicteū patrem Nictemenes:quæ cū patre cōmixta est.¶Recepta cælo:quia diximus has sorores in cælum translatas sidus effecisse:quod nauigationis initium ortu suo ostendere solent: has latini appellant virgilias. ¶Et quarum subaudi: & aliæ quarum nomina memini esse lecta mihi: nam alias amauit Neptunus: & compressit: vt Libyam filiam Epaphi: ex qua genuit Busyrim:& Peribeā nympham Eurimeduntis filiam: ex qua genuit Nausitheum patrem Alcinoi regis Phæacum: amauit etiam Thosam Phorci filiam:ex qua Polyphemum genuisse dicitur:& alias plurimas:& ideo dicit. Poetæ canunt:narrant.

Nepheles fabula
Amymōe
Tyro
Alcyone
Euemon q fuerit
Medusa
Laodicæ duæ
Celæno
Neptuni amasiæ q fuerint

ASCEN.

¶PLANguntur:idest feriuntur.seu percutiuntur. Forsitan ad puntum. Sciscitatur causas turbationum quæ flebant in Hellesponto, quas duplices innuit,aut quia mater Helles,scilicet Nephele concubina Athamantis & nympha filiam plorans lachrymas suas in pluuiam cōuertit,aut quia nouerca.s.Helles, hoc est Ino coniux Athamantis versa in deam æquoream.s.Matutam,aut Leucothoen,vexat mare dictum a nomine priuignæ, & ita inuiso: idest Hellespontum dictum ab Helle in eo submersa.At tibi flammarum,pulchre incusat Neptunum, q quæ tot amoribus olim arserit in amantes modo sæuiat.Amicæ autem Neptuni satis explicantur superiori commentario.

Has certe, pluresq; canunt Neptune poetæ,
Molle latus lateri conseruisse tuo.
Cur igitur toties vires expertus amoris
Assuetum nobis turbine claudis iter?
Parce ferox, latoq; mari tua prælia misce.
Seducit terras hæc breuis vnda duas.
Te decet, aut magnas, magnum iactare carinas,
Aut etiam totis classibus esse trucem.
Turpe deo pelagi iuuenem terrere natantem,
Gloriaq; est stagno quolibet ista minor.
Nobilis ille quidem est, & clarus origine, sed non
A tibi suspecto duxit Vlyxe genus.
Da veniam, seruaq; duos: natat ille: sed iisdem,
Corpus Leandri, spes mea pendet aquis.
Interea lumen (posito nam scribimus illo)
Perstrepit, & nobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos distillat in ignes,
Cras erimus plures, inquit, & ipsa bibit.
Effice nos plures euicta per æquora lapsus,
O penitus toto corde recepte mihi.
In tua castra redi, socii desertor amoris,
Ponuntur viduo cur mea membra toro.
Quod timeas nõ est: auso Venus ipsa fauebit:
Sternet & æquoreas æquore nata vias.
Ire libet medias ipsi mihi sæpe per vndas,
Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.
Nam cur hoc vectis Phryxo, Phryxiq; sorore,
Sola dedit vastis fœmina nomen aquis?
Forsitan ad reditum metuis, ne robora desint,
Aut nequeas gemini ferre laboris onus.
At nos diuersi medium coeamus in æquor,
Obuiaq; in summis oscula demus aquis.
Atq; ita quisq; suas iterum redeamus in vrbes.
Exiguum, sed plus q̃ nihil, illud erit.
Vel pudor hic vtinam, qui nos tã cogit amori:
Vel timidus famæ cedere vellet amor.
Nunc male res iunctę: calor, & reuerẽtia pugnãt:
Quid sequat in dubio est, hęc decet, ille iuuat.

ANTO. ¶ PLVres: vt Helopẽ: Cererem: Thosan: Amphitricem: Melanto: Lybiã: Peribeã. ¶ Turbide: nõ Turbine legas: tu, inqt, turbatus amantes vexare non deberes. ¶ Lato mari: vbi mare spatiosum non in angustiis hellespontiacis. ¶ Misce: confunde tuer turba. ¶ Terras duas: Asiam & Europam. ¶ Totis classibus: nauigiorum multitudini. ¶ Esse trucem: sæuire iram exercere. ¶ Deo pelagi Neptuno: qui imperium habet maris. ¶ Terrere: mergere. ¶ Vlyxe suspecto: inuisus Neptuno Vlyxes fuit: vt apud Home. in pri. Odisseæ Mineruæ Iupiter exponit: quod Polyphemi oculũ terebrauit: Neptuni ex Thosa Forcinis filii: non est, inquit, Neptune ex Vlyxis genere: vt tibi sit Leander inuisus. ¶ Interea: ex quærimonia ad demõstrationem redit. Dum, inquit, hæc quærimur. ¶ Perstrepit crepitat: quod futuri successus dat præsagia: & magicorum obseruatio ne aduentum portendit. ¶ Prospera signa: qm̃ tuum aduentum portẽdi iudicabamus. ¶ In faustos ignes: boni bona ominis gr̃a i ignẽ vina infundere cõsueuerũt. ¶ Erimus plures: numerũ augebit Leander in tua castra: trãslatio a militibus, qui ordinẽ deseruerũt: redi, inqt, ad ↄsuetũ amorẽ. ¶ Socii: Paris. ¶ Medio toro: id accidit si soli dormiamus. ¶ Auso: tuæ audaciæ Tibul. dicit: Audẽdũ est: fortes adiuuat ipsa Venus. ¶ Sternet: leues faciet. ¶ Tutius: qm̃ puellis infensum est. ¶ Vectis Phryxo: exẽplo mõstrat sæuire in puellas hellespontũ cõsueuisse. ¶ Fœmina: Helle. ¶ Forsitan ad reditũ: soluit qd Leãder faciliorẽ sibi fore accessum q̃ reditum dixit. ¶ Robora: natãdi vires. ¶ Gemini laboris: accessus, & reditus. ¶ Diuersi: e diuersa patria. ¶ Illud: tulisse oscula. ¶ Cogit amare: amoris molestias sentire: qm̃ sperat ne qui viuat vtrunq; detegat. ¶ Timidus: honoris obseruator. ¶ Cedere famæ: honorẽ contẽnere. ¶ Res: pudor & amor nõ veniũt in idẽ: vt est apud Sappho, & in Meta. Non bene iungunt: nec in vna sede morant Maiestas & amor. ¶ Quid sequar: quid est futurum an cadat pudor vel amor. ¶ Hoc: pudor & reuerẽtia est intra decorum. ¶ Ille iuuat: amor in delectatione est.

Neptuni odium in Vlyxem
Præsagia
Antiquorum ritus

HVBER ¶ HAs: supra nominatas. ¶ Et plures: alias conseruisse latus lateri tuo: idest tecũ cõmixtas esse: & cõcubuisse. ¶ Turbine: impetu ventorum. Virgi. Turbine corripuit scopuloq; infixit acuto. ¶ Misce tua prælia mari latoq;: idest ostende vires tuas in mari lato & amplo: & nõ in hoc angusto & stricto mari. ¶ Seducit: separat. ¶ Duas terras: Asiam & Europã: vt diximus in argumẽto Epistolæ. ¶ Totis classibus: multis nauibus congregatis. ¶ Deo pelagi: tibi magno & potenti. ¶ Iuuenem: nã Leãdrum non naui: sed brachiis per mari euntem. ¶ Ista gloria: quam quæris in hoc breui mari turbando. ¶ Est minor quolibet stagno: idest est minor q̃ gloria: q̃ in quolibet stagno & parua aqua posses habere. ¶ Ille: Leãder. ¶ Nobilis & clarus origine: idest nobili genere ortus. ¶ Sed nõ traxit genus ab Vlyxe suspecto tibi: idest inimico ꝓpterea quod scelere Vlyxis periit Palamedes nepos Neptuni: aut vt alii volũt: ꝓpter pergama Neptunia arte & dolis Vlyxis euersa. ¶ Duos: Leãdrũ & me. ¶ Natat: mari se credit. ¶ Sed corpus Leandri & spes mea: pendet ex iisdem aquis: idest sunt in eodem periculo: legendum autẽ est corpus Leãdri & spes mea: vt illa copula addat. ¶ Strepuit & lumen. i. lucerna fecit crepitum: & stridorem. ¶ Posito nam scribimus illo: parenthesis. i. scribimus ad lumen lucernæ. ¶ Ecce: dicit nutricem quasi libaminis & auspicii causa iniicere vinũ in ignẽ. ¶ Faustos: bene auspicatos: fœlices, a fauendo dicit Faustus. ¶ Instillat: infundit. ¶ Plures: q̃a accedet Leander. ¶ Lapsus: tu celeriter ꝓgressus. ¶ Per æquora euicta: tuis lacertis superata. ¶ Effice nos plures: fac vt tu accedas numero nostrum. ¶ Recepte meo corde. i. valde infixe aĩo meo ¶ Desertor: derelictor: defector: trãslatio a militib⁹: qui a ducibus suis & sociis deficiunt, qui desertores dicuntur. ¶ Medio toro: quod solet facere aliquis cum est solus. nam qui cũ alio dormit non in medio: sed in parte lecti iacere solet. ¶ Nõ est quod timeas. i. nõ est timendum. ¶ Venus ipsa: Dea amoris. ¶ Auso: vel tibi auso natare. vel auso. i. audaciæ tuæ: vt Tibul. Audaces adiuuat ipsa Venus. ¶ Nata æquore. s. Venus. ¶ Sternet: componet: placabit. Virg. Et nunc omne tibi stratum silet æquor. ¶ Ire libet: dicit quod sæpe habet voluntatẽ & appetitum natandi ad Leandrum: nisi sciret hoc mare nimis periculosum puellis: quod patuit ex Helle submersa. ¶ Maribus masculis. ¶ Nam cur: probat exemplo quod sit tutius masculis qui fœminis. ¶ Cur: enim, inquit, cum Phryxus & Helle per hoc mare veherentur: sola Helle cecidit & Phryxus euasit incolumis: ordo. ¶ Sola fœmina: cur dedit nomen. ¶ Vastis aquis. i. mari. ¶ Phryxo & Helle vectis hoc. i. cũ veherent, vt: Et qua vectus Abas. i. vehebat. nã latini participiũ ꝑteriti imperfecti temporis a passiuo nõ habent: sed vtuntur participio ꝑteriti ꝑfecti. ¶ Forsitan: obiectionẽ facit: pro Leandro. ¶ Robora: vires. ¶ Ad reditum: ad reuertendum in Abydon. ¶ Gemini laboris eundi: & redeundi. ¶ At nos: responsio: quasi dicat si hoc times natemus ambo & in medio mari. ¶ Coeamus: conueniamus. ¶ In summis aquis: in summitate aquarum. ¶ Ita: postquam coierimus & osculati erimus. Quisq; ad suas vrbes: tu Abydon: & ego Seston. ¶ Illud osculari tantum in mediis aquis. ¶ Est exiguũ: est paruũ. ¶ Sed erit plus q̃ nihil. i. erit aliqd. ¶ Vel pudor hic vtinam: sensus est: Vtinam vel pudor qui cogit nos amare sic ita vehementer: & occulte vellet cedere amori. ¶ Vel amor timidas vellet cedere famæ: idest nõ timeret famam: neq; quod dicet de nobis. ¶ Calor: amor. ¶ Et reuerentia. i. verecundia. ¶ Res male iunctæ: quia sunt contrariæ. ¶ Pugnant: sunt inter se aduersæ. ¶ In dubio est quid sequar: dubito quid agam an obsequar pudori: an amori. ¶ Hæc: reuerentia. ¶ Decet: honesta est: & affert laudem. ¶ Ille: scilicet calor & amor. ¶ Iuuat: delectat.

Odium in Vlyxem
Faust⁹ vñ dictus sit
Phryxi fa.
Quo participio latini careant

ASCEN. ¶ ASSVEtum nobis turbide. i. o tu turbide: sed plures codices hñt turbine. i. perturbatione claudis iter. Interea lumen &c. Perstrepit

&c. Perstrepit & nobis. alii Stertuit & vobis legunt, dependet autem ex pyromantia, sed solet hoc manibus Ingeniosa, & apta inuentio exemplis corroborata. Gemini laboris: scilicet eundi, & redeundi.

ANTO.

¶ VT semel intrauit: vt malit reuerentia deponere exemplo inuitat. ¶ Tulit phasida celeri puppe: Argo intelligit: quam a c. leritate nuncupatã scri. Higy. Medeã rapuit vt diximus. ¶ Graue fit pup. vitãt nauigare ob tẽpestatem. ¶ Sic sic: repetitione pathos mouet: ea, inqt, moderatione ne minus timeas vndas q̃ cõtẽnas. ¶ Merguntur: naues. timorẽ exemplo auget. ¶ Metuunt: naufragium passi natant. ¶ Exitus hic: vt natent post naufragiũ. ¶ Quod hortor. i. vt nõ nisi tranquillo freto se cõmitat Leãder. ¶ Quid pauidum: id erat submersi Leãdri p̃sagiũ. ¶ Imagine: hesternæ noctis deterret a somnis Leandrum: ne nataret. ¶ Placata: piata. ¶ Meis sa. mactatis nigris hostiis: quæ in honorem Proserpinæ & Orci mactabantur ad expianda somnia. ¶ Dormitante: extincta. ¶ Vera som. Lucretius ex curis qbus fuimus intenti fieri somnia existimauit. Hippocrates: quæ extrema nocte contingunt aliqd hñt p̃sagii vt asserere: quod in Bruto notauit Actius: apud quẽ Tarquinius supbus se regno pelli somniauit. ¶ Remissis: lassatis sopore. ¶ Puluino: dicimus ẽt puluinar: est enim stragulum quod capiti subiicimus. ¶ Nãt est delphinaa delphino recte sumpsit auspiciũ: qm̃ hoi amicus est. Pli. quoq; tẽpestatẽ p̃sagire scribit: si tranqllo mari lasciuiãt: si aquã spargunt: aut ꝯturbãt trãqllitatẽ. ¶ Illisit: cũ offensa in littus detulit. ¶ Id: quod somnia protẽdũt. ¶ Si tibi nõ parcis: si tuũ ꝯtẽnimus piculũ. ¶ Nunq̃ erit so. nõ viuet nisi te viuo. ¶ Vicinæ pacis: p̃ximæ tranqllitatis. ¶ In vndis fra. vẽtis agitatis. ¶ Vias placidas: nata cũ tranqllitas viã facilẽ tibi p̃bue/rit. ¶ Non sunt nati peruia: natare ob tẽpestatẽ nõ suadent. ¶ Leniat: leuet. ¶ Moras inuisas: tpis dispendiũ: qd odisti.

Argonauis vñ dicta est

Somnioꝝ tõ & p̃sagia q̃ inde sequuntur

Puluinar quid sit

Tempestatis futuræ præsagia

Vt semel intrauit Colchos pegaseus Iason:
Impositam celeri Phasida puppe tulit.
Vt semel Idæus Lacedæmona venit adulter,
Cum præda rediit protinus ille sua.
Tu quã sæpe petis, qd̃ amas, tã sæpe relinquis,
Et, quoties graue fit puppibus ire, natas.
Sic tamen o iuuenis tumidarũ victor aquarum,
Sic facito spernas, vt vereare, fretum.
Arte laboratę merguntur in æquore puppes,
Tu tua plus remis brachia posse puta.
Quod cupis, hoc nautæ metuũt Leãdre natare,
Exitus hic fractis puppibus esse solet.
Me miserã, cupio non persuadere, quod hortor,
Sisq; precor monitis fortior ipse meis.
Dummodo peruenias, excussaq; sępe per vndas
Inniicias humeris brachia lassa meis.
Sed mihi cæruleas quoties obuertor ad vndas:
Nescio quid pauidum frigore, pectus habet.
Nec minus hesternę confundor imagine noctis:
Quamuis est sacris illa piata meis.
Namq; sub Aurora iam dormitante lucerna,
Somnia quo cerni tempore vera solent.
Stamina de digitis cecidere, sopore remissis,
Colaq; puluino nostra ferenda dedi.
Hic ego ventosas nantem delphina per vndas
Cernere non dubia, sum mihi visa, fide.
Quam postquam bibulis iniecit fluctus harenis:
Vnda simul miserum, vitaq; deseruit.
Quicquid id est, timeo, nec tu mea somnia ride:
Nec nisi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ:
Quæ nunquam nisi te sospite, sospes erit.
Spes tamen est fractis vicinæ pacis in vndis,
Tu placidas tuto pectore finde vias.
Interea quoniam nanti freta peruia non sunt,
Leniat inuisas littera missa moras.

¶ VT semel: dicit quod optaret fieri de se a Leandro qd̃ factũ est a Iasone de Medea: q vt in Colchos delatus est: eã abduxit. ¶ Pegaseus: a pegasa oppido Thessalię: ide sin? pegaseus: vñ Iason in Colchos nauigaturus nauẽ soluisse dr. ¶ Phasida: Medeã a phaside colchoꝝ fluuio. ¶ Tulit: abstulit. ¶ Adulter Idęus: ponit aliud exẽplũ. Paris Troianus ab Ida monte Phrygię. ¶ Cũ sua p̃da: cũ Helena dictũ est i prima Epistola. ¶ Quã petis. i. me ad quã sæpe venis. ¶ Quod amas. i. quã amas. ¶ Quoties fit graue puppibus: quoties est periculosum nauibus. ¶ Ire: per mare. ¶ Sic tñ: licet cõquesta sit: quod eam nõ abducat: hortatur tamen eum: vt ita ingrediat mare: vt illud timeat. i. vt caute natet. ¶ Victor: superator natãdo. ¶ Sic sic: cõduplicatio. ¶ Vt vereare: vt timeas. ¶ Arte laboratæ: arguit a maiori: dicit enim qd̃ naues validissimæ & artificio factæ mergunt̃ ab ęquore ita turbato: q̃to ergo magis hoĩes. ¶ Posse plus remis. i. hr̃e maiorẽ vim superandi aquas: q̃ hñt remi. ¶ Quod cupis. s. natare. ¶ Hic exitus. s. natãdi per mare turbatũ. ¶ Solet esse puppibus fractis: idest solet esse: quãdo necessitas cogit nauibus fractis. ¶ Me miseram: ostenditur inconstantia amantis: iam enim incipit hortari: vt veniat. ¶ Non persuadere tibi quod hortor: idest cupio vt verbis meis non credas: aut pareas: quibus te hortor: ne tali mari nates. ¶ Fortior: animosior. ¶ Meis monitis: quæ dissuadent tibi natationem. ¶ Excussa commota. ¶ Sed mihi: dicit se terreri: quoties aspicit mare: ita turbatum. ¶ Obuersor: permaneo: conuersor. sed conuersor apud idoneos in vsu non repperi. ¶ Nescio quid pauidum: ordo est: pectus pauidum frigus habet nescio quid: idest timet. legitur etiam: Nescio qui pauidum pectora frigus habent: & idẽ est sensus. nam ex timore sequitur frigus. Virgi. Ex templo Aeneæ soluuntur frigore membra. ¶ Nec minus dicit: se etiam terreri somnio: quod hesterna nocte somniauit. ¶ Imagine: specie: apparentia. nam somnia inania sunt: sed habent imaginem rerum. ¶ Illa: nox. ¶ Piata: expiata: purgata. solebant enim somniantes aliqua tristia diis sacrificare: vt amouerent illa tristia. ¶ Namq; sub aurora: dicit nunc Hero quod fuerit somnium suum. Existimauit enim in somniis circa Auroram se vidꝫe delphinam natantem per mare: ab vndis ad littus expulsum & illisum: & statim mortuum: veret̃ igit̃ ne Leander sit ille delphin. ¶ Sub auro. i. circa auroram. ¶ Iam dormitante: iam deficiente lumine. nam lucerna quæ tota nocte fuit accensa adueniẽte aurora solet paulatim diminui: & deficere lumine. ¶ Somnia quo cerni: eo enim tempore somnia solere cerni vera existimant: quia videlicet stomachus nõ sit vino, ciboq; distentus: sed purgatus: tunc enim vera somniari putantur: vnde Persi. Somnia pituita qui purgatissima mittunt. & Dantes poeta: Ma sapressal matin del ver se sogna. ¶ Stamina: fila. ¶ Remissis: resolutis. ¶ Sopore: somno. ¶ Ferenda: sustinenda. ¶ Puluino: ceruicali. ¶ Hic: tunc. ¶ Ventosas: vento turbidas. ¶ Non dubia fide. i. manifeste. ¶ Illisit: violenter immisit: & infixit. ¶ Bibulis harenis. i. littori. ¶ Vnda simul miserum, vitaq; deseruit: remansit in sicco & mortuus est. ¶ Quicquid id est: idest qcqd hoc significat. ¶ Nec ride: nec contemne. ¶ Crede: committe. ¶ Si non parcis tibi. i. si non habes respectum tui. ¶ Dilectæ parce puellæ: idest a te.

HVBER

Iasonis historia

Pegaseus vñ veniat

Ritus antiquorum

Sõnia vera quę sint

¶ Lacedæmona: Lacedæmon ciuitas est Spartana, cuius accusatiuus est Lacedæmona. Lacedæmonii autem sunt incolæ illius ciuitatis. Puppibus ire: idest abire, quo verbo arguit eum in abeundo quoq; facilem. Sic tamen o iuuenis tumidum: idest inflatarum aquarum victor, quia voti compos sæpe pernatauit. Quamuis est sacris illa piata: idest placata. Male autem legeretur placata, quia tam placo q̃ paco primam producunt. Somnia quo cerni: Horatianum quoq; est. Putant enim euaporato iam cerebro visa non ex noxio humore: sed deorum dari dono. Cætera manifestaria sunt.

ASCEN.

In.xix.Epistolam Argumentum.

ARothemidotus scribit Cæā insulā vnā ex cycladibus in Aegæo esse:quā latini Cæam græci Indrusam vocant:vt auctor est Pli.hinc profectus Acontius ad Dianæ sacra:quæ Deli ex virginū conuentu celebrantur in amorem visæ Cydippes exarsit:nouā cōmentus fraudē in pomo:hæc,vel his similia scripsit carmina: Me tibi nupturā sociix eat omē Aconti. Testor quā colimus numina magna Deæ . Id cū sacra ministraret ante deæ simulachrū in sinum puellæ proiecit: quæ fraudis inscia:cū imprudēs literas perlegeret: visa est se vxorem Acontio pacisci.Nam quæ ante Deos dicerentur in templo Deliæ Dianę rata esse debere lex erat:post paulo cum pater:vt pactus erat:alii desponderet:in febrem ardentissimā incidit: ad eā scribit Acōtius id peieratione sibi accidere: qm nō ipiesset quæ Diana præsente promiserat : cum illa pactū coniugiū visa sit concussa coma probare : perfidiamqȝ deam vlcisci velle. Suadet demum pristinas vir s resumere nō posse:nisi vt ex pomo est pollicita nuptiæ celebrarentur.

ANTO. POne metum,nihil hic iterum iurabis amanti: vt incipientes decet ab ea orditur parte : per quam maxime Cydippe hæsitare poterat : nā & alias captata fuerat:sic Virgiliana Dido : cum vidisset Troianos maxime vereri incipit : Soluite corde metus Teucri secludite curas. ❡ Hic:in Epistola non vereare de cōiugio,vt in pomo iurare. ❡ Promissa: te tuum cōiugium in Dianæ æde ꝓmisisse. ❡ Languor:febris,ægritudo. ❡ Vlla parte dolēte: si qua pars doleat tua ego doleo. ❡ Quid pudor subit:cur te pudet. ❡ Ante: q̄ legas Epistolā. ❡ Erubuisse:id signum est pudoris. ❡ Coniugium,pactamqȝ fidem:suadet Epistolam legi a pacto. ❡ Crimina:stupra,aut adulteria:& furtiuos concubitus. ❡ Debitus:ex pacto legitimus. ❡ Demptus:fœtus: pomi periphrasis. ❡ Illic:his versibus. ❡ Id quod opto: cōiugium significat. ❡ Quod pomum. ❡ Pertulit : hic locus ante me legentibus maximas peperit


Locus enodatus contentiones:nec iniuria: nam mirandum est quo pacto interpretari potuerunt si ambigere interpretari est.in vetusto enim & carmine consumpto codice:quæ in omnibus exemplaris deerant duo carmina hæc sunt : Nil tibi cum verbis excidit illa fides. Id metui vt diuæ diffusa est ira decebat. ❡ Illa fides: quam de coniugio pręsente Diana date visa es. ❡ Excidit:obliuioni mandata est.

HVBER POne metum:Cæos,vt Strabo scribit,isula fuit in mari Aegæo quaternas continens vrbes : inde Tetrapolis vocata est. Ex hac insula fuit Acontius iuuenis amore Cydippes puellæ vehementer accēsus : quam cum ob generis imparitatem non auderet aperte vxorem petere : inuenit viam: qua illa sibi coniugio obligaret. Nam in pulcherrimo pomo

Argumentum Epl'ç de quo supra scripsit hos versus: Iuro tibi sane per mystica sacra Dianæ: Me tibi venturam comitem:sponsamqȝ futuram: & hoc pomum in tēplo Dianæ ad pedes Cydippes proiecit:quo accepto illa legit versus:& inscia iurauit: cum tamen propositum & intentionem nō haberet iurandi & ꝓmittendi Acōtio: postea cum per parentes inscios huius rei alii viro desponsata esset:subita febre correpta est,quæ cum vehementer vexaretur:Acontius hac Epistola conatur ei persuadere hunc morbum a Diana immissum esse propter periurium: & fidem non obseruatam : qua testata fuerat numen Dianæ se seruaturam. Adducit aūt ei in odium eum:cui postea desponsata fuerat:dicens omnē ægritudinem & periculū vitę ei accidere illius causa:quē si dimiserit:dicit quod liberauit omni morbo: & ipse consecrabit in tēplo Dianæ pomum aureum cum carmine:quod testabitur, quæ fuerant scripta in pomo lecto a Cydippe omnia fuisse rata:& habuisse effectum. Sed ne dubitet:vt iterum decipiatur Epistola sicut decepta fuerat pomo:amouet ei metum:dicens ne timeat legere : quoniam nulla est hic fraus:neqȝ iuramentum. ❡ Pone metum: noli timere legere hanc Epistolam. ❡ Iterum : secundo vt semel iurasti lectis versibus pomi. ❡ Satis est:sufficit te semel mihi promisisse iurando. ❡ Discedat: sic adiuuat eam : vt legat sic. ❡ legeris. ❡ Languor:morbus. ❡ Isto:tuo. ❡ Qui dolor est meus: me tangit: scilicet te vlla parte:idest te habere dolorem : in aliqua parte corporis. ❡ Quid pudor ante subit:idest cur pudet te. ❡ Subito:occurrit. ❡ Nā suspicor:idest puto. ❡ Genas ingenuas: scilicet tuas quæ es ingenua & verecunda. ❡ Erubuisse:suborē habuisse. ❡ Sicut in æde Dianæ:scilicet erubuerunt. ❡ Aede: idest templo. ❡ Non crimina:non adulterium:& dedecus tuum. ❡ Licet:licitum est tibi. ❡ Referas: repetas fœtus demptus ab arbore:idest pomum:quod est fœtus:idest fructus arboris. ❡ Illic:in pomo.



ACONTIVS CYDIPPE



Ccipe Cydippe despecti nomen aconti
[illegible] qui tibi verba de/
[illegible]
Pone metum,nihil hic iterum iurabis amanti:
Promissam satis est te semel eē mihi
Perlege,discedat,sic corpore languor ab isto:
Qui meus est vlla parte dolente dolor.
Quid pudor ante subit:nam,sicut in æde Dianæ,
Suspicor ingenuas erubuisse genas.
Coniugium,pactamqȝ fidem:non crimina posco,
Debitus vt coniux,non vt adulter,amo.
Verba licet repetas:quæ demptus ab arbore fœtus
Pertulit ad castas,me iacente,manus.
Inuenies illic id te spondere,quod opto,
Nil tibi cum verbis excidit illa fides.

ASCEN. POne metum Bene a principio monet metum ponat.i.deponat. quia verosimile est omnia eius dona illi suspecta. ita vt amplius lectura non sit eius literas , cuius se legendo deceptam nouit . Discedat sic corpore dicimus alibi sic aptam esse precationi particulam. Debitus vt coniux,id summopere astruit,ꝙ illū inficias eat, si amari nolit. Quæ demptus ab arbore fœtus.i.pomum ab arbore decerptum.

❡ Id

[ANTO.] ID metu.i.ne & fidem datam:& verba obliuiſceris. ¶ Diffuſa eſt ira: Diana indignata eſt:qm̃ ex lege pacta ſeruare cõtempſiſti.inciderat enim in febrem Cydippe. ¶ Decebat te potius meminiſſe: q̃ memor pacti:cuius oblita es: te febris veluti per furiam vexat,idẽ timeo ne oblita verbo℞ pacta ſeruare cõtemnas. ¶ Illud idem: mei coniugii cõtẽptus eſt timor. ¶ Spe quam dede. ſpes in cauſa eſt præcipua: vt amemus. ¶ Teſte Dea: Dianam ſignificat: in cuius æde in pomo perlecta ſunt carmina. ¶ Notauit: præterire non permiſit. ¶ Tuliſſe: habuiſſe dicta de cõiugio perlegiſti. ¶ Licebit: diluit crimẽ a cãquam in amorem transfert. ¶ Conciliare: qm̃ honeſta peto: vnde tibi nullus querendi locus relinquitur. ¶ Non ego natura:

Id metui, vt diuæ diffuſa eſt ira, decebat
Te potius virgo, q̃ meminiſſe Deam.
Nũc quoq; idẽ timeo, ſed idẽ tamẽ acrius illud
Aſſumpſit vires, auctaq; flamma mora eſt.
Quiq; fuit nũquam paruus, vel tempore lõgo,
Et ſpe, quam dederas tu mihi, creſcit amor.
Spẽ mihi tu dederas, me⁹ his tibi credidit ardor:
Non potes hoc factũ, teſte negare dea.
Me tibi nupturam: fœlix eat omen Aconti
Iuro, quam colimus, numina magna Deæ.
Adfuit, & præſens vt erat, tua verba notauit:
Et viſa eſt mota dicta tuliſſe coma.
Deceptam dicas noſtra te fraude licebit,
Dum fraudis noſtræ cauſa feratur amor
Fraus mea quid petiit, niſi q̧ tibi iungerer vni,
Id me quod quereris, conciliare poteſt.
Non ego natura, nec ſum tam callidus vſu,
Solertem tu me crede puella facis.
Te mihi cõpoſitis, ſi quid tamen egimus arte
Aſtrinxit verbis ingenioſus amor.
Dictatis ab eo, feci ſponſalia, verbis,
Conſultoq; fui iuris amore vafer.
Sit fraus huic facto nomen, dicarq; doloſus.
Si tamen eſt, quod ames, velle tenere, dolus.
En iterum ſcribo, mittoq; rogantia verba:
Altera fraus hæc eſt: quodq; queraris habes.
Si noceo, q̧ amo, fateor, ſine fine nocebo:
Teq; petam, caueas tu licet, ipſe petam.
Per gladios alii placidas rapuere puellas:
Scripta mihi caute litera crimen erit.
Dii faciant poſſim plures imponere nodos:
Vt tua ſit nulla libera parte fides.
Mille modi reſtant: cliuo ſudamus in vno:
Ardor inexpertum nil ſinet eſſe meus.

[Verſuti q̃ ſint] recte naturam addidit vt & verſutiam & calliditatem excluderet: illa enim a natura eſt: hæc ab vſu: ideo Cice. verſutos appellari tradit: quorum celeriter mens verſatur. Callidos vero quorum tanquam manus opere: ſic animus vſu concaluit. ¶ Solertem: induſtrium & ingenioſum. Propertius: Ingeniũ nobis ipſa puella fuit. ¶ Compoſitis: apte iunctis. eſt compoſitio verborum conſtructio æqualiter perpolita. ¶ Arte: dolos habebant verba in pomo perſcripta. ¶ Feci ſpon. te mihi deſpondi: nam verba dicebantur in nuptiis: quibus noui ſponſi iungebantur: quæ cum obliquæ pronunciaſſet eques romanus mulctatus eſt. vt ſcri. Gel. ¶ Iuris amore vafer: amor ſuo iure me vafrum fecit. Vafros dicimus callidos: & quaſi valde afros: quia vt ſcrib. Plini. doloſi ſunt vnde idem in præcone Pomponius: tergum, inquit, varium linguam vafrã. ¶ Sic fraus huic fa. no. crimen diluit ex loco: quem violentam diffinitionem dicimus. ¶ Velle tenere: non eſt fraus velle aſſequi quod amaſti. ¶ Sine fine: quia amabo ſemper. ¶ Petam: ero procus. ¶ Per gladios alii: a maiori cauſam ſuam honeſtam facit. Alii bello vxores ſibi pepererunt, ego vero literis id tẽpto. ¶ Plures nodos: laqueos: metaphora a venatoribus: qui feras laqueis captant. ¶ Mille modi: ad faciendum viæ mille ſuperſunt. ¶ In iſto cliuo: elaboramus ad te fallendum: tranſlatio ab auriga: qui montem conſequi nititur.

[Modus dicendi verba] [In cõuiuiis & qua pœna pperã pnũciãtes mulctabãtur]

[HVBER.] ID quod opto: te potius meminiſſe: ſcilicet te futuram ſponſam meam: quod velim te potius meminiſſe q̃ deam: ſcilicet Dianam: quæ memor illius promiſſionis: quam non præſtas immittit tibi morbum. ¶ Timeo idem: ne Dea meminerit promiſſionis tuę. ¶ Acrius: vehementius. ¶ Aſſumpſit vires: auctum eſt idem illud quod timeo. ¶ Flamma: amor meus: amor qui fuit paruus in principio. non longo: ideſt breui tempore creuit ex ſpe: quam tu dederas: ſcilicet iurando te futuram ſponſam meam. ¶ Meus ar. cre. hoc: ideſt amor fecit me tibi hoc credere: quod promiſiſti. ¶ Hoc factũ: iuramentũ. ¶ Dea teſte: ideſt Diana præſente & ſciente hoc. ¶ Notauit: attendit. ¶ Tuliſſe: accepiſſe. ¶ Coma mota: capite moto in ſignum conſentientis. ¶ Licebit: erit tibi licitum: & permittetur. ¶ Feratur: dicatur: ideſt dummodo dicat tantummodo propter amorem te accepiſſe. ¶ Quid petiit? quid voluit: quaſi dicat nihil aliud niſi quod iungerer tibi vni: niſi vt eſſem coniux tui ſolius. ¶ Conciliare: coniungere & concordes reddere quod quereris. ¶ Quam rem: tu quereris: ideſt hæc fraus: de qua tu quereris. ¶ Poteſt nos conciliare: quia potes intelligere: quod fuit ſolum ex amore. Poteſt legendum eſt non potes. ¶ Callidus: aſtutus. ¶ Vſu: experientia: ſed propter amorem tuum: ideo dicit. ¶ Tu facis me ſolertem: ideſt induſtrium: & ingenioſum. ¶ Te mihi: dicit: quod ſi aliquo artificio viſus eſt: vti ad eam decipiendam: illud artificium fuit amoris: qui dictauit ſibi. ¶ Compoſitis: ideſt artificioſis. ¶ Ingenioſus: ab effectu. Sponſalia: ſolẽnia verba nuptiarum: nã ſm iuriſconſultos: Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarũ. ¶ Ab eo: ab amore. ¶ Vafer: callidus: aſtutus: quaſi valde afer vt Nonio placet. ¶ Conſulto: interrogato: mihi dante conſilium: nam conſultus dicitur qui conſulitur: conſultor, qui conſuluit. ¶ Sit fraus: ordo eſt: fraus ſit nomen huic facto: ideſt hoc factum nominetur fraus. ¶ Si tamen: quaſi correctio: quaſi dicat cum potius ſit virtus q̃ dolus velle tenere quod amas. ¶ Iterum: ſecundo. ¶ Quod amo. i. quia amo te: vel quod. i. quia. ¶ Sine fine: perpetuo & ſemper: quia nunquam deſinam te amare. ¶ Petam te: te optabo. ¶ Licet caueas: vites ne te petam. ¶ Per gladios: arguit a maiori ad minus: ſi enim licet aliis rapere puellas bello: & pugnare armis: vt eas habeant: dicit ſibi non fore crimen: ſi ſcriptis voluerit puellam habere. ¶ Placitas puellas: ideſt amatas & quæ ſibi placuerint. ¶ Plures nodos: plura vincula ad ligandum te mihi. ¶ Libera: ſoluta ſine obligatione. ¶ Nulla parte: vt non poſſis effugere: quin ſis mea. ¶ Mille modi. ſ. capiendi. ¶ Cliuo ſudamus in vno. i. in vno tantumodo labore. eſt autem tranſlatio: nam cliuus dicitur aſcẽſus, ſiue mõticulus aliquis: ergo nos ſudamus: ideſt laboramus: in vno cliuo: in vna difficultate. ¶ Ardor &c. amor meus faciet me omnia experiri.

[Sponſalia de mẽte iuriſconſulto℞ q̃ ſint] [Cliuus q̃ ſit]

[ASCEN.] TE potius: ordo eſt O virgo potius. i. melius ſupple foret te meminiſſe: ideſt executione operis memorem oſtẽdere: q̃ deã. i. q̃ q̧ dea te puniendo meminit. Si tñ illi verſus, quos cõmentarius ſuperior ſe inueniſſe dicit addendi ſunt. ordo manifeſtarius eſt. O virgo decebat potius te meminiſſe, q̃ deam. ſ. Dianam iratam: auctaq; flamma mora eſt. Tranſlatio ab incendio. ſic Hora. Et neglecta ſolent incendia ſumere vires. Licebit, ſic etiã Hora. locutus eſt, vnde patet licet natura eſſe verbum. licet in coniunctionem, aut aduerbium transferetur: vt ſit licebit: ideſt licitum erit: hoc eſt quamuis forſan in futuro dicas te deceptum &c. Id me q̧ quereris conciliare poteſt: ideſt quia per fraudem meam non aliud petii, q̃ vt tibi vni iungerer, & fidelis coniux eſſem, quod perfecti amoris indicium eſt, id quod quereris, poteſt me conciliare vbi: ideſt propterea debeas me redamare, quia te vehementer amo. Teq; petam. Ordo eſt: licet tu caueas, ne ſup. petam (ſed vt docet Perottus, caueo plenum eſt ſine ira, vt caue faxis, caue dicas) te ipſe. i. ego petam te. Per gladios alii. Docet ſi quid peccauit dementius & humanius cum amica egiſſe, q̃ amatores ſoleant, vt nullum querelæ locum amicæ relinquat.

ANTO.

Exitus qui sint & cui spectent

¶POSSIS ne capi: meis fraudibus decepi. Plau. in Amphytrione: Cur me captas carnifex: & in eadem fabula: Tu me si impudentia captas non potes capere. ¶ Exitus est in diis. soli dii rerum euentum nouerunt. ¶ Non omnia retia: paratos dolos. ¶ Artes: doli. ¶ Non sum qui soleam: exemplo audaciam suam commendat. ¶ Sed taceo: occupatione volitas eius vehementior effecta est. Gratior, inquit, rapinæ tuæ gratia mors erit: q̃ sine te viuere. ¶ Tu facis: hoc describit Cydippes formam quod dictionis genus affectionem Cice. appellat. ¶ Eburnea: candore & leuitate eboris. ¶ Sine rusticitate: ea est: quæ nihil intuetur. ¶ Thetidis pedes: ex Home. hoc est: qui argenteis pedibus Thetidem commendat. ¶ Cætera: quæ latent: nec est cõmunis iudicii. ¶ Pignus tuæ vocis: fidem & sponsionem a te factum. ¶ Inuidiam patiar: oderint me ob hãc fraudem. ¶ Passo sua præmia: non magnifacio aliorum inuidiam: dummodo illius fructum feram. ¶ Hesionem Thelamon: exemplo suum factum tuetur: quod conuenire non videtur: nam illi virtutis: hic fraudis præmium ceperunt. Hesione Laomedontis filia Thelamoni data est: quoniam primus pergama conscendit. ¶ Tenuabimus: minuemus.

Hesione q̃ sit

Sit dubium possis ne capi: captabere certe:
Exitus in diis est: tu capiere tamen
Vt partem effugias, non omnia retia falles:
Quæ tibi q̃ credis, plura tetendit amor.
Si non proficient artes: veniemus ad arma:
Inq; tui cupido rapta ferere sinu,
Nõ sum, qui soleam Paridis rephendere factũ
Nec quemquam, qui, vir posset vt esse, fuit.
Nos quoq;, sed taceo, mors huius pœna rapinę
Vt fuerit, q̃ te non habuisse, minor.
Aut esses formosa minus: peterere modeste:
Audaces facie cogimur esse tua.
Tu facis hoc, oculiq; tui: quibus ignea cedunt
Sidera: qui flammæ causa fuere meæ.
Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix:
Quasq; precor veniãt in mea colla, manus.
Et decor, & vultus sine rusticitate pudentes:
Et, Thetidis quales vix reor esse, pedes.
Cætera si possem laudare, beatior essem:
Nec dubito, totum quin tua pars sit opus.
Hac ego compulsus, non est mirabile, forma:
Si pignus volui vocis habere tuæ:
Denique dum captam tu te cogare fateri,
Insidiis esto, capta puella meis.
Inuidiam patiar, passo sua præmia dentur,
Cur suus a tanto crimine fructus abest.
Hesionem Thelamon, Briseida cepit Achilles,
Vtraq; victorem nempe secuta suum.
Quamlibet accuses, & sis irata licebit:
Irata liceat dum mihi posse frui.
Idem qui facimus, factam tenuabimus iram.
Sit modo placandæ copia parua tui.
Ante tuos flentem liceat consistere vultus
Et liceat lachrymis addere verba meis.

HVBER

¶SIT dubium: idest etiam si sit dubium. ¶ Exitus: finis est i diis: idest Dii sciunt finem. ¶ Partem: retium: quæ tibi tendam. ¶ Plura: retia. ¶ Artes: doli. ¶ Ad arma: ad vim. ¶ Rapta: abducta per vim. ¶ Non sum: dicit sibi placere eos q aúsi sunt rapere eas: quas amauerunt. ¶ Factum: Paridis: qui Helenam rapuit. ¶ Nec quemquam: nec aliquem alium. ¶ Qui fuit vir qui fortis: & audax fuit: vt posset esse vir. ¶ Nos quoque: deest verbum: quasi dicat rapiemus te. ¶ Mors huius: occurrit obiectioni: quia posset dici fortasse interficieris: si me rapueris: dicit ergo. ¶ Mors: vt idest quamuis sit pœna huius rapinæ: scilicet de te. ¶ Erit minor: scilicet pœna, quã non habuisse te: quia plus pœnæ mihi esset non habere te q̃ mori propter rapinam tui. ¶ Aut esses formosa minus: idest si esses minus pulchra: modeste te peterem: non autem ita ardẽter & audacter. ¶ Facie: forma. ¶ Tu facis: commemorat partes pulchritudinis ipsius Cydipes. ¶ Ignea: aut splendida: aut quæ secundum quosdã philosophos dicuntur esse ignea. ¶ Cedunt: sunt inferiora. ¶ Flammæ: amoris. ¶ Flaui crines: pulchri. Flauus autem color (vt Aulus Gellius scribit) constat ex albo, viridi, & russo, vnde dicimus flauas segetes quando maturescunt. ¶ Eburnea: candidissima, quale est ebur. ¶ Manus formosæ: quas precor veniant. ¶ In mea colla idest quas precor: vt me amplectantur. ¶ Pudentes, sine rusticitate: idest qui habent pudorem non rusticum: sed ingenuum. Iuuenalis: Ingenui vultus puer: ingenuiq; pudoris. ¶ Quales vix reor esse pedes thetidis: idest candidissimos: nam cum sit dea maris & assidue moretur in aquis: merito debet habere pedes albissimos: fuit autem filia Nerei mater Achillis: nam pro vxore Oceani Tethys sic scribitur: & Tethyos facit: & habet primam longam. ¶ Cætera: quæ latent sub vestibus. Ouidius primo Metamorpho. Si qua latent meliora putat. ¶ Possem laudare: vt pote me visa, vel tacta. ¶ Nec dubito: idest non dubito quin pulchritudo: quæ est in vna parte corporis sit in toto. ¶ Tua pars. non intelligamus obscœne dictum de pudendis: vt quidam male putant sed sic intelligendum: non dubito: quin totum opus tui corporis sit vna pars: idest tale: qualis est pars tua: quæ apparet: vel oculi vel manus &c. vel sic, quin tua pars sit totum opus: idest perfectum opus: idest non dubito quin pars respondeat toti operi. ¶ Pignus: obligationem. ¶ Quamlibet: quantumuis. ¶ Frui te irata. i. habere te ita iratam mihi. ¶ Tenuabimus: minuemus: si concedatur mihi per te. ¶ Copia: facultas. ¶ Liceat permittatur: vt veniam ad conspectum tuum: & possim flendo te rogare.

Sidera q̃ re ignea dicantur

Flauus color qui sit

Thetis q̃ sit & quantam hẽat primam

ASCEN.

¶POSSIS ne capi: idest an possis capi, captabere certe. Exitus in dii est: idest diis scisit an cum cõmodo m:o te capiã sed vtcũq; erit, capiam te, Ferere: in futuro indicatiui verbi passiui. i. transfereris. Non sum. Ordo est: non sum qui soleam reprehendere factum Paridis. i. raptum Helenes a paridi factum. nec qui soleam reprehendere quem q̃: fuit vir. i. virilis, & animosus vt posset esse, idest persistere, idest qui sentiens amore se perire rapuit amatam, vt superiuitæ: Vt mors sit pœna huius rapinæ, idest licet mori cogar ob raptum tui: tamen minor erit: scilicet hæc pœna. q̃ nos te non habuisse. grauius erit te non habita viuere: q̃ habita per raptum: ob raptum mori. Aut esse, quia nihil gratius mulieri nouit. laudat eam a forma. Aut videtur positum pro si: vt sit: Si esses: & ita scriptum suspicor a poeta. sed qui non intellexerunt mono syllaba a vocalibus sequentibus non absumi: mutauerunt si in aut. Siue rusticitates pudentes: quia minus pudor rusticorum patere solet. Thetidis pedes: secundum Homerum argentei sunt: secundum Statium in Achilleide niuei: dicentem Niueas ferunt vada Thessala plantas: quod ideo fingitur: quia cum sit dea marina semper in aquis versatur. Est autem mater Achillis vxor Pellei. Cætera si possem muliebria: scilicet & pudenda quæ ille nondum viderat: nec contigerat. Nec dubito totum quin tua pars sit opus: idest quin totum sit tui simile: immo sui simile & tale: quod non videtur: quale quod videtur. aut quin totum opus sit tua pars: idest te ipsam effinxeris. aut lege, quin tibi par sit opus: idest non dubito: quin totum opus: idest tota factura corporis tui: sit par tibi. i. ei parti: quam videmus. Hac ego compulsus: purgat factum suum ex eo, q amore captus id perpetrauerit: quod & fortes viri, sed queritur infeliciorẽ: q non potiatur. ob quod facinus cõmisit sicut Telamon Hesiona Laomedontis filia, & Priami sorore: & Achilles Briseide. d: qua suo loco visum est. Quamlibet: idest quantũlibet accuses. & sis irata licebit: idest licitũ erit: & permittetur tibi: dũmodo liceat mihi frui sup. te irata. Nos iidẽ qui facimus irã factam. i. placabimus te amicabili cõmertio & dulci attrectatione. Placandæ tui de gantius, q̃ placandi te. Est ergo hic tui primitiuum a tu: quod omnis generis est: hic fœminini.

¶VT q

ANTO.

¶ VT q: solent: suasio est sumpta ex loco: qui dicitur: vt a conditione: non enim seruum: sed seruo similem se agere demonstrat. ¶ Ignoras: nescis quantum imperii in me habeas. ¶ Meo corpore: cum incusserit plagas. ¶ Sed neq; compedibus: quæ sunt in seruo incommoda excludit: hoc, inquit, in me commodi habebis: q absq; compedibus & cathenis tibi fidem seruabo. ¶ Satiauerit: vltionem sumpserit. ¶ Tam bene qui seruit: patiens adeo seruitium. ¶ Reus agor absens: accusas me absentem. ¶ Optima: quoniam pro coniugio pugnabat. ¶ Nullo tuente: absq; alicuius patrocinio. ¶ Hoc quod amor iussit: commoratur in eodem loco: & fatetur crimen quod in amore reiicit: scripsimus in pomo amoris iussu. ¶ Iniuria nostra: hæc iniuria solum mihi imputatur: & amor absoluitur. ¶ De me solo: qui tibi iniuriam intuli: sed Diana non est in culpa. ¶ Delia quæ in te nihil commisit, recte eam absoluit personam. in quam omne ius facti conferte: & eius causa tem quærit parci: quod & Virgiliana Dido facit, cum ait: Non ego cum Danais troianam excindere gentem Auli de iuraui, classemq; ad pergama misi. ¶ Decepta: verbis in pomo scriptis capta. ¶ Omnia te careant: falsa sint omnia: sim falsus vates. ¶ Nihil est violentius: illa suasio a Dianæ auctoritate. ¶ Numina læsa videt: si qua parte suam maiestatem immutari conspicit. ¶ Testis erit calydonis aper: Dianæ iram exemplo monstrat. diximus aprũ calydonios vastasse agros a Diana missum diximus combusto stipite Altheæ indignatione Meleagrum interisse. Testis & Actæon: ex Aristeo Cyreneus & Apollinis filio: & Autonoe Cadmi natũ esse Actæonem: Diod. scri. Dianæ opera a suis ẽ discerptus canibus, causa varia traditur: vel quod nudam Deam se in fonte lauantem viderit: vel q illi in venatu se præponeret: vel q in montibus virginis concubitum ausus est petere. ¶ Illis: canes intelligit: quibus ipse multas feras trucidarat. ¶ Quæ q; superba parens: Niobem significat Tantali filiam: quæ cum ex Amphione Iouis & Antiopes filios liberos duodecim: vel vt alii malunt: quatuordecim genuisset se Latonæ fœcunditate præposuit, Diana & Apollo Latonæ filii ira perciti liberorum multitudinem sagittis confecerunt. Nioben & Amphionem lachrymantes verterunt in saxum: & ad Sipilum Mygdoniæ montem pueris & puellis trucidatis: cum septem annos sepultura carerent: Iupiter vt scribit Home. in saxum vertit.

Meleagri fabula
Actæonis fabula
Niobes & filiorum fabula

Vtq; solent famuli, cum verbera sęua verentur,
Tendere submissas sub tua crura manus:
Ignoras tua iura, voca cur arguor absens?
Iam dudum dominæ more venire iube,
Ipsa meos scindas, licet imperiosa, capillos:
Oraq; sint digitis liuida facta tuis.
Omnia perpetiar, tantum fortasse timebo,
Corpore lædatur ne manus ista meo.
Sed neq; cõpedibus: nec me cõpesce cathenis:
Seruabor firmo vinctus amore tui.
Cum bene se, quantumq; volet, satiauerit ira,
Ipsa tibi dices q̃ patienter amat.
Ipsa tibi dices, cum videris omnia ferre,
Tam bene qui seruit, seruiat iste mihi.
Cur reus infelix absens agor: & mea cum sit
Optima, non vllo causa tuente, perit.
Hoc q̃d amor iussit, scriptũ est, iniuria nostri,
Quod de me solum nẽpe queraris, habes.
Non meruit falli mecum quoq; Delia, si non
Vis mihi promissum reddere, redde Deæ
Affuit, & vidit, cum tu decepta rubebas:
Et vocem memori condidit aure tuam.
Omnia te careant, nihil est violentius illa,
Cum sua, quæ nolit, numina læsa videt,
Testis erit calydonis aper: nam scimus, vt illo
Sit magis in natum sæua reperta parens.
Testis & Actæon, quoniam fera creditus illis,
Ipse dedit leto cum quibus ante feras,
Quæq; superba parens saxo p corpus aborto,

HVBER.

¶ VT q: solent: ordo est: & liceat mihi tendere manus submissas idest humiles. ¶ Sub tua crura: idest ad tua genua: quod faciũt supplicantes. Vt famuli cum verentur: idest timent. ¶ Verbera sæua: rigida: scilicet dominorum minantium eis. ¶ Ignoras tua iura: idest nescis quid tibi liceat in me. ¶ Voca me: quia non debes damnare nisi citata parte. ¶ More dominæ: sicut domina imperat famulo: quia tibi parebo: vt famulus dominæ paret. ¶ Scindas: laceres. licet, inquit, me sæuias: & omnia aspera facias omnia patiar. ¶ Tantum solummodo. ¶ Ne manus ista. i. tua lædatur meo corpore: idest ne fortasse noceas tibi: & lædas tuas manus me verberando compedibus: vinculis pedum. ¶ Vinctus: ligatus: quasi dicat tuus amor satis tenebit me. ¶ Cũ bene hæc omnia dicit Acontius: vt flectat eius animum. ¶ Ipsa tibi: qui seruit: qui præstat seruitutem tam patienter. ¶ Agor reus: vtitur signate verbis iuris: nam reus dicitur contra quem agitur. etiam si nihil admiserit. ¶ Non vllo: idest nullo. ¶ Est iniuria nostri: dicitur esse iniuria quam tibi intuli. ¶ Delia: Diana a Delo insula: in qua & nata est & colebatur præcipue. ¶ Redde deæ: quam testem adduxisti. ¶ Rubebas: cum rubore præ pudore vultu ostendebas. ¶ Vocem tuam: verba per quæ iurasti. ¶ Omina te careant: terret eam commemorans ei Dianæ sæuitiam in vindicando se. ¶ Omina: auguria de eius violentia. ¶ Careant, idest effectu. i. vtinam nihil mali tibi diuinem. melius legitur omina quam omnia. ¶ Violentius: sæuius. ¶ Illa Diana. ¶ Quod nolim: idest videre quod tu læseris eam. ¶ Tristis erit, adducit exempla. ¶ Aper Calydonis: aper quem illa irata Oeneo ad vastandum Calydonem immisit, quia Oeneus cum sacrificasset aliis Diis: sola Diana omissa: vt alibi plenius diximus: illa Aprum: qui totam regionem vastaret immisiit: qui fuit causa mortis Meleagri: vt in Epistola Deianiræ dixi. ¶ Parens: Althæa mater Meleagri. ¶ Sit reperta magis sæua in natum: quia consumpto torre: in quo eius vita fataliter consistebat: eum interemit: vel eius vitam diris imprecationibus execrata est. Hanc fabulam diximus plene in Epistola Briseidis super eum locum: Fratribus orba Deuouit nati: spemq;, caputq; parens, ¶ Testis & Actæon: is filius fuit Aristei: & Autonoes filiæ Cadmi: qui cum venatione delectaretur, ea fessus cum syluam quietis gratia ingressus esset: forte vidit Dianam nudam cum nymphis suis se lauantem, quæ audacia eius irata, ne id nunquam eloqui posset in Ceruum eum mutauit, qui postea a canibus suis eum verum Ceruum credentibus dilaceratus est. scribitur hæc fabula plene ab Ouid. lib. iii. Metamorpho. ¶ Creditus fera: Creditus Ceruus. ¶ Illis, scilicet canibus vel sociis suis. ¶ Cum quibus ante dedit leto feras, idest cum quibus ante interfecerat feras. ¶ Quæ q; superba parens, aliud exemplum Niobes: quæ Tantali & Taygetes Pleiados filia, septem filiorum totidemq; filiarum mater ex Amphione Thebano marito suo, cum ob alia tum ob fœcunditatem filiorum insolens, Latonæ, quæ duos tantum peperisset numen aspernata est, & populum sacrificare volentem impiis verbis deterrere ausa est. Quare apollo & Diana Latone matris iniuria moti, & eius precib' incitati nube tecti Thebas venerunt, & Niobem vniuersa prole sagittis suis confossa priuauerunt, quæ dolore materno obstupefacta in saxum conuersa dicitur, & vt scribit Ouidius libro sexto Metamorpho. In patriam rapta est, vbi fixa cacumine montis Liquitur, & lachrymis etiam nunc marmora manant.

Re' qs sit Diana vũ dicta est
Aper calydonius q
Actæonis fabula
Niobes & filiorũ fabula de q̃ supra

ASCEN.

¶ IGNoras. i. si ignoras, aut q a ignoras tua iura. i. q sum tui iuris: & tibi deditititius. ¶ Facta liuida. i. fere plũbei coloris, q̃ fit ex verbere, aut cõpressiõe corpoꝝ. Me ista. i. tua manus q̃ patiẽter. figurate. i. o q̃. i. q̃tũ patiẽter amat. Omina te careãt. i. nõ habeant effectũ, q̃ ominor de te. s. Deã de te vindictã sumpturã: sicut sumpsit de cæteris sui contemptoribus. s. Calydonis, Actęone: & Niobe, de Calydoniis dicitur Aenei. vii. Cõcessit in iras. Ipse deũ antiquã genitor Calydona Dianę.

Nunc quoq; mygdonia flebilis astat humo.
Hei mihi, Cydippe timeo tibi dicere verum:
Ne videar causa falsa monere mea.
Dicẽdũ tñ est: hoc est (mihi credere) q̃d ægra
Ipso nubendi tempore sæpe iaces.
Consulit ipsa tibi: neu sis periura laborat,
Et saluam salua te cupit esse fide.
Inde fit, vt quoties resistere perfida tentas,
Peccatum toties corrigat illa tuum.
Parce monere feros animosæ virginis arcus
Mitis adhuc fieri, si patiare, potest.
Parce precor teneros corrũpere febribus artus,
Seruetur facies ista fruenda mihi.
Seruentur, vultus ad nostra incendia nati,
Quiq; subest niueo lenis in ore rubor.
Hostibus, &, si quis ne fias nostra repugnat,
Sic sit, vt, inualida te, solet esse mihi.
Torqueor ex æquo, vel te nubente, vel ægra,
Dicere nõ possum, quod minus esse velim.
Interdum maceror, q̃ sum tibi causa doloris,
Teq; mea lædi calliditate puto.
Inq; caput nostrum Dominæ periuria, quæso,
Eueniant: pœna tuta sit illa mea.
Ne tamẽ ignorem quid agas, ad limina tendo,
Anxius, hunc, illuc dissimulanter eo.
Subsequor ancillam furtim, famulũq; requiro,
Profuerint somni quid tibi, quid ve cibi.
Me miserũ, quod nõ medicorũ iussa ministro,
Effingoq; manus, insideoq; toro.
Et rursus miserũ, quod me pcul inde remoui:
Quem minime vellem: forsitan alter adest.
Ille manus istas astringit: & assidet ægræ:
Inuisus superis, cum superisq; mihi.
Dumq; suo tentat salientem pollice venam,
Candida per causam brachia sæpe tenet.
Contractatq; sinus, & forsitan oscula iungit.

Testis & Actæon. Ordo: est: & Actæon est testis: q̃m ipse creditus: sup. est esse fera illis. s. canibus suis: qui ipsum credentes feram esse dicer, pserunt cum quibus. s. canibus socius venationis: ipse ante. i. prius dedit leto. i. morti: feras. s. bestias.

ANTO. ¶ ADstat flebilis: flet etiam nunc in saxum versa; nam ex eo saxo in memoriam lachrymarum adhuc aqua scaturire traditur. ¶ Falsa monere: suasionem hanc habere. ¶ Nubendi tempore: quoties alii nubere temptas. ¶ Neu sis periura: vt promissa serues: quæ iureiurando in eius æde firmasti. ¶ Parce monere feros: apostrophe ad Dianam. ¶ Virginis animosæ: quoniam tuæ voluntati audet obsistere. ¶ Facies: Cydippes forma. ¶ Hostibus & si quis: ita se habeant hostes Dianæ ita vt ego sum: te cum video morbo cruciari. ¶ Inualida te: cum tu nõ vales. ¶ Te nubente: cum paras me relicto alii nubere. ¶ Quod minus esse velim: vel quo ægrotes: vel quod nubes vtrumq; est mihi æque molestũ. ¶ Dominæ periuria: pœna quam pro periidia dat. ¶ Ne tamen ignorem: demonstrat sollicitudinem suam: vnde molestiam arguat. ¶ Ministro: te dominæ aliptam desiderat: ne medicorum iussa prætereitet. ¶ Effingo: non astringo legas: nam aliptæ nõ adstringere est: sed effingere. Adstringere enim ad medicos attinet: cum venam deprehendunt. Effingere est cõponere & tractare: optat enim posse assistere: & manus tractare. ¶ Quem minime vellem: illum videt suspicari: cui Cydippe erat nuptura. ¶ Assidet ægre: Aliptæ officium præbet. vtitur notatione: scribit signis certis amatorem salientem venã: quæ febris calore nimia agitatione impellitur. ¶ Per causam: deprehendendæ venæ ratione.

Alipta q̃d sit

Effingo q̃d pprie.

HVBER ¶ MYGdonia: regio est minoris Asiæ: quæ & Bithynia dicitur. Nunc quoq; flebilis: quia vt in Metamorphosi scriptum diximus: Lachrymis etiam nunc marmora manant. ¶ Monere falsa: dicere non vera. ¶ Mea causa: mea vtilitate: vt facias quod peto. ¶ Hoc tu mihi crede: quod ægra: ordo est. O Cydippe quod tu iaces sæpe ægra ipso tempore nubendi: ipsa Dea consuluit tibi: idest facit vtilitatem tuam. ¶ Et laborat: idest curat ne sis periura: ne violes fidem: quam promisisti: quia per illam ægritudinem monet vt serues promissa. ¶ Saluam: incolumẽ. ¶ Inde fit: inde accidit. ¶ Obsistere: idest negare promissa. ¶ Toties corrigat peccatum: quia quando vis negare te non promisisse mihi: & vis alii nubere: tunc facit te grauius ægrotare. ¶ Parce: hortatur: vt non irritet deam. ¶ Parce: serua: noli irritare arcus quibus se vicisci solet. ¶ Mitis: placata. ¶ Teneros artus: membra tua. ¶ Fruenda: vtenda mihi: idest seruentur ad vsum meum. ¶ Lenis: modicus. ¶ Hostibus: ostendit quantum eam amet. Imprecatur enim talem dolorem & angorem animi hostibus suis: qui impediunt ne nubat ipsi Acontio: qualem dolorem dicit se experiri ipsa Cydippe ægrotante. Ordo. ¶ Sic sit: idest sic eueniat hostibus: siquis repugnat ne fias nostra: vt sicut solet esse mihi te inualida: idest te infirma. ¶ Torqueor: dicit quod parem habet animi cruciatum siue nubat alii: siue ægrotet. nec satis sciret dicere vtrum horum mallet: quia neutrum vellet. ¶ Maceror: affligor. ¶ Mea calliditate: mea fraude: qua te decepi. ¶ Inq; caput: rogo, inquit, vt pœnæ: quas tu ex periuriis pati debes: in me transferantur: & tu sis libera. ¶ Ne tamen: dicit se sæpe venire domum eius: vt intelligat quid agat. ¶ Dissimulanter: occulte: ne videar venire ob causam. ¶ Requirens: interrogãs ancillam, vel famulum tuum. ¶ Profuerint ne tibi somni: idest an potueris dormire, & comedere. ¶ Me miserum: dolet quod non sit minister eius vt posset ad eam ire. & eam tangere. & eius toro assidere: vt ministri faciũt. ¶ Iussa: præcepta. ¶ Alter quæ minime vellem: qui fortasse quærit habere te vxorem. ¶ Adest: assistit tibi. ¶ Inuisus superis: quia vult a te quod est contra fidem tuã. ¶ Temptat: tangit. ¶ Pollice: digito: vt medici solent venam salientem mobilem: qualis solet esse in febricitante. ¶ Tenet: manu sua. ¶ Per causam: simulans se tangere venam. ¶ Contractat: sæpe tangit. ¶ Sinus: pectus. ¶ Ista merces: scilicet iungendi oscula.

Vena in febricitantibus qualis sit

ASCEN. ¶ HEI Mihi Cydippe. Argute ad id quod tota Epistola prætendit peruenit, vt: scilicet persuadeat ea de causa infirmitate tactam, quia iusiurandum in conspectu Deæ præstitum non obseruat. Ipsa: scilicet dea consulit tibi, idest saluti tuę, non est autem legendum consuluit, sed consulit. Et vt Valla docet sæpius dicimus de rebus externis, quam de consilio dando consulem, & est quasi prospicere, & prouidere aut commodum ferre: vt consule honori meo, vt consului rebus tuis. Heu, idest neue, idest vel laborat ne sis periura, id est ne peieres alteri nubendo. dicimus autẽ periurum: & periurus periura periurum. ¶ Non autem periuro, sed pero. Parce monere & cætera. Vult superior esse apostrophen ad Dianam sicut Iuuena. ad Apollinem. Parce precor Pæam & cætera. Vt sit o Diana precor parce monere feros artus, idest in domina membra virginis animosæ: idest præstantis pertinaciter in opinione sua, quia potest adhuc fieri mitis: & patiare, scilicet superuiuere, quæ causa cur, & dei, & homines maleficis parcant: & ita legendum est feros artus. Alii habent ferox & arcus: vt sit parce o Cydippe ferox monere arcus virginis: animos, scilicet Dianæ quia si patiare: idest nisi periurio obstes, dea potest fieri adhuc mitis, idest placabilis tibi. & hoc modo potius legendum puto, quia semper ad Cydippen loquitur dicens. Hostibus & si quis. Vbi ordo est. Et si quis supple ex hostibus repugnat, ne scilicet facies tua sit nostra sic sit: supple illi, vt solet esse mihi te existente inualida: hoc est ægerrima. Quod minus orator diceret vtrum minus esse velim, quia de duobus tantum loquitur. Interdum maceror. ¶ Sulpitius legit maceror interdum, & ita plurimi codices habent, sed maceror primam corripere solet sicut macies, & macet.

¶ Merces

ANTO

MERCES plenior: maior: q̄ suus labor meretatur. Præcerpere: translatio ab his: qui immatura poma legunt. Præripis, inquit, alienos amores. Turpiter: per adulterium. Postmodo: deinceps meis admonitus verbis. De vacuis: non pactis. Vendicet: promisso coniugio suam dicat. Non vacat: viro non caret. Pacti humani: refellit aduersarii iura per contentionem: inquit, pactum: quo arguis Cydippen esse tuam: homines fecerunt: meum vero diuinum est. Icicirco qđ a pacto arguas. Pat: quoniam tuum humanum est pactum: meum vero diuinum. Hæc mihi se pergit: firmat causam a cognatione. Primus ab illa: cuius ius secundum est: cum illa in cognatione sibi prima sit, cuiq; natura de se quod vult liberum est facere. Homines: habuit testes. Testificata deam: Dianam adhibuit testem. Mendax: qui fallit hominem mendacem appellamus: periurum vero: qui Diis immortalibus fidem nō seruauit. Hæc cubat: febre versatur Cydippe. Ille: pater: qui filiam alii desponditvi ro. Dissimili mente: arguit ab iniquitate facti: vnde monstret Dianæ iram non fore iniustam cum humana diuinis præposita videantur. Tu petis ex tuto: es voti compos. Nunc quoniam ferus hic: in odium aduersarium trahit: cuius facta crudeliter recenset. Causa in qua: quoniam non is: sed ego tibi maritus esse deberem. Hic: culpa admissi viri. Hoc faciente: peccato huius. Qui mouet: in te Dianæ iram concitat. Et tu continuo: suasio ab vtili. Valebis quamprimum si repuleris admissum virum. Templa conscia: Dianæ sacrifices. Et sine teste fides: non tantum boues mactati: verum vitæ integritas litat.

Audi pulcherrimū dictum

Periurus q̄s dicatur

Modus loquēdi: pulcherrimus

Officio merces plenior ista suo est
Quis tibi permisit nostras præcerpere messes?
Ad spes alterius quis tibi fecit iter?
Ille sinus meus est: mea turpiter oscula sumis:
A mihi promisso corpore tolle manus.
Improbe tolle manus, quā tangis, nr̄a futura est:
Postmodo, si facies istud, adulter eris.
Elige de vacuis, quam non sibi vendicet alter:
Si nescis, dominum res habet ista suum.
Nec mihi credideris, recitetur formula pacti:
Neu falsam dicas esse: face ipsa legat:
Alterius thalamo tibi nos, tibi dicimus, exi:
Quid facis: hinc exi: non vacat iste torus.
Nā qđ habes: & tu humani verba altera pacti,
Non erit icirco par tua causa meæ.
Hæc mihi se pepigit, pater hāc tibi prius ab illa,
Sed propior certe, q̄ pater, ipsa, sibi est.
Promisit pater hanc: hæc & iurauit amanti:
Ille homines: hæc est testificata Deam.
Hic metuit mendax: sed & hæc periura vocari:
Num dubitas hic sit maior: an ille metus:
Deniq; vt amborum conferre pericula possis,
Respice ad euentus, hæc cubat, ille valet
Nos quoq; dissimili certamina mēte subimus,
Nec spes par nobis, nec timor æquus adest.
Tu petis ex tuto: grauior mihi morte repulsa ē,
Idq; ego, quod iam tu forsan amabis, amo.
Si tibi iustitiæ, si recti cura fuisset,
Credere debueras ignibus ipse meis.
Nunc quoniā ferus hic pro cā pugnat iniqua,
Ad quid Cydippe littera nostra redit.
Hic facit, vt iaceas, & sis suspecta Dianæ:
Hunc tu si sapias, limen adire vetes,
Hoc faciente subis tam sæua pericula vitæ:
Atq; vtinam pro te, qui mouet, ille cadat.
Quē si reppuleris: nec, quē dea dānat, amaris:
Et tu continuo, certe ego saluus ero.
Siste metum virgo: stabili potiere salute:
Fac modo polliciti conscia templa colas.
Non boue mactato cælestia numina gaudent,
Sed: quæ præstanda est: & sine teste: fide.

HVBER

EST plenior suo officio: idest est vltra suum officium: quia cum sit medicus: hæc non sunt eius officii. Quis tibi: apostropham facit ad illum medicum: qui hæc faciat apud Cydippen: dicens eum non habere ius in eam quæ sibi ante sit promissam. Præcerpete: præripere. Postmodo: posthac. Si facies istud: si eam tetigeris & osculatus fueris. Eris adulter: quia contractabis alienam vxorem. De vacuis: de his puellis: quæ nundum sunt obligatæ alicui. Vindicet: asserat. Assumat dominum suum: est sub dominio alterius: est translatio a possessionibus quę dicuntur esse domini alicuius. Recitetur: relegatur. Formula pacti: verba formalia quibus mihi promisit. Alterius thalamo: increpat illum: vt ab amica sua discedat. Non vacat: non est vacuus. Nam quod: respondet obiectioni: quia posset dicere eam sibi per patrem eius despōsatam: dicit plus valere promissionem factam per se de seipsa teste dea: quam promissionem factam per eius patrem. Primus ab illa: primus post illam. Propior sibi: q̄ patri: quia quisq; sibi est: proximus. Iurauit: quod plus est q̄ simpliciter promittere. Ille: pater. Homines: scilicet est testificatus: idest promisit in præsentia hominum. Maior metus: scilicet mendacii vel periurii. Euentus: exitus. Hæc: Cydippe. Cubat: ægrotat. Horatius. Cubat hic in valle Quirini. Valet: sanus est. Nos ego & tu subimus certamina: idest certamus de Cydippe habēda vxore: dissimili mente: idest dissimili proposito & intentione. Ex tuto: quia si non habueris eam nihil periculi tibi erit. Repulsa est grauior mihi morte: idest mihi erit grauius eam non habere q̄ si morerer. Cedere ignibus meis: non occupare meos amores: qui fuerunt priores tuis. Iniqua: in qua ius nullum habet: ad quod redit quasi dicat ad malum tuum hic facit: nititur adducere illum in odium Cydippe. Hoc faciente: idest hoc existente causa. Qui mouet: scilicet pericula. Cadat: moriatur. Quem Dea damnat: quem Dea habet inuisum. Et tu continuo: idest statim subaudi eris salua. Potiere stabili salute: idest habebis sanitatem stabilem si seruaueris fidem. Colas: venereis. Nō boue: & quia posset dicere se facere sacrificia multa: dicit Deos inspicere fidem: & non sacrificia: vt Esaiæ capitulo primo: Quid mihi in multitudine victimarum vestrarum: quia multiplicastis mihi sacrificium de arietibus & carnibus hircorum: ego enim contempsi sanguinem vitulorum &c. Et sine teste: idest etiam si nullus sciret aliquid esse promissum.

Audi pulcherrimū Esaię dictū

ASCEN.

ESSE: fac ipsa legat. Sæpe apud hunc legitur fac corripi: sed alii face legunt. nigil est autem toto contextu facilius. Tu petis ex toto, quia repulsus non morieris vt ego. Nunc quoniam ferus hic &c. Omne crimen reiicit in aduersarium suum docens eius gratia amicam quicquid patitur, pati, cum is eam sollicitet ad periurium, a quo vt dea eam arceat, febribus torquet. Ad quid litera nostra redit. Sunt qui intelligunt sic: ad quid remittit literas nostras nolens eas legere, cum illi omnis culpa imputanda sit. Sed si hoc opinaretur frustra id nisi in principio scriberet. Est ergo sensus: attende Cydippe: Ad quid litera nostra redit, idest quid sibi velit: quid prætendat, quia vult hoc significare, q̄ hic facit vt iaceas, & sis suspecta Dianæ. Reppuleris: gemino p scribitur: qui a re corripetetur alioquin. Amaris pro amaueris. Siste: idest retine, ne augeatur metum. Non boue &c. bona & sancta sententia forte non in non sancto ore. Qualis illa: Thure deum placa vitulum sine crescat aratro. & illa: Dicite pontifices in templo quid facit aurum. & quæ sequuntur. Sed quæ præstanda est &: idest etiam sine teste fide, vt sit ordo: sed gaudent fide quæ &c. Alii tamen vt ornatus expostulat legunt fides, vt sit: sed sup. fide: quæ fide præstanda est etiam sine teste, vnde de viro fideli dicit Cic. q̄ cum eo etiam in tenebris mices.

ANTO. ¶FERRVM patiuntur, & ignes: morbi alii ferro: ali igne curantur. ¶Succus amarus: triste poculum: quod græci Pharmacon appellant. ¶Istis: aut igne, aut ferro, aut poculo. ¶Vita periuria: non sis Dianæ periura. ¶Præteritæ veniam: statuis est qui venialis dicitur sumptus ab ignorantia. poteris quæ ante hac acta sunt ignorantia excusare: & veniam mereri: deinceps admonita eris periurii rea. ¶Voce mea: meis literis in memoriam illa tibi reduxi. ¶Casibus: malis quæ vrgent. ¶Ferre: aduersa pati. ¶His quoque vitatis: esto vt præsentes casus vites. ¶Luciferas: Diana & Lucina nuncupata est: quæ parturientibus præest: vt scribit Varro. ¶Hęc audit: tuas implorationes. ¶De quo: Accontio: an alio. ¶Votum: in partu ages vota. ¶Scit: nouit te diis promissa non seruare. ¶Nō agitur de me: meas molestias contemno. ¶Cura maiore: ea erat de amicæ salute. ¶Dubii: de tua salute ancipites. ¶Ignaros culpæ: quia causam tui mali ignorat. ¶Nil ruboris: est æqua tua causa: & nil nisi honestum habet. ¶Ordine fac referas: per causam breuiter enarrat: vt acta res est in Dianæ æde. ¶Cognita: ad coniugium prouocata. ¶Deæ Pharetratæ: Dianæ cuius arma sunt arcus, & Pharetra. ¶Fixis genis: idest amantis signum. ¶Deciderunt pallia: stuporis indicium est. ¶Doctis notis: literis callide scriptis. ¶Iunctam fidem: mihi præstitam de coniugio. ¶Iungunt coniugem promittunt. ¶Talis: in hac sententia præstiterit.

Diana & Lucina quæ sit

Vt valeant aliæ ferrum patiuntur & ignes
  Fert aliis tristem succus amarus opem.
Nil opus est istis: tantum periuria vitas
  Teque simul serua, meque, datamque fidem.
Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ:
  Exciderant animo fœdera lecta tuo:
Admonita es modo voce mea, cum casibus istis,
  Quos quoties tentas fallere: ferre soles,
His quoque vitatis in partu nempe rogabis:
  Vt tibi luciferas afferat illa manus.
Audiet hæc: repetes, quæ sunt audita, requiret
  Ipsa, tibi de quo coniuge partus eat.
Promittes votum: scit te promittere falso:
  Iurabis, scit te fallere posse Deos.
Non agitur de me cura maiore laboro:
  Anxia sunt vitæ pectora nostra tuæ.
Cur modo te dubii pauidam fleuere parentes?
  Ignaros culpæ, quos facis esse tuæ?
Et cur ignorant? matri licet omnia narres,
  Nil tua Cydippe facta ruboris habent.
Ordine fac referas, vt sis mihi cognita primum:
  Sacra pharetratæ dum facis ipsa Deæ.
Vt te cōspecta subito, si forte notasti,
  Restitimus fixis in tua membra genis.
Et te dum nimium miror, nota certa furoris,
  Deciderint humero pallia lapsa meo.
Post modo, nescio qua, venisse volubile malum
  Verba ferens doctis inuidiosa notis.
Quod, quia sit lectum sancta præsente Diana:
  Esse tuam vinctam, numine teste, fidem.
Ne tamen ignoret, scripti sententia quæ sit,
  Lecta tibi quondam, nunc quoque verba refer.
Nube, precor, dicet, cui te bona numina iungunt,
  Quem fore iurasti, sit gener ille mihi.
Quisquis is est, placeat: quoniam placet ante Dianæ.
  Talis erit mater, si modo mater erit.
Si tamen & quærat, quis sim, qualisque, videtor
  Inueniet nobis consuluisse Deam

HVBER ¶VT valeant: arguit a maiori ad minus. ¶Succus amarus. medicina ex succo amararum herbarum. ¶Istis: succis amaris. ¶Tantum: solummodo. ¶Ignorantia: quia tu nesciuisti te offendisse Dianam & ideo hæc tibi accidere. ¶Exciderant animo: idest memoria. ¶Admonita: reducta in memoriam. ¶Cum istis casibus: istis infœlicitatibus ægritudinis. ¶His quoque magis etiam terret eam vt caueat lædere Dianam: quia si etiam nunc vitaret casus: febris tamen adhuc egeret eius auxilio in partu: quia inuocabatur a parientibus. ¶Luciferas: adiutrices: quæ fœtum in lucem ferant. ¶Requiret de quo coniuge partus eat tibi: idest volet scire ex quo marito pepereris: quia si ex alio paries quam ex me: dicet te esse periuram: & ideo non esse iuuandam. ¶Promittes votum: quia posset dicere se facturam votum falso: sicut falso per eam iurasti te futuram vxorem meam. ¶Iurabis: idest si iurabis posse fallere deos: sicut semel fefellisti eam. ¶Laboro: angor maiore cura, quam de me. ¶Cur modo: queritur quod fuerit in periculo mortis: & non dixerit parentibus suis causam: quia nihil sciebant de illo pomo. Pudebat enim eam dicere hoc parentibus: vnde hortatur vt dicat: quia hoc factum nullum habet turpitudinem. ¶Dubiam: posita in periculo mortis. Iuue. Curentur dubii medicis maioribus ægri. ¶Licet: fas est. ¶Matri: puellæ enim solent audacius matri, quam patri secreta sua dicere. ¶Ordine: proponit ei omnia quæ vult vt narret matri. ¶Restiterim: pro steterim. ¶Genis: oculis. ¶Pallia: vestes. ¶Deciderint humero: ceciderint ex corpore meo. ¶Nota certa furoris: certum signum vehementis amoris: quando aliquis est ita abstractus aspiciendo amicam: quod non sentit vestes cadere ex humeris suis. ¶Postmodo. i. referas. ¶Malum volubile: pomum rotundum. ¶Nescio qua: scilicet parte templi. ¶Ferens. habens scripta. ¶Quod: pomum. ¶Vinctam: obligatam mihi. ¶Refer verba: dic ei verba totalia iuramenti. ¶Dicet: mater tua. ¶Cui: scilicet mihi. ¶Quisquis est: etiam si esset mihi ignotus. ¶Debet placere mihi: quia placet Dianæ. ¶Talis: tua tibi suadebit. ¶Si modo mater erit: si vere te materno affectu amabit. ¶Si rem inquiret: si volet scire quis sim: inueniet Deam consuluisse nobis idest nobis prouidisse: & nō dedisse tibi maritum indignum.

ASCEN. ¶VT valeant aliæ &c. Et hæc sancta adhortatio, quia admonemur: vt corpus valeat animam sanare, & vitia mentis fugere. ¶Tantū. i. tantūmodo. vita. i. deuita & fuge piura. ¶His quoque vitatis. i. posito quod ēt hæc mala euaseris, & alteri incolumis nupseris adhuc opus erit vti opera Dianæ, quia ipsa est Lucina quæ præest parturientibus & in lucem veniētibus, vt in Buco. Casta faue lucina tuus iam regnat Apollo, sed & Iuno Lucina dicitur. vnde Comicus Iuno Lucina fer opem &c. Cū ergo Dianam inuocabis quęrat e quo & ita si ex alio quam ex me fi. t memor periurii tui & opem negabit. Non agitur de me. i. causa mea aut de periculo meo & id amatorie & callide dicit. amatorie quidem, quia se plus illi quam sibi timere significat. callide autem, quia non sibi soli per illud consulere videtur. vt plenior sit dictis fides. Cur modo &c. vult vt parentes sciant quod iurauerit, vt & illi metu mortis filiæ suæ inducti consentiant. Nota certa furoris. i. quæ res est certa nota. i. certum indicium furoris. i. amoris nimii concepti. Et est per parenthesim insertum: & relatiuū sicut sæpe apud Maronem subauditur. Deciderunt: quidam textus habent deciderint vt sit modus subiunctiuus pro indicatiuo, quia deciderūt penultimam legitime producit. verum poetæ volentes rem subitam significare sæpe in ea persona syllabam longam corripiunt, vt in Bucolicis: Matri longa decem tulerunt fastidia menses. Vbi tn̄ quidam tulerint legunt. & in Geor. Miscuerūtque herbas & non innoxia verba. & in Aenei. Obstupui steteruntque comę & vox faucibus hæsit, hic ergo subito casum significat, Sicut & is qui dicit: Non eodem cursu respondent vltima primis: postmodo. i. postmodum, nescio qua: idest per quā viā. Lecta vbi quondam nunc quoque verba refer. Id callidissime monet, vt denuo etiam matre teste se iureiurando astringat. Si modo mater erit: si materno volet officio fungi. Si tamen & quærat. Docuit iustum & vtile esse vt seruata fide sibi nubat Cydippe, nunc idem docet & decens & vtile, vt ille quidem prius docuit, qui sic mortem euadat, nunc autem quia generosum virum & sui amantissimum obtineat. Cum ergo genus suum laudare vix audeat, patriam laudat.

¶Insula

INSVLA corycíis: commendatio a patriæ præstantia: quam dicit cultam a musis: quoniam ex cæa insula fuere: Simonides poeta: vt auctor est Stra. & ex fratre filius Bachilid[illegible] [illegible]orycinas nymphas: non vt inscite aliqui putauerunt dictmus a Corycio insula Dianæ sacra sed de Co[illegible] antro in P[illegible] musis sacrato: ideo in Metamorphosi est cum Deucalion & Pyrrha Parnasum conscendunt: Corycidas nymphas & numina m[illegible] [illegible]dorant. Cæa: cæam insulam in ægeo esse diximus: vbi lex erat: vt Menander notauit: vt sexagenarii interimerent[illegible] [illegible] [illegible]quis in insula. [illegible] [illegible]hil: [illegible] nec patriæ præstantia: nec antiquum genus esto non probes solus amor me tibi con[illegible]are [illegible] Hæc tibi in somnis: colligit Epistolam quam commendat ab auctoritate deorum a somnis verisimilitudinem afferens: & Diana & Amor hãc vt tibi scriberem Epistolam iusserũt. Alterius: cupidinem intelligit: cuius violentia vexabatur. Alterius: Dianæ: cuius ira Cydippe vexabatur. Iuncta: quoniam neuter sine salute alterius valere poterat. Talem iurata maritum: cum mihi matrimonio eris iuncta. Sanguine votiuo: mactatę erunt hostię: quas pro te & tuo coniugio voui. Ponetur imago: aureum malum in æde Dianæ suspensum. Causa: sacrati mali. Effigie pomi: huius pomi dedicatio testimonium exhibebit. Fuisse rata. ad vota successisse. Consueto fine: vale non modo in fine: sed in principiis veteres ponere consueuisse scribit Seneca.

ANTO Qui pclari ex cæa insula fuere Coryciæ nymphę q̃ & vĩdictę Cæa ĩsula q̃ & vñ: & truculẽtissima lege quæ ibi vigerat Vale verbũ quo loco consueuit ab auctoribus poni

INSVLA: dicit esse ex Cæa insula: quæ est in Aegęo mari: vt supra in argumento dixi: quæ probatur non ignobilis: quia olim celebrata fuit a nymphis Corycíis cauendũ ne legatur Corynthus: quia nec sensus: nec metri ratio patitur sed Corycius ita dictus a Coryco antro in Parnaso: de quo Strabo sic inquit: Vniuersus Parnasus consecratus existit. & antra: & alia loca sanctitate digna continens: ex quibus celeberrimum, & formosissimum extat Corycium nympharum antrum eodem: quo & Cilicium nomine nuncupatum: dicit ergo Cæo olim fuisse nymphas corycias: de quibus Ouidius libro primo Metamorpho. Corycidas nymphas: & numina montis adorant: vbi male quidam legunt Corcíridas. Insula Cæa: adiectiue dixit sicut isula Chia: pro Chios. Illa: insula. Nec si generosa probaris nomina: idest si etiam placet nobilitas tibi. Nec arguor: non probor ortus auis despectis: idest non sum natus villibus, & contemptis maioribus. Sunt & opes. laudat se a reliquis: quibus amantes solent se laudare. Vtq; nihil: vt: idest quamuis nihil iungat me tibi amplius. Amor est mihi: idest certe amo te. Appeteres: idest appetere deberes. Vel: idest etiam. Non iurata. sine iuramento. Hæc tibi: dat auctoritatem suis scriptis dicens se scripsisse monitu Dianæ & amoris. E quibus: Diana & amore. Sagittæ alterius: scilicet amoris. Nocuere mihi: quia percusserunt me. Tela alterius: scilicet Dianæ. Iuncta salus nostra: idest mea vita est coniuncta cum tua: ita vt te periclitante ego etiam sim periclitaturus. Duobus: tibi & mihi. Quod si contigerit: vt feras opem ambobus: idest vt mihi nubas. Cum iam data signa sonabunt: dicit quando celebrabuntur festa Dianæ in Delo & offerentur ei sacrificia votiua tunc Acontius suspendet in templo Deæ effigiem pomi aurei in quo duobus versiculis testificabitur Cydippen seruasse: quæ in eo pomo scripta legerat & iurauerat. Cum data signa sonabunt: quia sonitu tubarum vocabant ad sacrificia. Delos: insula vbi colitur Diana. Erit tincta: idest maculata. Sanguine votiuo: sanguine victimarum ex voto interfectarum. Rata: valida: habuisse effectum Longior: dicit se nolle plura scribere: ne prolixitate fatiget & afficiat molestia ipsam Cydippen ægrotantem & infirmam: ordo est: vale o Cydippe Epistola longior lacesset corpus tuum infirmum. Et vt sit clausa: idest conclusa. Fine solito: quia finis Epistolarum solet esse Vale.

HVBER. Cæa isula Coryciæ nymphæ Corycium antrum a quo & Cilicium qui & vbi locorum sit

Vbi Diana colebat

Insula coryciis quondam celeberrima nymphis
Cingitur, ægeo nomine cæa mari,
Illa mihi patria est, nec si generosa probaris
Nomina: despectis arguor ortus auis.
Sunt & opes nobis: sunt & sine crimine mores:
Amplius vt nihil est, me tibi iungit amor.
Appeteres talem, vel non iurata, maritum,
Iuratæ, vel non, talis habendus erat.
Hæc tibi me in somnis iaculatrix scribere Phœbe,
Hæc tibi me vigilans scribere iussit amor.
E quibus alterius mihi iam nocuere sagittæ,
Alterius noceant ne tibi tela caue.
Iuncta salus nostra est: miserere meiq; tuiq;
Quid dubitas vnam ferre duobus opem.
Quod si contigerit, cum iam data signa sonabunt,
¶NEC me despicias: hic ostendit quomodo rependit & reparat. nam breuitatē formæ, famæ (vt ait) celebritate extendit. q̄q̄ allusio videri potest nō debuisse maius corpus formari sub bissyllabo noie: & tam breui: vt q̄ certa ratione excusare non pōt ingenua quadā vrbanitate eleuet. ¶ Cādida si nō sum: Andromede Cephei Aethiopum regis filia a Perseo notissima fabula amata est: & ipsa liberata nullis precibus parentum potuit retinere (vt scrib. Hygi.) quo minus Perseum liberatorē sequeretur: relata in cęlum Mineruæ beneficio: vestigia vinculorum quibus exposita fuit monstro ætate sua p māsisse scri. Pli. in Iope portu: vbi illud monstrum fabulosum celebratur: cuius ossa Romā relata fuisse idē est auctor. Alibi Ouidi. Andromedā nigris Perseus portauit ab indis. Andromede pterea liberta Iuliæ Augustæ paruitate corporis insignis: nam duos pedes non excessit & palmū. De perseo multa recitauimus ex græcis auctoribus i cōmen. siluarum: in eum versum: Flucti vagus volucrem comebat Persea dictus: illud adde quod Pherecydes scripsit Perseum Argos redisse cum Cyclopibus: matre Danae: & Andromede vxore: & cum patrem ex Larissa accerseret iactu disci eum vulnerasse: mortuumq; humasse ibidem: βλωταν μεντωιρελτοσ και λυτοσ ηρχοντιλαειαν και ανδρομεδη παρθενω.

Andromedes fabula

Andromede de alia na/na q̄ fuerit Persei hi/storia

¶ Et variis albæ: Aristote. in septimo de historia animalium docet quę animalia inter se amica sint: quæ item inimica. vnde Pli. finem decimi natura. historia. traduxit eo capite: vbi agit de amicitiis & inimicitiis animalium: vbi ita scribit: Rursus amici pauones & columbæ: turtures & psitaci: merulæ & turdi: cornix & ardeolæ: vbi quod de turture & psitaco scribit: ex se tradit: ab Aristote. certe non accepit. Ouidius idem in psitaco Corynnæ: Omnes quæ liquido libratis in aere cursus: Tu tamen ante omnes turtur amice dole Plena fuit vobis omni concordia vita: Et stetit ad finem longa tuaq; fides. Aristo. in. vii. de hist. animaliū ita scri. ηδ' εὐνιο αταξ τικτεια αλλαδια το τα μεντωρ ποιεσ αδια φιαχ ποιεσας. Ait Aristo. Plinius psitacū dixit: quemadmodum quod Pli. tradit eodem libro de egitho: & asino. Aristoteles de acanthide & asino scribit: non de egitho: cuius alias meminit. hinc Sappho ostendit aliorum amantium exemplo se, quamuis nigra sit a Phaone candido amari posse: cum aues diuersorum generum & coloris naturali quadam iungantur amicitia: vt columbæ: & pauones. ¶ Iungunt variis: scilicet auibus: aues autem variæ sunt pauones varietate colorum distincti: nā de his omnino est intelligēdum: cum diuersi generis cōiungantur: vt et psitacus & turtur quod sequit. ¶ A viridi auera psitaco: qui ex india mittitur viridis toto corpore: vt scribit Plinius: torque tantum miniato. De psitaco plura leges apud Plinium. x. natura. historiæ: eundem Aristoteles ψιττάκην appellat genere fœminino ¶ Nulla futura tua est: prior pars huius versus sub conditione profertur: altera sub affirmatione. Si, inquit nulla tua est futura: hoc est nullam amabis: nisi quæ facie: idest præstantia formæ poterit videri digna te: idest conuenire formæ tuæ. ¶ Nulla futura tua est: affirmando negat. i. nullam omnino amabis. nulla enim tam formosa est quam tu: tum præcipue his versibus lasciuiam suam ingenue profitetur & se tribadem fuisse: vnde impudicos corporis motus didicerat: & illecebritatem gannitus. ¶ Cum Lesbo: Lesbos insula quasi metropolis æolicarum vrbium nobilis vinetis, & vini præstantia: nomen sortita a Lesbo Lapiti filio Hermete: prius Issa: Pelasgia: Aethiopia: Egira: Macharia denique appellata. eandem μακαρίων ἕδος. i. beata sedes: vrbem per circunductionem dixit Home. quo loco Crates: Aristarchus: & Eustachius ambigunt: quem locum poeta designet. Stra. in. viii. Lesbon affirmat. Machar enim insulam tenuit ante Lesbon regem: quo etiam Dio. tradit: quis eum Machareum nominet: huius filiæ fuere Methymne, & Mytilene a quibus duæ in insula vrbes cognominatæ sunt: Patriæ autem charitatem Sappho amori postponit. ¶ Nec vos errorem: qui erronem legunt sensum non percipiunt: & planetæ cognomen inepte huc transferunt. Remittere est condonare: vt remisi tibi iniuriam. i. condonaui. Remittere item est ad negligentiam descendere vt animum remittere dicimus, cum deponimus curas: & negligimus: cui contrarium est intendere ex translatione ab arcu. Monet itaq; Sappho siculas mulieres ne remissæ: & negligentes in errorem labantur: putantes soli & patriæ mutatione Phaonem esse sui dissimilem. Nam ait idem est & tam idoneus ad decipiendum: q̄ fuit in Lesbo: cū me decipit. ¶ Nec remittite: nec condonate errorem nr̄m. ¶ Tellure: q̄a Phaon tellurē mutauerit. ¶ Quæ dicit vobis: per rōnē subiungit. ¶ Nesiades ma. Nesis insula Cāpaniæ: cuius meminerunt Papi. & Luc. Neseidem: siue Nisidē dixerunt Scyllā poetæ. Oui. in remediis: pręterita cautus Niseide nauita gaudet: Tu loca quæ nimium grata fuere caue: vt legere posses Nesiades mr̄es. i. siculæ media syllaba per synæresim producta. Nesea præterea regio est iuxta ætnam montana: vt Strab. scrib. Cum ergo ante dixerit ad ætnam esse phaonem: appellat mulieres siculas nesiadas regione proxima: hæc sententia magis placet.

Multorū aialiū naturalis beniuolentia

Aues proprie quæ sint

Lesbos insula q̄ & vbi locorū sit & a quo nomē sortita est

Remittere q̄d proprie

Nesis isula q̄ & vbi locorum sit

Nesea regio vbi sit

ASCEN.

¶ Mensuram nois: q̄a bissyllabum habet nomen: quasi præsagio quodā inditum sit, sicut Hippolyto: q̄a equis soluēdus. vñ dici solet: conueniunt rebus noia sæpe suis. Candida si non sum: docet exēplis qd̄ ille monet: qui dicit: O formose puer nimium ne crede colori: Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur. Et variis. i. variorum colorū colūbis. Et niger a viridi turtur & cætera. Est ergo turtur sub incerto articulo ꝓ piscenū dū auē significat: nā de piscibus dicit Plautus: obustos turtures genere masculino: q̄ ? sequemur. Si nisi quæ faciæ: vt laudari mereatur: illud laudat a forma vultus qd̄ aūt bis dicit nulla futura tua est: sic cōstruit. Si nulla futura est tua. s. amica, aut coniux. nisi ea quæ possit videri facie. i. per faciem: digna te. nulla est futura tua: q̄a nullam talem inuenies. At me cū legeres. i. eligeres. Cū fit amoris opus: cū impudicitiæ notata sit mulier satis impudice lasciuiam suam fatetur: qd̄ in muliere pudica indecorū foret. Puellæ sicelides. i. sicelienses. sic Maro: Sicelides musæ paulo maiora canamus &c. Nec vos errorem. Ordo est: Nec vos o matres Nesiades. i. quæ Nesam regionem iuxta Aetnam colitis: & nurus. i. sponsæ: aut matronæ sicelides remittite. i. condonate: & abolete nostrum errorem. s. q̄ Phaonem amauimus, aut quem Phaon in nos commisit tellure. i. propter tellurem: hoc est nolite excusare errorem nostrum propter terram dicentes: videlicet nos stulte amasse: q̄a Phaon nō est de patria mea: sicut est de vestra: & ideo vos non errare: quæ eum in patria sua amatis & retinere potestis: quia Quæ dicit vobis: dixerat ante mihi.

Tu quoq; q̄ immites celebras Erycina sicanos:
Nam tua sum, vati consule Diua tuæ.
An grauis inceptum peragit fortuna tenorem!
Et manet in cursu semper acerba suo!
Sex mihi natales ierant, cum lecta parentis
Ante diem lachrymas ossa bibere meas.
Arsit inops frater, victus meretrices amore:
Mixtaq; cum turpi damna pudore tulit.
Factus inopus agili peragit freta cærula remo:
Quasq; male amisit, nunc male quærit opes.
Me quoq; q̄d monui bene multa fideliter, odit:
Hoc mihi libertas: hoc pia lingua dedit,
Et tanquā desint: quæ me sine fine fatigent:
Accumulat curas filia parua meas.
Vltima tu nostris accedis causa querelis:
Non agitur vento nostra carina suo.
Ecce iacent collo sparsi sine lege capilli,
Nec premit articulos lucida gemma meos.
Veste tegor vili, nullum est in crinibus aurum,
Non arabo noster rore capillus olet.
Cui colar infelix? aut cui placuisse laborem?
Ille mei cultus vnicus auctor abest.
Molle meum leuibus cor est violabile telis
Et semper causa est, cur ego semper amem.
Siue ita nascēti legem dixere sorores:

DOMI. ¶ SICAnos immites: a Sicano rege appellatos siculos: de quo historiam lege apud Diony. alicarnaseum in primo: vnde Solinus quædam accepit. Thucydides quoq; in. vi. histo. ita scribit: σικανοι μετα μετα τουτο πρωτοι φαινονται ενοικισαμενοι μικραν σφισι και ει προτεροι. ¶ Immites: crudeles in me: cum retineant phaonem delicias meas. nam est epithetō nō perpetuum siculorum. sed conueniens præsenti affectui Sapphus. ¶ Erycina: de felicitate tēpli Veneris Erycinæ, & de mulieribus eius ministerio dicatis. diximus in commenta. sylua rum. inuocat autem Venerem: qm poetæ: qui amatoria scribunt sunt in Veneris tutela: vt Plato scribit: poesim dicatam esse musis: sed amorē Veneri. & Papi. de Stella ad Venerem Hic tibi plectra dedit, mitisq; incedere vates Maluit. propterea sequitur: Vati consule Diua tuæ. ¶ An grauis: nimirū, inquit, in hāc calamitatem delapsa sum: quoniam fati tenor, & series: quæ mala in me esse cœpit: non desinit. ¶ An non tam interrogantis est: q̄ suc censentis pertinaciæ fatorum. Alibi Briseis: An miseros tristis fortuna tenaciter vrget: Nec venit incœptis mollior aura meis. ¶ Natales. anni. a sexto, inquit, anno per mala tanq̄ per articulos producta sum. natales pro conditione ortus & generis. Iuue. vero pro celebritate diei natalis protulit, Palmam inter dominas virtus natalibus æquat. i. non aliter ea victoria exhilaratur, q̄ diei natalis celebritas. Sed plura illic leges in commentariis: hic natales pro annis accipiuntur. Tot enim dies natales celebrantur: quot aguntur anni: & victoria illa apud Iuuenalem: singulis annis tanq̄ dies natalis colitur. ¶ Ossa lecta: Seruius: Nescio quis parum vtiliter se grammaticum professus: illud Virgilianum exponēs: Ossaq; lecta cado fabulosum confingit amorem. Nescio quid ambigit. legebantur ossa. i. cineres: cum flamma rogi subsederat. non q̄ legerentur: vt ille putat: sed colligebantur: hoc aūt verbū est pontificale: & ex lege. xii. tabularum: lex hoc carmine scripta erat, Hoi mortuo ne ossa legito: quo post funus faciat. ¶ Arsit inops frater: Sappho tris fratres habuit: vt ante diximus: Larycum: Eurigium: Charaxum: qui Rhodopem meretriculam amauit. Nā Xanthus Samius Rhodopem puellam Thraciam in Aegyptum detulit: quæ antea Cadmoni seruierat vna cum Aesopo fabularum scriptore ibiq; prostabat: illecebrisq; meretricis magnū fecerat quæstum: adeo vt Strabo, & Pli. scribant Pyramidem ab ea fuisse erectam: quod tamen Herodo. temporum rōne refellit: cum alioquin ingentes opes illius fuisse concedat: testimoniumq; afferat ex decima ab ea persoluta verubus ad torrendos boues Delphis dicatos: Tam autem gratæ libidinis fuit: vt in Græcia eius nomen celebre fuerit: vt postea Archidices: quis tamen ad illius famam non accessit: Charaxus: cum vnum lesbium ad Naucratim comportaret: eius amore captus: redemitq; in libertatem grandi pecunia, tandem ipse in patriam est reuersus: puella in ægypto permansit. Sappho (vt Strabo scribit) eam doctrinam appellat: addens ad quod ipse quoq; fabulosum esse ait: de calceo ab aquila delato Memphim. quod si voles leges. in. xv. illius operis. ¶ Inops: redempta in libertatem meretricula. ¶ Male: turpiter: & per infamiam. ¶ Male quærit: magno discrimine & incommodis. ¶ Monui multa: immo lacerauit fratrem multis carminibus: nec tn̄ vt scri. Hero. in. ii. historiarum: ευχαροξας δε σαπφω μιν εν μελεϊ κατεκερτομησε [illegible]. Lingua pia ab eo locos qui præter spem dicitur: & miserationem mouet, & fratrem trahit in odium: cum sibi aliter euenisse ostēdit q̄ oportuerat. ¶ Filia parua: hanc peperit Cercyla Andrio coniuge iam mortuo: puella quę appellabatur Cleis: quod Suidas ita scribit: και θυγατερα εσχεν κλεϊν [illegible]. ¶ Non agitur: per interrogationem legendum est. nam cū proposuerit fortunam aduersam in se pertinacem esse: enumeratis singulis incommodis: q̄si probauerit quod propositus per interrogationem acclamat. ¶ Nonne nr̄a carina. i. nr̄æ fortunæ cursus: agitur. i. percellitur: suo cursu: sua pertinacia & serie malorum. nā ad id refertur: quod dixerat. An grauis inceptū pagit fortuna tenorē, Et manet in cursu semper acerba suo. Non agitur interrogatiue. q. d. agitur. nā est ita: interrogamus non feci: per inde est ac si diceres feci. Vel nō potui abreptā diuellere corpus: cū aūt dicimus ægi: negamus. Ecce iacēt: misericordiā mouet ab habitu. ¶ Capilli sparsi sine lege: mulieribus fortunę miseratio sparsi capilli & funebris prope dolor. ¶ Sine lege: incōpti & sine ordine. ¶ Nec præmit auri annulum etiā, inqt, deposui. nam in dolore abiiciebatur: etiā a viris: q̄ fecit ois nobilitas cū Gne. Flaui libertino patre ædilis creatus est: a Caio Petilio cōsulis filio præterito: equites vero non annulū: sed phalerā deponebant in mœrore publico. ¶ Aurū: in cri. Home. in xvii. Iliados scri. Euphorbū Panti filiū habuisse implicitos crines auro: & argento. Propterea Pli. dubitat an vsus auri cœperit a viris: an mulieribus: cū de viro illud Home. affirmet: nec antiquius extet in muliere exemplum. ipse tn̄ Home. carmen non indicat nec noiat Ephorū. ¶ Rore arabo. i. myrrha: qua vncti crines myrrhei dn̄. Hora. Dic & argutæ properet Neeræ Myrrheū nodo cohibere crinem. de myrrha alibi diximus. Siue ita nascenti: ex disciplina mathematicorum: qui dicunt hoiem sortiri vitam ab ineunte ætate. ¶ Sorores: parcæ: quę tres sunt noto carmine Hesiodi: & nostrorum consensu pro fatis ab Home. accipiuntur: & vbi Alcinous ait: κεῖνος γὰρ πρὶν ἐκ μακάρων [illegible] αἴνου [illegible]: quod Plato quoq; in legibus ostendit.

ASCEN. ¶ TV quoq; iplorat auxiliū Veneris: cuius præclarū erat in Eryce monte Siciliæ tēplū, eiusq; se vatē dicit: eo q̄ sæpe lascinos cantauerit amores. Ondit p̄terea q̄d & superiores fere heroides malorū suorū seriem: quasi generi suo fatalem. Sex mihi natales: ordo est: Sex natales. s. dies. i. sex anni ierant. i. trāsierant mihi: cū ossa parentis. i. patris mei lecta. i. collecta ex rogo: bibere meas lachrymas: quas. s. infudi ante diem. i. maturum tempus, sicut: Sed cadat ante diem: Aenei. iiii. Quasq; male amisit: nunc male quærit opes. Id vsu venire solet: vt in filio prodigo nobis depinxit seruator. Et ideo, quia vt dicit alibi. Non minor est virtus q̄ quærere parta tueri: monendi sunt iuuenes: ne sua dilapident: aut prodignat. ¶ Ecce iacent, vt cōmiseratiōnē excitet: recitat neglegentiam cultus sui. Rore arabo. i. myrrha. dicit aūt hic Arabus. a. um. & Arabs. sed hic gētile nomē p̄ patrio vsurpauit. i. p arabico. Cor est violabile &c. hic patet monosyllabū cor aliqn̄ pduci. Siue abeūt studia in mores: qa cōsuetudo est altera natura: studēdū est ergo q̄ primū rebus honestis: qd sese nō fecisse fatetur & dolet.

¶ ABeunt

Marginal notes: Siculi vnī sicani dicti sint — Erycina q̄ sit — Poesis quā obrē veneri dicata sit — Natales quot hēat significata — Lego pōtificale verbum est — Lex antiq̄ — Charaxis amor — rhodopes meretrix famosa q̄ fuerit Aegyptiorū intemperātia — Cercyla q̄ fuerit — Cleis q̄ sit — Modus interrogādi — Ritus antiquorum — Vsus auri a quibus incepert — Myrrhei crines qui dicti sint — Mathematicorum — Parcæ quot sint.

¶ ABEVNT studia in mores.i.sue formamus mores studiis:in quibus versamur.¶ Thalia:studium poetices:Musæ Arcadides ét appellatæ sunt:vt aliquid afferamus non omnibus notum ab Ardalo Vulcani filio:qui cum ad Thoezenios tibiã & musas detulisset:eas ita appellauit. Arcades negant Erato esse musam:sed vatem fuisse aiunt: quæ nupserit Arcadi Calistus filio. Aegyptii tris tantum vates colunt: Fibilam. Herofilem:Exsabẽ.¶ Fila seuera,allusio est ad parcas:quæ vitã humanam nere dicuntur.¶ Seuera,pertinacia.¶ Abstulit:rapuit allectã in amorẽ:deiecitq; mentem & consiliũ.¶ Raperes: nã aurora Cephalum,cuius amore capta est:rapuit:abduxitq; per auras. Ouid. Lutea mane videt pulsis Aurora tenebris: Inuitũq; rapit.ea deserta ad Procrin est reuersus:quã inscius interemit:nota fabula Ouidii præsertim carmine in fine artis. Hyginus quædam fabulosiora addit: quamuis ex historia videantur.

Et data sunt vitæ fila seuera meæ.
Siue(abeunt studia in mores,artesq; magistræ)
Ingenium nobis molle Thalia dedit.
Quid mirum: si me primæ lanuginis ætas
Abstulit:atq; anni,quos vir amare potest?
Nunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebã:
Et faceres,sed te prima rapina tenet.
Hunc si conspiciat,quæ conspicit oĩa,phœbe:
Iussus erit somnos continuare Phaon:
Hunc Venus in cælũ curru vexisset eburno:
Sed videt,& Marti posse placere suo.
O nec adhuc iuuenis,nec iam puer,vtilis ætas:
O decus,atq; æui gloria magna tui.
Huc ades,inq; sinus formose relabere nostros
Non,vt ames,oro sed te vt amare sinas.
Scribimus,& lachrymis oculi rorantur abortis:
Aspice sit quantum hoc multa litura loco.
Si tam certus eras,hinc ire:modestius isses:
Et modo dixisses, lesbi puella vale.
Nõ tecũ lachrymas:non oscula summa tulisti:
Deniq; non timui, quod dolitura fui.
Nil de te mecum est,nisi tñ iniuria,nec tu
(Admoneat quod te)pignus amãtis habes
Nõ mãdata dedi,neq; enim mãdata dedissem
Vlla,nisi vt noles immemor esse mei.
Per tibi,qui nunquam longe discedit,amorem,
Perq; nouem iuro numina nostra Deas.
Cum mihi nescio qs,fugiunt tua gaudia, dixit:
Nec me flere diu,nec potuisse loqui.
Et lachrymæ deerant oculis: & lingua palato:
Astrictum gelido frigore pectus erat.

¶ Hunc si cõspiciat:alludit ad fabulã Endymionis:qui quoniã primus cursũ Lunæ deprehendit: vt ait Pli. dictus est dilectus fuisse a Luna:quẽ dormiẽtẽ osculabatur:huius sepulturam ostendit:vt ait Strabo: Ad Latmium montem Cariæ in quodam antro: vbi est mons periculorũ: vt scribit Hæcateus. plura de hoc in cõmentariis syluarũ diximus.¶ Iussus erit cõtinuare somnos:curabit enim Luna:vt semp dormiat Phaon:q formosior est:vt hunc osculetur. Nimirum hunc locum accepit Ouid. ex poemate Sapphus: nam apud græcum scriptorem ita legitur: ϖεριδετουτιο σεληνω ϖροσ δαι τον ερωτοσ ιο χρισ αϖφωσ ερασ ξφο νσ αυτω και κατερχισ σαι τιροσ αιτω νυκτωαι τηνικο τι ευν. μιχουσ ϖηκαιον ευμεν ιεντ αι διαϖαυτοσ ιελειν αμτεν.¶ Curru eburno:argẽteũ currũ tribuunt Lunæ poetæ:qm illi argentũ dicatũ sit: vt scrib. Eustachius: eburnũ Veneri. Ebur aũt æthiopibus etiã in pretio:qui regibus Persidis vicenos dentes elephantos singulis annis pẽdebant:vt Herodotus scri. id aũt fuit. ccc. decimo anno ab vrbe condita.¶ Huc ades: blandientis est mulieris, & amanter gestientis.¶ Rorantur:guttis humectant. id enim propriũ est rorare hoc loco. nonne dixit aspice quantum multa littura. nã dicere solemus, & debemus, q̃ multa litura.¶ Hoc loco: hac parte Epistolæ: quæ oblitterata est manantibus lachrymis. Pli. profecto in oculis aĩus inhabitat: ardent:incendunt:humectant:conniuent: hinc illæ misericordiæ lachrymæ: os cũ obsculamur: aĩum ipsum videmur attingere:hinc fletus & rigantes ora riui, quis ille humor est in dolore tam fœcundus & paratus. Superiorem autem versum ita leges mea quidem sententia:Non vt ames oro:sed te vt amare finas.¶ Lachrymis abortis:inter scribendum exortis:ita illud Vir. de Didone:Atq; sinum lachrymis impleuit abortis:in sermone.s.¶ Si tã certus eras: accusat rusticitatem quod se discedens ne salutauerit quidem.¶ Lesbi puella: hæc erat appellatio sine vllo amoris indicio saltem si non proprio nomine: aut amicam appellans: dixisses lesbis puella vale.¶ Oscula: & in iis sua est lasciuia:cum oscula columbarum dixit Martialis impudicum osculum intellexit. nam columbæ osculantur proprio ritu,ante quam misceantur: ratio, inquit, familiaritatis hoc ordine abs te impenda fuit: vt salutares: tum nostra acciperes oscula:deniq; munera.¶ Quod dolitura fui: non timui discessum tuum: ob quem eram dolitura.¶ Iniuria. quod scilicet me deseruisti ad concubitum referre non placet: eo enim Sappho alibi gestit, & in mœrore eius memoriam repetit.¶ Nec admoneat quod tu munus amantis habes:causam ostendit:quare munera discedentibus amicis dari accipiq; soleant: vt scilicet sint monumenta amici absentis:cuius representent memoriam: sed nec tu, inquit, reliquisti mihi aliquid discedens præter iniuriam:qua sum deserta:nec a nobis accepisti quod te admonere possit mei absentis. Itaq; leges: Admoneat vt dicat:nec te potest admonere.¶ Amantis: idest mei munus: quod habes: nullum enim discedens accepisti:ad coitum referre non placet.¶ Quid enim sensus est:nec ego admonui te:quod tu habes munus amantis:idest coitũ necesse est superioribus conueniat:vbi ait eum nihil sibi reliquisse: & hic dicat eundem nihil a se accepisse:quod absentis monumentum sit.¶ Per tibi qui nunquam:iurat per numina proxima:qui ac primum inuidiam obiicit:Iuro,inquid tibi per amorem qui nunquam longe discedit: vt ad id referatur. quamuis ipse procul discedas: hic semper proximus est, nam semper amo.¶ Per & iurantis particula:quæ nunquam sine accusatiuo effertur:nam illud virgilianum Per tibi, si qua est, quæ restet mortalibus vsquam Intemerata fides:idem est ac si dixisset per fidem si qua est: &c. sed antiqua simplicitate relatiuum, nomenq; cõsonant.¶ Cum mihi simplicitate narrationis fidem:quam iuramento parauerat:omni ex parte implet:nam ita narrat: vt non aliter accidisse credibile sit.

¶ QVID mirum &c. Purgat errorem suum cum laude Phaonis:tam enim illum formosum:atq; amabilem prædicat vt non potuisse eum amare in ea præsertim ætate: qua etiam ab Aurora amari potuisse: vt Cephalus: & a Luna vt Endymion, & a Venere Vt Atis. Litura a lino supinum litum corripitur: vnde & litera corripi debuit:sed t geminatur sicut in quatuor, quotidie: retulimus, eadem de causa. Modestius isses, idest ire potuisses aut debuisses. Lesbi puella: vocatiuus est a nominatiuo Lesbis lesbydos, & ita corripitur vltima: quæ genitiui casus a nominatino lesbos produceretur. Deniq; non timui &c. Sic quarto Aeneidos Dido. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Et perferre soror potero. Quia vt dicit diuus Gregorius. Tela Præuisa minus lædere solent. Per tibi qui nunq̃ &c. Iuramenta solent a poetis de legi apta personis & negociis: vt nautæ per maria, vt Palinurus: Maria aspera iuro. Parentes per salutem filiorum, vt per caput hoc iuro:per quod pater ante solebat: viri fortes per dexteram: & hic amans per amorem:quem dixit nunquam longe discedere:aut quem eum sibi præsto habet:aut quia subito puniat perfidos. Perque nouem. &c. quia & ipsa vates per musas iurat. Cum antiqui u. in o. vertebant, vt volcis, vortex: vorto: sed tunc volunt temporis cum scribi: cum tamen antiqui nunquam u geminarent scribentes in nominatiuo seruos, dauos, auos & cætera.

DOMI.
Musæ q̃re ardalides dictæ sint
Erato quæ fuerit
Cephali fabula
Endymionis fabulã & ipsius allegoria
Cur lunæ argẽteum currum tribuatur
Ebur veneri dicatum
cur apud æthiopes magno p̃tio fuerit
Rorare q̃d ppriũ sit
Audi q̃ de oculis Plinius dicat
In osculis lasciuia est
Per p̃positio cũ quo iungatur.
ASCEN.

DOMI. ❡NON aliter: per comparationem doloris: magnitudinem exprimit: & quasi rei probatæ cumulum addit. ❡Pia mater non tantum mater, sed quæ pia etiã est: & vnice filiũ amauit. ❡Corpus inane: cadauer vacuũ anima. ❡Rogos extructos: rogus construebatur lignis congestis in vnum: vnde strues lignorum dicitur: de quo hoc carmẽ extat legis.xii.tabul: rum: Hoc plus ne facito rogũ ascia ne polito. Olim in terra ponebantur mortui: etiã apud Romanos: & postea quãuis cremari institutũ sit multæ familiæ priscũ ritum seruabant: vt Cornelii patricii: ex quorũ familia nemo crematus est ante Syllam, qui id de se iussit: veritus ne cadauer erueretur a Marianis: nã ipse. C. Marii sitas reliqas apud Aniene victo dissipari iusse tat: hoc est quod Plinius subobscure in septimo scribit: apertius Cicero in legibus. ❡Gaudet & e nostro: mouet misericordiã: cum ostendit fortunam suam ludibrio esse aduersariis. ❡Crescit: exhilaratur: sumit aios. ❡Quid dolet hæc: verba Charaxi insultantis sorori & acerbe obiurgantis amoris turpitudinẽ. ❡Filia: ad id refert qđ dixit antea: se non minus dolore: q̃ q̃ luget filiũ amissum cui addit testimoniũ fratris. Is enim cũ videat tñ eius mœrorẽ quãtus in filii funere esse sol: t: innuens eã alia de cã dolere: quæ qdẽ turpis est. Non debet, inqt, tantopere angi: nec hic mœror est pro filia q̃ quidem viuit: hæc autem fuit filia Cereylę & Sapphus. ❡Non ueniunt in idem: est præmunitio eorũ: quæ dictura est sñia simplex. eadem solet pferri cũ ratione: vt illud in omni certamine: qui opulentior est ẽt si accipit iniuriã: tamẽ qm̃ plus põt facere videt̃. duplex est: vt illud Terentianũ: Obsequiũ amicos: veritas odium parit. ❡In oratione autem sñiæ sunt tanquam lumina minus crebræ apud antiquos: sed postea corrupta eloquentia nimis vsurpatæ sunt: qđ inuidiose i Senecã vt puto dixit Fabius. ❡Veniũt in idẽ: idem non põt pudoris habere rationem & dare operam amori: alibi Ouid. Quid deceat, nõ videt vllus amans. ❡Omne vulgus videbat. s. me: & tñ supple ego negligebam: non enim poteram seruire pudori: cum tam perdite amarẽ. ❡Tu mihi cura Phaon. i. negligo oẽs: nec me eorum pudet: tui enim amoris legibus idulgeo Phaon. ❡Illic te inuenio: in somnis saltem te amplector: somnia interpretari Plinius scribit Amphyctionem docuisse: de qua scientia Chrysippus & Antipater libros ediderunt: vt ex interpretatione Antiphontis apparet: qui hæc exponebant coniectures sunt appellati. ❡Non satis longa: nam statim expergiscor, Idem Hero ad Leandrum: Me miseram breuis hæc est: & nõ vera voluptas. Quã Epistolã non esse Ouid. certa ratione docuimus: nam nec quæ legitur Paridis ad Helenã: nec quæ Helenæ ad Paridem: nec quę Leãdri ad Hero: nec quæ Herus ad leandrũ: nec quæ Acontii ad Cydippen: aut Cydippes ad Acontium: ab Ouidio vnquam scripta fuit: qđ ipse aperte testatur: nã ad macrũ scribens ait se dictasse literas noie Heroidum Helenæ: Medeæ: canaces: & aliarum. Quod Paris & Machareus: & qđ male gratus Iason: Hyppolytiq; parẽs Hyppolitusq; negat. noie vero virorũ Sabinus Epist. cõfinxit: qđ ibidẽ testat̃. ❡Quã cito de toto rediit celer orbe Sabinus: Scriptaq; diuersis retulit ille locis, si ergo primus scripsit Helena ex Oui. posteaq; respondit Paris ex Sabino: quo possunt esse Ouidii. nã Helena hic non scribit, sed respondet: & Paris nõ respondet, sed prior scri. nimirũ hæ Epistolę adulterinę sunt & eodem pene stylo ab aliquo scriptæ: quo reliquæ falso ad Ouidi. referuntur. ❡Ora vigilant sensibus meis: non aliter: inquit loquor & exprimo quod sentio. q̃ si vigilarẽ: nã reliqua corporis sopitoros vigilat ad verba exprimẽda. ❡Sensibus: sensus & sensa dixerunt antiq: quæ aio cõcepimus: auctor Fabius. ❡Titan: Sol a Titea matre: vt nõnulli putant. Idẽ Hyperion a patre Hyperione: auctor Diodo. ❡Antra nemusq;: per cõmemorationẽ loci miserationẽ facit, qui locus frequentissimus est apud Virg. ❡Prosint: lenire possint desideriũ meũ. ❡Inops mẽtis: amens. ❡Ericthos maga celebrata etiã carmine Lucani incantatione potentissima: ante idem nomen ab Ouid. vsurbatum. ❡Pendentia: sublimia. ❡Instar: non minoris pretii apud me erant. ❡Marmoris Mygdonii: Mygdonia Phrigiã terminat a meridionali latere: vnde mygdoniũ p Phrygio accipimus. Papi. in syluis de Tithono: Mygdonii: Piliiq; senis: marmor item mygdonium phrygium intelligimus: qđ pretii magni erat. & idem sinaticum dicebatur. de hoc plura scripsimus in commentariis syluarum: Mygdoniam item coniungit Plin. cum Macedonia. erat præterea lapis phrygius gleba quædam pumicosa: quæ vtebatur perfusa vino apta tingendis vestibus. Sappho marmoris lesbii non meminit. nam id liuidius erat versicolores maculas habens.

Postq̃ se dolor imminuit, mea pectora planxi,
Nec puduit ruptis exululare comis.
Non aliter, q̃ si nati pia mater adempti
Portet ad extructos corpus inane rogos.
Gaudet, & e nostro crescit mœrore Charaxes
Frater, & ante oculos itq;, reditq; meos.
Vtq; pudenda mei videatur causa doloris,
Quid dolet hęc? certe filia viuit, ait
Nõ veniũt in idẽ pudor: atq; amor: oẽ videbat
Vulgus: eram lacero pectus aperta sinu.
Tu mihi cura Phaõ, te somnia nostra reducũt,
Somnia formoso candidiora die.
Illic te inuenio, quãquam regionibus absis.
Sed non longa satis gaudia somnus habet.
Sępe tuos nostra ceruice onerare lacertos:
Sæpe tuę videor supposuisse meos.
Oscula cognosco: quę tu committere linguę:
Aptaq; consueras accipere, apta dare.
Blandior interdum, verisq; simillima verba
Eloquor, & vigilant sensibus ora meis.
Vlterius pudet hic narrare, sed omnia fiunt
Et iuuat, & sine te non licet esse mihi.
At cum e Titan ostendit: & omnia secum,
Tam cito me somnos destituisse queror.
Antra, nemusq; peto: tanq̃ nemus antraq; psint:
Conscia deliciis illa fuere meis.
Illuc mentis inops, vt quam furialis Enyo
Impulit, in collo crine iacente feror.
Antra vident oculi scabro pendentia topho:
Quę mihi mygdonii marmoris instar erãt.

ASCEN. ❡Nec peccet qui indifferenter cum scribat. Planxi. i. percussi. Crescit nostro mœrore: vnde Sinon Aenei. ii. Hoc Ithachus velit & magno mercent̃ Atridæ. Grauis eni dolor est: cũ mala nr̃a inimicis gaudio sunt: & nos illis ludibrio: vt ergo Charaxes. Quid dolet. s. soror mea: quæ meos amores olim tã seuere taxauit: atq; vituperauit: certe non dolet mortem filiæ: qa filia viuit. q. d. agnosco eã amore perditã. Et si dicat Phaõ eã sibi hũc dolorẽ fecisse: qa nõ texerat amores. R̃ndet non veniunt in idẽ pudor atq; amor. Tu mihi cura Phaõ: docet vt redemet̃ se vehemẽtissime amare: ita vt sicut Terentianus Phædria a Thaide expostulat: Nihil aliud expostulat: nec vigilans cogitet. Vehemẽtis asit amoris indiciũ est: cũ & i somnis occurrit dilectus: Formoso die: qa luce nihil pulchrius aut amabilius: & tñ qa per noctẽ fruitur p imaginationẽ pñtia amici pfert noctẽ diei. Legendũ puto formoso nõ formosa: nõ q diẽ etiã nocti cõdistinctũ nõ inueniã in fœminino gñe. Nã maro dicit lib. v. Postera cũ primo stellas oriẽte fugarat Clara dies &c. sed qa vnius vocalis sic vitat̃ cõcursus. Cõmittere liguæ: vt. s. lasciuius exequat̃: q̃ cõfessio i fœmina pudica indecora eẽt Cõsueras, p cõsueueras: nec versus patit̃, vt cõsueueras legat̃. Oia fiũt ẽt coitus. Antra nemusq; peto: tanq̃ nemus. sic Maro in Buco. Iã mihi p rupes videor: lucosq; sonãtes Ire libet partho torq̃re Cydonia cornu Spicula: tanq̃ hæc sit vel medicina furoris. Vtq̃. i. vt pote q̃ furialis Enctos. i. venefica: & icãtatrix. Illa: aut illius similis impulit. Scrabo topho: sic in Geor. Et tophus scaber: qui qa scaber & asper est purgandis vasis conuenit. Instar. i. in statum & valorem aut æquipollentiam marmoris mygdonii: idest phrygii.

Marginal notes: Rogus qđ pprie sit Carmẽ. xii tabulatum ritus sepeliẽdi apud priscos: & qñ corpora cremari institutum fuerit

Pulcherrimus modus loquendi

Quis primus sonia interptari docuerit: & qs de ipsis volumina ediderit

Error omniũ fere latinorũ icõuincibili ratione explosus

Sol vñ Titan dictus est: & quo alio noie appellat̃

Migdõia q̃ sit: & vbi locorũ sita

COma:multis frondibus:translatio est gra pulchritudinis.ꝭ Dos erat.i.ptiū loci.ꝭ Grata prius:a mutatione fortunæ excitat misericordiā.ꝭ Positis frōdibus:huius carminis hic mihi sensus vt oia mœrēt:& sylua:q̃ in doloris inditiū frōdes deposuit:& aues q̃ ne vocē qdē emittūt cōquerēdo calamitatē nrām:vt eo silētio maior dolor designet.ꝭ Sola: reliq̃ aues silēt:sola Philomela cōquerit dolēs.i.qđ viiū Tereū nō potius itersecerit:q̃ Itym filiū:eūdē itylū appellat Catullus:Qualia sub densis ramoꝝ cōcinit vmbris Daulias absumpti fata gerens Ityli. Varro & nři oēs aiunt Philomelā versam esse in luscinā:& Prognē matrē Itya in hirūdinē. Oui.hic accepit Prognē versam esse in Philomelā: qđ ꝑterea græci nōnulli tradūt:& Prob⁹ grāmaticus i Buc. Virg.ꝭ Daulias: Daulias ales Thucydides in.ii.hiſ.scribit Tereū imperiū tenuisse in Phocide. Vn̄ vt ait Philomela, a multis poetis Daulias cognominata est. Daulia āt oppidū appellatū est a dēsitate arbustoꝝ:nā dēsum significat. Ho.nō Dauliā sed daulida scr. Stra. Thucydidi assentitur:sed eū varia sensisse putat:ait enim illū scribere rem gestā fuisse ad Megaram, In quo veniā dabit si Thucydidis verbis refelletur:is enim ita scribit in.ii.hi. ειχο μεν τηδ αυλιαν τισ φωκιδοσ νυν δ' ωρασ το τηρευσ οικειτο τεως ποθ' ρεφανοκεσ των μενης κατορτου τονπερτον τυγε ατεσ ικσο εκ τυταυ αξανποκλλοιστε και τοκ ντων τοκτνανδ ονομαμμησ τευλιεσι ορνοσ μοιμεσ τοι. Et in carmine ad Liuiā: Talis i vmbrosis mitis nūc denigꝫ syluis Deflet threiciū Daulias ales Itym.ꝭ Nō vita prius:q̄ potius nō interfecerit Tereū maritū,q̃ Itym filiū.ꝭ Hactenus vt media.i.vsq̃ ad mediā noctē donec oia silēt.ꝭ Numē:geniū:q̃ tā loci q̃ hois Deꝰ est.ꝭ Lotos:arbor i Africa isignis:de qua Pli.multa.eius fructu vescunt Africæ populi Lotophagi inde noiati: obliuionē is cibus facit inde discedendi: qđ nōnullis sociis suis accidisse Vlyxes refert apud Homerū:eadē aptissima est tibiis:idē apud Propertiū:Siliū italicū:Martialē:Lotō p tibia exposuimus. Lotos itē(vt idē scri.) herba:q̃ subnascit deoꝝ voluptati: eandē dixerūt fabā græcā. De sex lotis q̃ in ædibus Crassi erant:vn̄ nobile illud iurgiū cum Gn. Domitio referī:diximus i cōmētariis Syluaꝝ.ꝭ Aquatica i q̃ gaudet aqua.alibi Oui. Amnicolæq; simul salices:& aq̃tica lotos.ꝭ Vna nemus.i.sola Lotos facit nemus ramis suis. Phebus ad tēplū actiacū:qđ in sinu ambracio est petra prærupta eē ferebat:vn̄ q se dimitterent in mare amoris flamma leuarentur : id egit prima Sappho: vt ex Mænādri testimonio. Strabo affirmat:nā Mænāder ita scri. Præruptā nacta in trāsitu petrā cupidinis oestro parcita e summo ꝑceps ruit ex ai tui snia rex imperiose. Alii Cephalū Athenis ꝓfugum Deionei filiū tyrānū Acarnanū captū amore Pterelę Diognetι filiæ:primum id egisse autumant. Ouidi. Deucalioni id tribuit. mos eēite patrius leucadis mansit: vt in Apollinis sacrificio sontē aliquē e specula deiicerent:auertendæ numinis iræ gra : sed pēnas addebant:multisq; nauiculis cedentē conabantur excipere : vt ita seruatum:& incolumē extra patrios fines mitterent.ꝭ Phœbus: ex tēplo suo.ꝭ Actæū:a littore: actiacū a ꝓmontorio : leges plura de hoc apud Stra.& Plu. Pli.ita scri. Acarnania añ Curetis : & in ora ipsa colonia Augusti actiū cū tēplo Apollinis nobili,ac ciuitate libera nicopolitana.& paulopost. Leucadia ipsa peninsula quondā Neritus, huius añ meminerat Ho.ex psona Laertis: & affirmauerat Strabo.ꝭ Nec mora, & statim.ꝭ Letissima pectora, q̃ prius contemnebant amantē.i.vicissim Pyrrha cœpit amare Deucalionē iā vacuū flamma:vn̄ ipsa torquebatur.ꝭ Abiit cū voce.i.siluit:nec postea vsq̃ apparuit.ꝭ Timor, deiiciendi se de saxo.ꝭ Quicquid erit: nō vult sibi ominari mortem, sed tñ eā post ponit pñti calamitati. ꝭ Aura subito:p auersionē misericordiam mouet : cum & absentes appellat:& mīsuros.ꝭ Subito.corpus cū demittetur.ꝭ Et mea nō magnū:a possibili seu facili suadet: potero inqt sustinerī:nā corpus leue est:& sum parua.ꝭ Tu.q.mol.a.cupidinē inuocat:nō tā numē ꝓpitiū q̃ ad historiam alludens: de qua añ dictū ē.nā Leucadii cū sontē demittebāt addebāt pēnas:ne casu periret.ꝭ Ne sim.cri.aq.i.inuidia & isamia.ꝭ Mortua:si moriar.ꝭ Inde Che.Ph. Chelyn citharā dixerūt:qm̄. χελωνη.i testudīe primū eā formauerit Mercu. vn̄ & testudo dr:hi añt duo versus dū parū itelligūt erroris cām ꝑbuerūt nōnulli legētibꝰ Oui. versū ad Macrū : vbi cū de Sabini Epła scri.noie Phaōis ad sappho ita ait:Dat votā phœbo Lesbis amica lyrā.i.sappho accepit lr̄as a phaōe eū ñ reditur:pp ea se deiecit ex Leucade:& amore liberata dedit lyrā Apollini:q̃ ei nūcupauerat:his.s.duobꝰ v̄sibꝰ.ꝭ Cōia:ꝯueniētia mihi,& Phœbo.

Inuenio syluam,quæ sæpe cubilia nobis:
Prębuit,& multa texit opaca coma.
Sed non inuenio syluæ dominūq;, meumq;,
Vile solum locus est:dos erat ille loci.
Cognoui pressas noti mihi cespitis herbas:
De nostro curuum pondere gramen erat.
Quin etiam rami positis lugere videntur
Frondibus:& nullæ dulce queruntur aues
Incubui,tetigiq; locum,qua parte fuisti,
Grata prius lachrymas cōbibit herba meas
Sola virum non vlta prius mœstissima mater
Concinit ismarium Daulias ales Itym.
Ales Itym Sappho miseros decantat amores:
Nec minus ac media cætera nocte silent.
Est nitidus:vitreoq; magis perlucidus amne
Fons sacer:hunc multi numē habere putāt.
Quem supra ramus extendit aquatica lotos:
Vna nemus,tenero cespite terra viret.
Hic ego cum fessos posuissem flebilis artus:
Formosus puer est visus adesse mihi.
Constitit,& dixit,cur nunc non ignibus æquis
Vreris:Ambracię terra petenda tibi est.
Phœbus ab excelso,q̃tum pater,aspicit ęquor,
Acteum populi,Leucadiumq; vocant.
Hinc se Deucalion Pyrrhæ succensus amore
Misit:& illæso corpore pressit aquas:
Nec mora:iussus amās tetigit lętissima Pyrrhę
Pectora,Deucalion igne leuatus erat.
Hanc legem locus ille tenet,pete protinus altam
Leucada,nec saxo desiluisse time.
Vt monuit,cum voce abiit:ego territa surgo:
Nec grauidę lachrymas continuere genæ.
Ibimus o nymphę,mōstrataq; saxa petemus,
Sit procul insano victus amore timor.
Quicqd erit,melius q̃ nunc erit,aura subito,
Et mea non magnū corpora pondus habēt,
Tu quoq; mollis amor pēnas suppone cadēti,
Ne sim Leucadię mortua crimen aquę.
Inde Chelyn Phœbo cōmunia munera ponā,
Et sub ea versus vnus,& alter erit.

Multa coma.i.frōde,q̃ arboꝝ coma ē. Dos loci.i.decꝰ & ptiū. Querūt.i.q̃rulā vocē edūt. Dulce.i.dulciter ac cū dulcedine:vt miꝝ sit ēt querelas in auibus suaues esse:sicut lachrymæ in formoso vultu decore. Sola ordo est: Sola daulias ales.i. auis videlicet progne secūdū hūc locū existens mr mœstissima:nō vlta prius viꝝ.i.qa nō prius animaduertit in viꝝ q̃ filiū illi æpulandum occideret:concinit.s.querula. Itym.s.filium: Ismarium.i. Thracium. Ales Ityn sup.decantat:ab inferiore zeugma. Est nitidus &c. Per fantasiam dicit sibi ad fontē decūbentē apparuisse formosum: videlicet cupidinē seu amorē cohortātē:vt se ꝑcipitē daret de rupe in mare ambracium:qđ etiam fecisse legit amoris impatiētia. Fingitur autē is locus eius naturæ:vt q se illinc præcipitē dederit cura leuet amoꝝ:qđ reuera his contingit:qui sibi necē cōcitant: qa mors vltima cura reꝝ est. Ibimus o nymphæ:nā ad fontē dormiens id dixit:vbi nymphæ semper esse putantur . Et si dicat dubius esse euentus reiecū & necari vero similius q̃ leuari curis sit, respondet.ꝭ Quicquid erit melius q̃ nunc erit : quia etiam mori melius erit:q̃ in tali cura viuere:sed ex Homero Virgilii sexto Aeneidos de his q se se interemerunt dicit cum admiratione: Quam vellent æthere in alto:nunc & pauperem:& duros perferre labores:Fata obstant & cætera.

DOMI.
Lapis Phrigius q & cuiꝰ q̃litatis fuerit
Philomelę; Prognes & Itys fabula
Quāobrē Philomela Daulias appellata est
Daulia oppidū qđ & vn̄ dctm est
Geniū qđ sit
Lotos arbor i Africa:cuius naturæ sit
Lotō p tibia pōimꝰ
Lotos herba quæ sit
Quot loti in ædibus Crassi fuerant
Antiquorū stultitia quæ ī templo actiaci phœbi obseruabaī
Quis primus leuandi amoris gra se e rupe ꝑcipitauerit
Antiquorū immanitas Actiacū ꝓmōtoriū vbi locorum sit
Leucadia quæ sit
Chelyn q̃ sit:& q̃s ea personauerit
Locus emendatus

ASCEN.

¶ Domitii Calderini Veronensis commentarioli in Ibin Ouidii ad virum clarissimum Falconem Sinibaldum ciuem Romanum, ærariiq; pontificii custodem.

¶ Domitius Calderinus Falconis Sinibaldo Sal.

Commentarios meos in Ibin Ouidii: cum nonnulli nuper petiissent: vt ederem: id mihi agere visi sunt alienissimo tempore. Nam nec opus adhuc emendaueram ab auditoribus exceptum superioribus annis: cũ publice in Academia id profiteremur: nec quorundam maleuolentissimorum hominum inuidiam q̃ lucubratio nostra in Martialem i vel contraxit: vel exulcerauit adhuc sedatam: aut certe lenitam intelligebam: vt quantum ego scribendo: tantum ipsi calumniando: cauillando: maledicendo quotidie meditentur: omnis humanitatis & officii obliti. Nam quod maxime tueri debent: & in communem vtilitatem iuuare: id potissimum oppugnant: & laborum ac industriæ laudem labefactare conantur. Sed iis satis respondimus iis libris: qui in manibus sunt: & prope diem edentur quorum primus locorum omnium: quæ apud Iuue. obscuriora sunt: explicatione continet: ne paradoxis pauloante emissis: quæ profecto sunt plane παραπηνδηξαν: ac sententiam Iuuenalis studiosi aliud praue discant: cum Iuuenalem quærant reliquis tribus nouam variarum rerum commentationem complexi sumus: vbi ita egi cum aduersariis: vt me patientiæ meæ: qua iamdiu abutuntur non pœnituerit: & istos pudere oporteat stultitiæ suę ac temeritatis. Satis eorum ducẽ & impulsorem olim per literas monui: ne in maledicta incurrat: in quibus declinandis non minus prudentię existit q̃ in se tendis fortitudinis & constantiæ: sed ad te redeo Falco: cuius humanitas & beneficentia immortali officioq; gratia totam vrbem ita sibi deuinxit: vt nemo amet: qui non debeat. Ament autem omnes tuisq; virtutibus: excellentissimis honestiorem locum: & optent & sperent: tametsi honestissima sunt tibi has vigilias nostras mittimus, ac dicamus: qui olim ab auditoribus exceptæ sine certi auctoris noie ferabantur: multosq; reperiebãt dominos cum me carerent. Opus Ouidii est plenũ lituræ & obscuritatis. ego vero quæ aut a græcis Appollodoro: Lycophrone: Pausania: Strabone: Apollonio: & illius interprete aliisq; scriptoribus: aut a nostris tradita sunt: quæ quidem ad huius: explicationem partinere videbantur in hoc opusculum congessi: Tu leges: cum per negocia publica licuerit: & Domitium tui studiosissimum amabis. Vale.

De Ouidii vita nihil a nobis in hoc loco scribendum est: cum & a multis ea tradita sit: & ex poetæ libris facile cognosci possit: vnam illam particulam non prætermittemus: quæ est de eius exilii causa. nam ita ab eo multis in locis perstringitur: vt cum proferre non audeat: variam interpretantibus conjecturam præbeat. Quare: vt dicam quod sentio: cum duæ sint causæ: quarum altera speciosa est: & velandi criminis gratia ab imperatore Augusto: & poeta iactata: quod scilicet libros de arte composuerit: altera vera quidem est sed suppressa ne Augustus offenderetur: palam tamen quodam carminis inuolucro & verecunde designata: quod scilicet amauerit: vt alii sentiunt Liuiam Augusti filiam: nam ea flagrauit adulteriorum infamia: & damnata est: vt scri. Ph. & Tranquillus: vt alii suspicantur Liuiam vxorem. Hanc exilii causam testatur Sidonius, qui Ouidium scribit addictum fuisse Cæsariæ puellæ: sed poeta amori crimen transferendo imminuit: nam id appellat imprudentiam: non amorem. quod scilicet dum Cæsarem puellam imprudenter coleret: & studiosius obseruaret: in amoris venerit suspitionem: suamq; causam similem ait esse Actæonis. qui casu cum spectasset Dianam: quamuis non amaret tamen periit. Cur aliquid vidi, inquit, cur conscia lumina feci: Cur imprudenti cognita causa mihi est. Inscius Actæon vidit sine veste Dianam: Præda fuit canibus nec minus ille suis. Nec his assentior, qui eum versum de turpi secreto Augusti dictum putant: nam cum illi placare & lenire imperatorem studeat cur scelus obiecisset. Corynnam eam ficto nomine appellat: quod fatetur: Mouerat ingenium totam cantata per vrbem: Nomine non vero dicta Corynna mihi. alibi idem sæpe Duæ aũt fuere Corynnæ: vt scribit Suidas vtraq; carmine lyrico erudita: vnam tantum tradit Pausanias & eam contendisse cum Pindaro Thebis: fuisseq; victricem: vel formæ venustate: qua iudices corrupti sint: vel linguæ æolice gratia: quam Thebani doricæ anteposuerunt: qua Pindarus vtebatur: extareq; monumentum: in quo illius effigies vitta coronata cernebatur. de hac Papinius: Veteris secreta Corynnæ. & Propertius idem. inde Oui. suam puellam Corynnam appellauit ab eruditionibus elegantia & forma. Illud addamus in Ponto. vnde hoc opusculum emittit: eundem composuisse opusculum de Piscibus: quo incognita nobis piscium nomina complexus est: vt scribit Plinius. Exilii Ouidii duplex cã

¶ Christophori Zaroti Iustinopolitani in Ibin Ouidii commentaria ad Magnificum Franciscum Pesarum cognomento de Londra Patritium Venetum.

Me sæpius adhortatus es Frãcisce suauissime: vt quas in Ibin Ouidii vigilias elucubrauerã, emitterẽ: vt non solum mihi: sed & omnibus literarum studiosis: commodo, & vtilitati essent: & licet maleuolorum aculeos non vererer qn tuto in publi. tuis auspiciis prodire non possent: attamen ea ratione hactenus tibi (cui & oĩa debeo) morem gerere recusaui: vt opusculum admodum præcox quod in vigesimo nostræ ætatis anno: dum humanitatis studio incumberem, absolueram: temporis curriculo maturum conspicerẽ: & non tanq̃ auctor. sed lector perpenderem: Fabii Quintiliani exemplo commonitus. Cumq; illud proximis diebus (te impellente) castigassem: etiam id perlegeres curaui: vt siquid in eo inuenires quod eruditissimas aures tuas offendere posset deleres addendo: vel detrahendo: voluisti itaq; has nostras lucubratiunculas imprimi: quas qui legent: si non carpendi desiderio: sed linguæ latinæ consulendi: & ipsi tuo acri iudicio adhærebunt. Vale.

¶ Gregorius Amaseus Vtinensis Christophoro Zareto Iustinopolitano Iurisconsulto. S.P.D.

CVm ego antea ingenium tuum plurimi fecerim: nūc etiam eruditionem demiror: Tanto enim (vt ideo) non modo acumine: verum & elegantia & grauitate: multipliciq; rerum cognitione commentaria in Ibin Ouidii nuperrime excudisti: vt optimi quidem interpretis functus officio nulla ex parte defeceris: praecipueq; opusculum varium, difficile, tenebricosumq; tam aperte tamq; dilucide enodaueris: vt ad eius sensa elicienda nihil amplius desideretur. Adeo vt non tantum te iurisconsultum posthac appellare decreuerim: verum humanitatis etiam professorem cum nil minus: hac facultate polleas: q̃ iurisperitia: quam summa cum laude, ac ornamento in Patauino Gymnasio publice legendo per triennium professus es. Probe ergo & honori tuo & studiosorum vtilitati consuluerunt: qui te vt has in Ibin lucubrationes ederes compulerunt. Quae tametsi absq; alicuius patrocinio non solum tuto prodire in lucem, verum & vnicuiq; bono placere facile possent: at tamen nobilissimo ingeniosissimoq; propugnatore prodeuntes nil amplius verentur. Is est Franciscus Pesarus: cuius nomini dedicantur: iuuenis profecto ea indole: perspicacia: probitateq; praeditus: vt non modo Marci patris viri Senatorii, & Reipu. praemature defuncti acumen prudentia, integritateq; redoleat, verum & eam animi praestantiam: eam strenuitatem, promptitudinemq; in posterum ciuibus, patriaeq; suae polliceatur: quibus hodie prae caeteris maxime potest polletq; eius patruus Benedictus Pesarus. Vir quidem peritia rei militaris, seueritateq; Romanis ducibus: vel etiam ipsi Camillo Comparandus. Qui cum titubātibus rebus in Melchionis Triuisani demortui locum imperator classis Venete oibus pene suffragiis ad calendas Augusti creatus esset triremi inuectus quam celerrima nauigatione Zacynthum pridie idus applicuit: vbi nostrorum nauigia non sine ingenti Reipu. periculo sparsa, dissipataq; ob Methonem Peloponnessi oppidum in orientem transfretantibus per opportunum nuperrime amissum: inestimabili velocitate collegit: instructaq; iterum classe ferocissime impetens hostem recenti victoria exultantem Naupliam terrestri, maritimaq; obsidione leuauit, Baisetti Turcarum regis insecutus classem vsq; quo intra Hellesponti angustias confugisset: non absq; grauissima hostilium nauigiorum iactura. Vnde reuersus Mytilenē aliasq; Aegaei maris ignobiliores insulas igni, ferroq; oia vastans depopulatus praedam ipsam oēm in militum, nautarumq; cateruas diuisit: ne minimam quidem sibi asseruans portiunculam. Profligato igitur hoste: se, suosq; exhilarans, Aeginam insulam deperditam recuperauit. Indeq; adiecta socia Ferdinandi, atq; Helisabeth regnum hispanorum classe viribus auctus cum hostibus formidolosus esset: nec quenquam obuium toto mari haberet sese ad oppugnandum Cephalleniam conuertit: non Vlixis inclita fama allectus: quem Cephallenorum ducem fuisse constat: verum tum loci opportunitate: adductus tum etiam difficultate: quoniam prius tota potitus insula cum eiusdem nominis oppidū paucis diebus obsedisset. oppugnatum ab aliis Venetorum praefectis frustra tentatum: Arcem ipsam eminenti crepidini impositam natura, arteq; munitissimam ipsosq; antea hostes deridentem: bellico furore expugnauit: interim Zonchio castello, portuq; Peridonio non procul a Methone recepto: obtruncatoq; eius praeside Carolo Contareno: quo facta deditione: in turcarum peruenerat potestatem. Postremo vero sinum ingressus Ambracium. xi. instructissimas triremes in portuq; delitescentes capit vna itidem extra: nec non multiplici plurimorum nauigiorum apparatu: partim ablato: partim incenso. Et haec quidem omnia sex mensibus post initam praefecturam peracta, Vnde merito euenit vt eius virtuti ab omnibus foelicitas censeatur annexa: qua prospere afflante cum adaucta tanti viri auctoritate ac gloria: tum vero praecipue huius Almae Reip. imperio longe lateq; propagato: victricia Venetorum signa proculdubio fore confidimus. Quibus quidem exemplis domesticis Franciscus eximius iuuenis excitus sibi dies, noctesq; foelicissimam hanc inuicti Patrui magnanimitatem proponit: a qua omnino degenerare turpissimum ducat: cuiq; omni nixu: omniq; conatu simillimum se fore contendat. Eia igitur mi zarote audacter tuas in Ibin vigilias tradere in lucem festines: tum huius fretus praesidio: quo praeuio nil aduersi possis offendere: tum vero ipsius operis praestantia intrepidus; & qua mediante malignorum dentes si non retundas: attamen illaesus deuites. Vale.

¶ Argumentum



NEue minus noceant: in carmine quo aliquis deuouebat: necesse erat pprium nomē exprimere. alioquin preces erant inanes. hac de cā Romani nomen vrbis latinum extare noluerunt: ne ab hoste deuoueri posset. Valerius Soranus id aliquādo enunciauit: sed in crucem sublatus luit pœnas: hac de caūa colebatur dea Angerona obligato ore imperans silentiū de nomine vrbis: hinc sacrificia fiebant ad. xii. calen. Ianuarias. auctores Plinius Macrobius Solinus. ¶ Execrantia: deuouentia. ¶ Fictum nomen: Ibidem. ¶ Magni dii: sunt Iuppiter: Minerua: & Mercurius qui sub eodē tecto in Capitolio colebantur: iidem penates dicebantur: quamuis Dionysi. Halycarnaseus & Probus aliter scribant. ¶ Deuoueo: deuouere est diris imprecationibus malum alicui optare. ¶ Peragam: absoluam. ¶ Fauete ore: idest silete. nam imperabatur silentium: cum res diuina inchoabatur. Macro. ¶ Verba lugubria: dicuntur in damnatum & defunctum: omnia dicuntur calamitatem protendentia. ¶ Læuis pedibusque: sinistris. ¶ Et nigræ vestes: nam sacra infernalia peragebantur indutis sacerdotibus veste nigra: quæ vmbrarum similitudinem repræsentabant. ¶ Sumere: vittas: hostiæ aræ destinate: obligabantur: quod ex sermone virgiliano percipi potest. ¶ Feralia: dicuntur lugubria a fera quæ olim mortem significabat. ¶ Ara: aram suum carmen appellat. ¶ Pompa sa. apparatus sacrorum. ¶ Tristibus votis: malis imprecationibus. ¶ Hostiæ diræ: dicebantur feris destinatæ. ¶ Cultris: fictilibus vtebantur in sacris: ¶ Terra tibi: hic carmen imprecatorium sumit initium. ¶ Fruges: omnia dicebantur: vt Var. scrib. quæ ferebantur in fundo: vt his frueremur. ¶ Aura: mitior spiritus, aura item fauor popularis. ¶ Vulcanus: a volando dicitur: vt Ci. placet. ¶ Inops: indigens ope omnium rerum. ¶ Lustrare: circuire. item purgare.

Quasque ego transiero pœnas, patiatur & illas:
Plenius ingenio sit miser ille meo.
Neue minus noceant fictum execrantia nomen
Vota: minus magnos commoueantur Deos
Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibin,
Qui se scit factis hæc meruisse suis.
Nulla mora est in me peragā rata vote sacerdos
Quisquis ades sacris, ore fauete, meis.
Quisquis ades sacris, lugubria dicite verba:
Et fletu madidis Ibin adite genis.
Ominibusque malis, pedibusque occurrite læuis:
Et nigræ vestes corpora vestra tegant.
Tu quoque quid dubitas ferales sumere vittas?
Iam stat (vt ipse vides) funeris ara tui.
Pōpa parata tibi est: vot s mora tristibus absit:
Da iugulum cultris hostia dira meis.
Terra tibi fruges: amnis tibi deneget vndas:
Deneget afflatus ventus, & aura suos.
Nec tibi Sol clarus, nec sit tibi lucida Phœbe:
Destituant oculos sidera clara tuos.
Nec se vulcanus, nec se tibi præbeat aer:
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.
Exul inops erres, alienaque limina lustres:
Exiguumque petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo, nec mēs vacet ægra dolore:
Noxque die grauior sit tibi: nocte dies:

POEnas: octo pœnarum genera in legibus Cice. tradit: damnū: ignominiam: seruitutem: vincula: verbera: talionem: exilium: & mortem. ¶ Neue minus noceant: necesse erat in deuotionibus proprium nomen exprimere: nam aliter: deuotio frustra fieri credebatur: quod Romani intelligentes: vrbis nomen incognitū esse voluerunt. Id autem quādoque quidem ple. si Varroni credimus: enunciare ausus in crucem leuatus est. hunc Solinus Valerium Soranum nominat: quare Angerona: vt idem Solinus & Macrobi. testantur a Romanis colebatur. cui ante diem. xiii. calen. Ianuarias sacrificabatur: habebatque etiam simulachrum presso, obsignatoque ore. ¶ Execrantia: deuouentia. ¶ Fictum nomen: inimicum: quem improprio nomine Ibidem vocat. ¶ Magnos commoueant ve deos: magni dii sunt Iuppiter: Minerua: & Mercurius: qui Romæ colebantur: penates etiam dicuntur: vt scribit Var. sed quia colebantur penates apud Laurolauintum non eosdem: qui magni Dii penates esse Seruius credit. ¶ Ore fauete: silete. silentium enim in sacris adhibebatur vt Macrobius docet. Lugubria: luctuosa. a lugeo verbo lugubris venit. ¶ Genis: gena membrana illa est qua oculus tegitur cum aperitur & clauditur: vt Plini. significare videtur. & Festus Pompeius: mala etiam ab antiquis dicebatur. ¶ Ominibusque malis: auguriis. omen ait. Festus, velut oramen, quod fit ore: augurium vero quod auibus, aliove modo fit. ¶ Leuis pedibus: aduersis. vnde Virg. Sæpe malum hoc nobis si mens non læua fuisset. ¶ Et nigræ vestes: quæ solent in rebus tristibus adhiberi. vnde Iuuena. Pullati proceres differ vadimonia prætor. & Persius: Pullatis ne mihi nugis pagina turgescati: idest tragicis: apud quos res tristes describuntur. ¶ Ferales: mortiferas: letales. vnde iuuena. Feralis cœna patella. ¶ Tædas: græce dicitur dada: mutatio. d. in t. sicut etiam docet Priscia. ¶ Ara: dicta ab aromæ: idest precor: vnde catarra imprecatio. Pompa: απο του πεμπειν emittendo: vbi longus ordo emissorum est & apparatus. ¶ Hostia: Hostibus a victis hostia nomen habet. in Fastis Ouid. ¶ Dira: tristis: infesta. dirus Dei ira natus. Festus. ¶ Terra tibi: incipit nunc poeta in Ibidem imprecari: optatque vt suas ei fruges terra non præbeat. ¶ Fruges a fruendo dictæ. Varro, ¶ Aura: mitior vento spiritus. Aura item a Cephalo amata est: & aura popularis fauor. ¶ Nec se Vul. ab ignis maiore vi, ac violentia Vulcanus dictus. auctore Varrone: quamuis a volando dictum dixerit Cice. Exul: extra solum positus. ¶ Limina: limen omnis ingressus est: vt ait Nonius. ¶ Lustres: lustrare multas habet significationes: vt Nonius de indagine doctorum virorum ostendit: est circuire: vt hoc loco: sequi: perspicere expirate: circumspicere: & patefacere. Lustrare quoque idem: quod scortari sæpe significat a lustris sumptum.

ASCEN. QVASque ego transiero: idest & quas dixero. & quas non dixero, hoc est omnes. Plenius ingenio. i. q̄ excogitare, aut eloqui queam. sit miser: disfortunatus. Qui se scit factis has: scilicet pœnas meruisse & cætera. Nulla mora est in me. Continuo imprecatur in aduersarium. historiæ autem a Domitio explicantur: & contexus facilis est: quo circa breuis ero. Tu quoque o Ibis: quid dubitas, quasi dicat non decet dubitare: cum de te deuoto sacrificium fiat; nec de alio. quid dubitas, inquit, sumere vittas ferales: idest fera, ferales, idest mortem prætendentia. sed cum fera primam corripiat: feralis primam producit: vt hic, & Aeneidos. iiii. Solaque culminibus ferali carmine bubo visa queri, Vittas ad caput hostiæ quæcunque esset: siue homo. siue pecus circumligari docet Sinon Virgilianus Aeneidos secundo dicens: Mihi sacra parari: Et salsæ fruges: & circum tempora vittæ. Pompa parata tibi: non ad lætitiam, aut vtilitatem tuam: sed eorum, qui videbunt. Da iugulum cultris: loquitur de more sacrificantium. nam in sacrificiis omnia debebant esse libera & voluntaria vsque adeo vt ne hostia quidem ligari posset: quæ volens mori significetur: supponebant coltros in quos ipsa ibat suæ mortis auctor. bene ergo dicit da iugulum cultris: nam iugulus pars colli est: quæ sanguinē incisa reddit. Dira: id est execrabilis, & quasi deorum ira nata. Terra: deprecatur ipsi omnium elementorum, & quæcunque vsui esse possent vsum: hoc precatur ne habeat. nec se Vulcanus: idest ignis cui Vulcanus præstat. Nam deorum, dearumque nomina vsurpamus per metonymiam pro rebus quibus præsunt. Portus: idest quodlibet mare. & mare: idest quælibet aqua. species pro genere. Nox que die & cætera: idest semper nox sequens sit grauior die præcedente: & dies sequens nocte precedente. nam aliter fieri non potest vtrunque alteram superet. vult ergo vt in dies crescat malum eius.

Miserabilis

¶ MISErabilis:misericordiam commouens. ¶ Tuis ad.tua calamitate. ¶ Inuidiosa tuæ:inuidiosæ diuitiæ dicunt maxie quibus iure inuidere possis. Inuidiosi item absolute accipitur ꝓ maxumi ħ iudiosa.i.q̄ habebat odio. Erūnę dicūt grauio res:labores:vt Hercu.ab αἴρειν qđ significat tollere. ¶ Defœta:destituta:vñ ēt dicimus effœtos fœtu destitutos. ¶ Solito fa.q̄ solet subministrari laborātibus. ¶ Coacta:fatis. ¶ Luctatus:diu agitatus. ¶ Euenient : omni in re agenda obseruabant maiores signa:q̄ a numinibus darent : vt aut his cōfirmati rē inchoatā pficerent:aut perterriti desisterent, Inchoato igitur deuotionis carmine fingit poeta Deos signa dedisse qbus ꝓtendebat eius iprecationē fore ratā. Cornix eni auis Phœbo dicata a læua parte volauit: qđ augurīū accepit his verbis ¶ Futuri: iprecationis futurum. ¶ Mœsta cornix mali omi/nis. ¶ Alæ, auguria a læua parte cæli venientia rata erant & fulmina læua boni ominis habebantur. Vt Pli.scri. Mali aues ominis erant bubo.incēdiaria:noctua cornix:alięq pręterea. ¶ Motura:exoratura. ¶ Perfide : pfidum appellat:q iu pit gratiā & fidē amicitiæ q̄ erat cū poeta. ¶ Mihi votis me is. ¶ Tēpus & ho.q̄ solēt lenire magnitudinē doloris . ¶ Pu/gnabunt:arcū & sagittas iuenit prius Scythus filius Iouis: a cuius noie scythia dicta est. Scythæ āt olim Traces hēbā/tur vtentes oēs eadem lingua : vt scri. Hero. præter Gætas & trauses.tota āt thracia:vt scri.Pli.in strategeas quinqua ginta diuidebatur pugnaces erant arcu:quē apud se inuen/tū supra cæteros mortales exercuerunt . ¶ Iapides: ad mille stadia regionē obtinebant:vna ex parte Pannonis & istris terminan: parte mari adriaco : pugnacissimi fuerunt hasta. idedītionē redacti ab Aug.vt Stra.& Appianus scri. Iapy gia vero Apulia est . ¶ Ganges:vt alii scribunt incertos hēt fontes:vt alii in Scythicis montibus oritur nusq̄ minor.xx. pas.altitudine.latitudie.viii.mil.vbi parū : vbi modicū sta diorū cētū:tepidus est cum orientis sit . ¶ Ister: iugis germa niæ montis Sarnobæ oritur : per innumeras gentes ducit Danubius.vbi illyricū attigit. Ister.lx. amnibus acceptis in mare voluit. Binominē appellauit Sili?:cū & Danubi? ister dicat. ¶ Frigidus:ex regione ipsa : nā ad septētriones labit.

Sisq; miser semper:nec sis miserabilis vlli:
Gaudeat aduersis fœmina,virq; tuis.
Accedat lachrymis odium,dignusq; putere,
Qui mala cum tuleris plurima,plura feras.
Sitq;,quod est rarum,solito defœta fauote
Fortunæ facies inuidiosa tuæ,
Causaq; non desit,desit tibi copia mortis,
Optatam fugiat vita coacta necem:
Luctatusq; diu,cruciatos spiritus artus
Deserat:& longa torqueat ante mora.
Euenient,dedit ipse mihi modo signa futuri
Phœbus,& a læua mœsta volauit auis
Certe ego quæ voueo superos motura putabo:
Speq; tuæ mortis perfide semper alar,
Finiet illa dies,quæ te mihi subtrahet olim:
Finiet illa dies,quæ mihi sera venit,
Sed prius hanc animam,nimium tibi sæpe petitam,
Auferet illa dies:quæ mihi sera venit.
Quam dolor hic vnq̄ spatio euanescere possit.
Læniat aut odium tempus,& hora meum
Pugnabunt iaculis dum Thraces,Iazydes arcu:
Dum tepidus Ganges,frigidus Ister erit
Robora dum montes,dum pabula mollia campi:

¶ MIser : tristis & flebilis.is miser dicit, auctore Donato aiæ miseria inest:vñ miserabiles venit. ¶ Plurima nomē est: & a plurimi venit . nā hi & hæc plurimis & hoc plurie dicebatur apud antiquos:vñ plurima,in cōpositū cōplis.plus vero cōparatiuū ē:cuius raro singulare inuenitur. & positiuum multus:sed plurale vt plures & plura in qua:& a pluri plurimus suplatiuū factus est:vt docet Priscianus Aulus Gelli? in vii.noctiū atticarū de hoc multa memoriæ reliqt. ¶ Defœta:vacua.sicut fœta plena. ¶ Inuidiosa:inuidiosus & q inuidet & cui inuidetur dr.vt formidolosus:ambitiosus:gratiosus:& mille alia vt scri.Gelli. ¶ Solito fa.nam miseri & laboribus pressi ab oībus adiuuari debent. ¶ Euenient:mos apud priscos fuit:vt oia auspicato agerent:quod si bonū habuissent augurīū:cōceptū pagebant,sin malū,desistebant : dicit ergo nunc Oui. hmōi a Phœbo:qui auguriis pest ostensa signa qbus haud dubitat firmā,ad votūq; suā iprecationē futurā . ¶ Et a.l.m.u.a.mali ominis auis a lęua parte volauit : signū pessimū q̄ essent aues mali ois Pli.facile docet in.x. ¶ Perfide:q fidē violasti:& a fide venit. infidus vero,cui non est fidēdū dr:& a verbo fido descēdit.qđ primā hēt lōgā. ¶ Oli.q̄nq;.multa signat oli:vt Ser. & Donat? docēt : & apud auctores est cogno scere vbiq; ¶ Petitā:pcussam,multis hoc verbum petere modis accipitur:vt docet Nonius. ¶ Pugnabūt iaculis:p cōparatio nē se nunq̄ in cōcordiā cū Ibide venturū dicit. ¶ Dū Thraces:sunt ppli feroces inter oēs Europæ gētes:q vitā facile cōtē nūt:dum put nōnulli eorū obeuntiū aias reuerti.alii non extingui: sed magis beatas fieri:vt de mirabilibus mundi scri. Soli.tradit āt Herodo. Scythas olim Thraces hitos:q eadē lingua oēs vtebātur:pter Gætas,& Trauses, diuisam Thraciā in strategetas quinquaginta tradit Pli.iaculis in bello vtebantur.iaculū cum amento Aetolus Martis filius inuenit teste Pli.in.vii. ¶ Iapides arcū arcū & sagittā Scythē Iouis filiū inuenisse Pli.docet.scri. quoq; nonnullos voluisse a pse filio p/ sagittas inuētas. [illegible] Iapides ppli iuxta Carniorū regionē ad Timauū habitāt:vñ regio Iapidia:aut Iapigia Apulia ab Iapige Dædali [illegible] vñ rursus Festus:insula se grādi Diomedis gurgitę pmit. Italiā spectās, & Iapigis arua Timauii: a vēto [illegible] Stra. Herodo. Solinus:& Maro auctores. ¶ Dū tepidus Gāges: maius inter orbis terrarū fluuios Gāges Indię habet:q icertis fontib? nasci:nisi mō inūdare regionē phibet:alii a Scythicis mōtibus exorīri ipm volūt: i quē.xix. influūt amnes:quorū multi nauigabiles:vbi minimus latitudine.viii.mil.pas.vbi modicus stadiorū.c.altitudine nusq̄ mi/nore passuū.xx vt Pli. Stra. & Solinus pdidere. Tepidus āt qa ab oriente calidissima mundi plaga venit. ¶ Frigidus Ister erit: Ister flu.celeberimus in iugis germāicis ont montis Athobæ : ex aduerso Taurici Galliæ oppidi p innumeras lapsus gentes Danubius nūcupat:cū primū āt Illyricū alluit Ister appellatur.lx.amnes in se recipit. oēs ferme nauigabiles : septē hostiis:ponticū mare igreditur. vt Plini?,Strabo: & Solinus meminerunt:iō frigidus:qa ex septentrione dilabitur.

¶ NEC sis mirabilis.i.talis cuius quēuis misereścat : aut nec videaris dignus miseratiōe. Sic Aenei.ii. Troianas vt opes & lamētabile regnū.accedat lachrimis odiū:dira iprecatio cū lachrymæ cōmiserationē miseri soleāt. Sitq;:ordo est & facies fortunę tuę defœta.i.euacuata:sicut mulier enixa:& nullū fœtū hn̄s i vtero:fauore solito:sit iuidiosa.i.cui.pleissime inuideat:aut plena iuidię passiue:qđ ē rarū.i.q̄ res raro cōtingit:qa sūma petit liuor. Liuor.eni.i.iuidia nō solet eē nisi de rebus psperis:ergo dicit Martia. Oib? iuideas liuide,nemo tibi:qa sic oēs essent beati pter ipm solū . Cāq; nō desit.i.tormētū tā graue vt mori possis: neq; tñ mori pmittaris:qđ dānatorū iferno malū ē:q sp mori cupiūt & moriunt: neq; vnq̄ mortui sunt.auis mœsta.i.mestitię idex.s.cornix q̄ a lęua.i.sinistra ratū facit augurīū:vt graues attestant auctores : Speq; tuę mortis pessime:nō dices spe mortis tuę pessime,nō.n.ē.gēitiui casus:s; vocatiui : sic o pessime ego alar sp spe tuę mortis. Finiet illa dies.s.spē:qa spes euacuat.dū euēit qđ spabat Peti.tibi.i.a te. Tps & ho.sic.v.Aenei. Quā nec lōga dies:pietas neq; mitigat vlla. Oia.n.i tpe labascere solet. Pugnabūt iaculis. Dicit & mores hoium & rerū naturā prius imutari posse,q̄ pectoris sui odiū aboleri. Dū.i.donec:aut q̄diu Iapiges.i.appuli populi Italiæ arcu valentes. Gāges tepidus : qa iter torridā & frigidā zonā, Ister, frigidus:qa ad glacialē Oceanū virgit, Robora.i.q̄rcus illas : aut quasuis robustas arbores,

DOMI. Aura qđ i propria Vulcanus vñ dictus Inuidiose diuitiæ q̄ Erunnę q̄ Effœtus i pprie qđ Ritus an/tiquorum Antiquorū auguria & ritus captādorum Perfidus quid sit Arcū:& sagittā qs p/m? iuenit Scythię ac thracię descriptio Iapides qui fuere Iapygia q̄ sit

ZARO. Pluris qūo flectatur Inuidio/sus qđ sit Antiquo/rum mos

Perfidus Oli quot habeat si/gnificata Thraces qui sint Iapides

Ganges

Ister

ASCEN.

DOMI.
Tyberis quibus dictus & quo alio nomine appellatus sit
Antiquorum ritus.
Iactari quid proprie
Peregrinæ aues quæ sint

¶ TYBEris: qui Hetruriam labitur. ¶ Flauus: flauum etiam appellauit Hora. olim appellatus Albula Tybris & Tyberis: vt scri. Pli. ¶ Immanis: immansuetus. vel in manes. s. tuos. ¶ Mores tuos: vitam tuam. ¶ Forma ossea: in mortuis dicebatur: quod desertum olim cadauer inuenentes nihil præter ossa reperirent. In magicis autem incantationibus laruis, & ceteris formis vtebantur. ¶ Morte solutus: diffinitionem Platonis exprimit: qui scri. mortem esse solutionem animæ a corpore. ¶ Iactari: proprium in mari est. ¶ Volucres peregri. vultures habebantur aues peregrinæ quasi ex alieno orbe venientes errore hominum: qui cum vultures nidificarent in rupibus in viis vnde fœtus euolabant: aliunde venire arbitrabantur. Peregrinæ item aues maxime visebantur: vbi strages cadauerum esset: vnde bellis ciuilibus venerunt aues nunquam antea visæ spem paulo infra columbas: quas appellabant betrientes: vt alii codices Pliniani habent Bertacenses: insolitam auem. Tacitus visam fuisse scri. ad regiũ Lepidũ in bello Othonis: & Vitelli. ¶ Lupi: qui solent cadauera lectari. ¶ Erumpere: egredi cum impetu. ¶ Tendam: immittam ¶ Faces nexæ co. i. faces furiales. ¶ Conscia: scelerum tuorum est. ¶ Futura breuior: suppliciis. ex disciplina ægyptia: quam Orpheus carmine complexus est dicit antiquitas funus celebrare tanta religione: vt quoties esset omissum mortui vmbra errare putaretur. Nauis erat quę cadauera trans paludem in Aegyptum portabat ad. xl. iudices, Charonte qui lingua Aegyptia significat magistrum nauis, cymbam regẽte: id nõ fiebat: nisi prius celebrato funere. Idem contingere putabant vmbris apud inferos. Dio. scri. ¶ Funus: exequias significat. a funalibus funus. Item græce dicitur φονοσ: quod mortem significat. ¶ Lachrymæ tuorum: & hoc ex religione erat quod ab affinibus cadauer deploratur: deplorata cadauera dicebatur quibus luctus vltimus persolutus erat: vnde tempu. deploratam dicimus. Iam verbum ab hoc tractum conclamatum est, quando affines eiulantes conclamabant diciturque in omni re iam deperdita: quia post lachrymas affinium mortuum plane cadauer erat. ¶ Carnificis: publico sumptu: cõducebantur: inter quos Cadinus celeberrim⁹ fuit. ¶ Ossibus vncus erit damnati vnco trahebantur ad schalas gemonias aut in harenam vbi ardebant. hoc Iuuena. Et latum media sulcum deducit harena: media harena dicit sulcum dum trahitur vnco damnatus. plura in commentariis Iuuena diximus. ¶ Vultures: ad cadauera volare biduo aut triduo antequam exposita sint: auctor est Vmbricius aruspes crudelissimus tẽporibus Vespasiani: & nobilis carmine Iuuena.

Dum Tyberis liquidas thuscus habebit aquas.
Bella geram tecum, nec mors mihi finiet iras:
Sæua. sed immanis manibus arma dabo.
Tunc quoque cum fuero vacuas dilapsus in auras
Exanimis manes oderit vmbra tuos.
Tunc quoque factorũ veniã memor vmbra tuorũ
Insequar & vultus ossea forma tuos
Siue ego (quod nollem) longis consumptus ab annis:
Siue manufacta morte solutus, ero
Siue per immensas iactabor naufragus vndas:
Nostraque longinquus viscera piscis edet:
Siue peregrinæ carpent mea membra volucres:
Siue meo tingent sanguine rostra lupi.
Siue aliquis dignatus erit supponere terræ:
Et dare plebeio corpus inane rogo.
Quicquid ero stygiis erumpere nitar ab vndis:
Et tendam gelidas vltor in ora manus.
Me vigilans cernes tacitis ego noctis in vmbris:
Excutiam somnos visus adesse tuos
Denique quicquid ages, ante os, oculosque volabo
Et querar, & nulla sede quietus eris.
Verbera sæua dabunt sonitum, nexæque colubris
Conscia fumabunt semper ad ora faces.
His viuus furiis agitabere, mortuus iisdem:
Et breuior pœna vita futura tua est.
Nec tibi contingent funus, lachrymæque tuorum
Inde ploratum proiicere caput.
Carnificisque manu populo plaudente traheris
Infixusque tuis ossibus vncus erit.
Ipsæ te fugient, quæ carpunt omnia, flammæ:
Respuet inuisum iusta cadauer humus.

ZARO.
Tyberis quo modo scribendum sit & ipsius fab.
Manes qui sint

¶ TYBEris: Romam vrbem secat: & a Thuscia venit: pluribus nominibus appellatus, nam prius Albula: deinde a Tyberino Albanorum rege, vt tradit Liuius, Tyberis dictus tyberinus postea nuncupatus, vel vt tam Seruius, quidam alii existimant: a Tybride Siciliæ fluuio: ad quẽ cũ peruenisset Hercules ab Erethreia ab occidente abducens boues: cum per hyemem multam ibi perpessus esset iniuriam fluuio nomen dedit quasi iniurioso ἀπὸ τῆς ὕβρεος, Theætus autem a contumelia Syracusanorum ita fuisse appellatum: quod apud fluuium crebras facerent aduentantibus iniurias. Asclepiades vero Mytileneus per. d. existimat hoc nomen scribendum. atque Erisea siculorum lingua Dybrin esse nominatum a sua magnitudine vel impetu fluctuoso: quod Dymbris mare nominetur. contendunt nonnulli scribendum esse Tymbrin sine aspiratione & m ante b: in qua fuisse grammaticus Aristophanes perhibetur sententia: tametsi video Seruium fossam dicere: quam ad obstruenda mœnia sua Syracusani fodissent appellatam Tyberim esse per hostium pœnam & iniuriam factam ἀπὸ τῆς ὕβρεος: inde siculos cum peruenissent ad eam partem vbi Roma est tenuissentque Tyberim appellasse: & in sacris quidem ait Tyberinum dici. in Zenolexia Tyberim: in poemate Tybrim. ¶ In ma. contra menes. manes teste Seruio, animæ sunt corporibus exutæ: si vero Actionem sequimur dii boni. ¶ Nexæque colubris: furiæ infernales: quæ intortos anguibus capillos habent: & tres eẽ documus: de quibus hæc Cice. in ea quam pro Sexto Roscio orationem habuit, dicit: Nolite putare quemadmodum in fabulis videtis eos qui aliquid impie, scelerateque commiserunt agitari, & perterreri tædis ardentibus: sua quemque fraus: & suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat: amentia quæ afficit: suæ malæ cogitationes, cõsciẽtiæque animi terrent: eæ sunt impiis assiduæ: domesticæque furiæ: quæ dies noctesque parentum pœnas a sceleratissimis filiis repetant.

ASCEN.

¶ TYBEris thuscus: quia per Thusciam seu Hetruriam fluit. Sed in manis: puto duas esse dictiones, vt sit: ego dabo manibus. s. meis: idest spiritibus a corpore separatis. est enim a nominatiuo manes non a manus, quia primam producit. in idest contra manis: scilicet tuos, quia dicimus in accusatiuo manis & manes. sæua arma, quibus, scilicet manes tuos persequantur Ossea forma: Iuuenalis dicit satyra quarta: Aut nigri manus Ossea Mauri: & cui per mediam nolis occurrere noctem: Cliuosæ veheris dum per monumenta latinæ. Mortui enim ossa absumpta. scilicet carne occurrere putantur. dicit autem Virgiliana Dido idem sic. Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas. Siue ego (quod nollem) quasi vitæ dictæ appetens: aut senectutis incommoda abhorrens. Piscis longinquus. i. in longinquo mari degens: edet, idest deuorabit nostra viscera: postq̃: scilicet submersus sis. Et breuior vita. ordo est: & vita tua futura est breuior pœna tua: quia pœna durabit etiam in morte. & post mortem Inde ploratum. idest nõ deploratum. Carnificisque manu populo plaudẽte traheris, scilicet ad suplicium: aut potius ad bustum: quia sequitur: ipsæ te fugient &c. hoc modo ad suppliciũ nonnulli christiani sub Domitiano postea tracti leguntur ifixo vnco gutturi. Ipsæ te fugient, precatur vt tractus indignissime ad vstrinam & impositus rogo flammæ: eius cadauer non absumant: sed iaceat præda vulturibus: & canibus:

¶ Tardus

¶ TARdus, producens morsum. ¶ Canes: hoc in Italia & aliis locis damnatũ erat: in Hyrcania celebre & solemne: nam plebs, vt scribit Cicero, publicos alebat canes optimates domesticos a quibus mortui laniabantur, Silius: Regia cum ducem posuerunt membra. probatum Est hyrcanis adhibere canes. ¶ Licet: permittẽtis. ¶ Elysiis: camp. siue sint in corpore Lunæ, siue in insulis fortunatis: piis tantum: & qui recte vixerant dabantur. vt tartarus sceleratis hominibus: vbi iudice Radamantho furiæ vltrices scelera puniebant. ¶ Sisyphus: siue æolicum isthmum infestaret ad inferos detrusus est saxum subducens in montem quod semper deuoluitur. Lucretius negans inferos esse: scribit Sisyphum esse apud nos eum: scilicet qui honores sæpe petit quamuis ferat repulsam. Lucretius: Sisyphus in vita quoq; nobis ante oculos est: Qui petere a populo fasces, sæuasq; secures Imbibit & semper victus, tristisq; recedit: hunc se vidisse Vlyxes testatur apud Home. vnde fabulam nostri poetæ celebrarunt. ¶ Quiq;: Ixion filius Antionis & Melanthus nonnulli ex nostris scribunt patrem Phlegiam cum Iunonem ad stuprum prouocasset: vt scribit, Home. Latonam: ad inferos trusus circumagitur radiis rotæ frangentibus membra. ¶ Exulis: Aegistus Thyestis filius fuit. Aegyptus autem (vt Eustathius, & Eurypides scribunt) frater Danai filius Beli Aegypto prouinciæ nomen dedit: cum filius quinquaginta nuptias celebrauit cum totidẽ filiabus Danai fratris: quæ maritum iussu paterno singulæ necarunt: præter Hypermnestram: quæ Lynceum vt Eusebius scrib. Bucetum seruauit: hæ dicuntur haurire aquam vase pertuso ex putheis. Hæc fabula composita est ex historia: nam Danaus Argos irriguum aquis reddidit: quibus carebat multis effossis putheis: inter quos quatuor erant sacri: quod versus græcus indicat: Argos aquis vacuum Danaæ struxere redundans. Lucretius hac fabula capros amore repræsentari putat: qui leuissima in re diu laborant. Lucretius: Hoc opinor idem æuo florente puellas: Quod memorant laticem pertusum cogere in vas. ¶ Bellides: neptes Beli profugi: nam exulauit expulsus a Danao fratre. DOMI.

Vnguibus & rostro tardus trahet ilia vultur:
Et scindent auidi perfida corda canes.
Deq; tuo fiet, licet hac sis laude superbus:
Insatiabilibus, corpore rixa lupis
In loca ab Elysiis diuersa fugabere campis:
Quasq; tenet sedes noxia turba, coles.
Sisyphus est illic saxum voluensq;, petensq;
Quiq; agitur rapidę victus ab orbe rotę.
Quæq; gerũt humeris pituras Belides vndas,
Exulis Aegypti turba cruenta nurus.

¶ TARDVS trahet ilia vultur: vultur dicitur: vulturis & vulturius præualẽt vulturum nigri: in excelsissimis rupibus nidificant: oua. xiii. pariunt: si Vmbritio peritissimo aruspici credimus, triduo ante, aut biduo vbi futura sunt cadauera: volant. putarunt nonnulli ipsos ex alieno orbe volare falso: satis autem liquet neminem ipsorum nidos attingere: vt in. x. naturalis histo. auctor est Pli. ¶ Tardus, perseuerans. nã teste Nonio Mar. tardus piger dicitur: & diuturnus, perseueransq; vt apud Vir. ii. Geor. Media fert tristis succos, tardũq; saporem. & hoc loco magis sensui conuenit: vt tardus pro perseuerante accipias q̃ quod nonnulli interpretantur producens morsum. ridiculum enim est illa dicta abina, quæ pars chartæ est tenuissima: vt Festus scribit. ¶ In loca ab Elysiis: de campis Elysiis diuersa ab auctoribus traduntur nã alii fortes & insulas esse volunt: vt Hora. qui ita in Epodo ait: Manet Oceanus circumuagus arua beata: Petamus arua diuites & insulas reddit Vbi Cererem tellus inarata quotannis: Et imputata floret vsq; vinea. has ẽt Salu. in Oceano esse refert. Diodo. autem in meridiano Oceano positas scribit: ibiq; esse res admirandas tradit. si vero Lucanum sequimur: Elysios campos circa lunarem circulum esse dicemus. Ait enim: Quodq; patet terras, inter Lunæq; meatus: Non ille auro positi nec thure sepulti Perueniunt: tunc genus oẽ tuum: & quæ dentur mœnia disces: quod ẽt Seruius super eo Virgil. versiculo in. v. Aeris in campis: est interpretatus: cum ergo bonorũ animæ corpore migrabant: hæc petere dicebãt loca: vbi plausus choreæ & letitiæ sunt. hinc Tibul. Hic choreæ, cantusq; vigent: passimq; vagantes Dulce sonant tenui gutture carmẽ aues. Fert casiam non culta seges: totosq; per agros Floret odoratis terra benigna rosis: & quæ sequuntur. Tartarus malarum sedes animarum erat: vbi perpetuæ tenebræ: luctus: & miseriæ erant: vt ipse quoq; in eadem docet elegia Tibullus: At scelerata iacet sedes in nocte profunda: Abdita quam circũ flumina nigra sonant: & reliqua. ¶ Sisyphus est illic: Aeoli filiꝰ Sisyphus: teste in. vi. Iliados Home. Isthmon latrociniis occupabat: ita vt Autholiam Autholi filiam Laertæ desponsatam arripuerit: quam & compressit: vñ Vlyxes natus creditur: quod in. xiii. Metamorpho. Ouidi. videt õndere: Quid sanguine cretus Sisyphio: furtisq; & fraude simillimus illi: Inseris Aeacidis alienæ nomina gentis. hunc Theseus interfecit: q apud inferos hac afficitur Pœna: vt semper cogatur saxum ad montis apicem voluere: quod q̃primũ in cacumine montis perduxit: ad ima relabitur: vt in eodem loco scri. Ouidi. Aut petis, aut vrges rediturum Sisyphe saxum. & in Hercule furẽte Seneca: Ceruice saxum grande Sisyphea iacet. Lucretius autem fabulæ huius figmentum aperit: vt per teipsum videre poteris. ¶ Quiq; agitur rapidæ: Ixion Antionis & Melatæ Amythoni filiꝰ: alii autem Phlegræ volunt: Esioneo filiam Cliam plurima dona pollicitꝰ despondit: ex qua Pirithoꝰ natꝰ: sed cum Ixion pollicitꝰ minime fidem seruaret: eiꝰ Esioneꝰ equos cepit: Ixion autem accersito genero: cui quod fuerat pollicitꝰ, dixit seruaturũ: ipsum in foueã cõiecit: cũq; a Ioue purgatꝰ esset: nam a quoq; alio poterat purgari: Iunonẽ stupri ausus est interpellare: quod cum Iupiter cognouisset in formam Iunonis nubem interposuit: cum qua Ixion concubuit: vnde centauri nati sunt. Post tñ meritas Ixion Iupiter pœnas luere voluit: nãq; apud inferos rotæ alligari iussit, quæ perpetuo voluit: vt in quinto Diodorus scribit. & Tibullus quoq; ait: Illic Iunonem tentare Ixionis ausi: Versantur celeri noxia membra rota. ¶ Quæq; gerũt humeris: Beli Danaꝰ & Aegyptꝰ filii fuere: quorũ altero. l. natæ sunt ex pluribꝰ mulieribꝰ filiæ: totidemq; altero virilis sexꝰ filii: acceperat ab Apolline Danaus fore, vt a filio fratris pariter & gño esset occidendꝰ: q̃re diu fratri aduersatꝰ est: qui in connubium neptes filiis dari volebat: tãdem Danaꝰ pene coactꝰ fratri morem gessit insidiis confidens: quod monuerat oraculum etrasurum: etenim gladium vnicuiq; filiarum dedit: qua cum viris nocte concubendum erat: vt oẽs tollerent: impia omnes parẽtis iussa executæ sunt: præter vnam Hypermnestram minorẽ natu: quæ Lynceo pepercita, a quo postea Danaꝰ occisus est q & Armeꝰ q̃q;, teste Eusebio, dictꝰ est: ideoq; apud inferos hac pœna torqueri hæ iuuenes perhibentur: vt in humeris aquam cribro semper gerant, quo ad vrnam impleant. Vñ Tibullꝰ: Et Danai proles Veneris, quæ numina læsit: In caua letheas dolia portat aquas. & in Metamorpho. Oui. Moliriq; suis lethum patruelibꝰ ausæ: Assidue repetunt quas pdant belides vndas. & in Hercule furente Seneca, Vrnasq; frustra Danaides plenas ferunt. & in Medea: Vosq; vrnis quas feratis irritꝰ ludit labor Danaides coire vestras: hic dies quærit manꝰ. Quid autem Lucretiꝰ velit sub hac fabula intelligi per te te inspicito: Aegyptum regioni nomen dedisse: quæ Aeria vocabatur: nunc Aegyptus, vt Eusebius tradit, qui ibi expulso Danao regnauit. ¶ Exulis: ideo quia Danaꝰ Argos sibi vindicauit: vt refert Eusebiꝰ expulso Aegypto. ZARO. Tardus quid

¶ Licet h. sis la. su. i. q̃uis glorieris: ꝙ sis cã rixe iter me, & coniuges: & amicos, vt eris iter lupos. vt. n. tibi gl'iosum induxisse discordiã: ita & malũ di. quã. li. i. licitũ est, vt sit pmittẽtis: Sisyphꝰ est illic: hæc oĩa Macro. inde somno Scipionis late exequitur & hũtur etiã. vi. Aeñ, Quiq;. i. & q. s. Ixiõ Belides. Beli neptes. Nurꝰ æg. qa filiis eiꝰ nupserãt, sed interfecerũt. ASCEN.

DOMI. ¶POMA pater. Tantal⁹ Paphlagoniam tenuit imperio ditissim⁹ fertilitate regionis: & ob multa metalla: q̄ illic erant: vt scri. Strab. In pugna fuit aduersus Troen: qm̄ Ganymedem rapuerat: vt Euse. scri. dignat⁹ Deorum mēsa Iouis mystica ꝓtulit mortalib⁹. Vnde apud inferos esse meruit sitiēs in aqs ori allabentib⁹: vt scripsit Home. qd nonnulli dixerunt hoc supplicium datū: qm̄ Pelopē filiū Diis hospitib⁹ epulādū apposuisset: falsum est. Pendēt ꝑterea poma: q̄ quoties vult captare vento dissipant: vt scri. Ho. Ast ea sublimē ventus contorquet in auras. ¶Iugerib⁹: Tity⁹ fili⁹ Iouis & Heiarae

Tityi fabula

habit⁹ est terrae filius: qm̄ a matre educat⁹ est sub specu metu Iunonis. specu illud demonstratur: vt scri. Stra. in Boeotia. is quoniam Latonam violauerat: in nouem iugera distent⁹ pascit vultures. Vlyxes apud Home. Et Tityum vidi terrae oi parentis alumnum: tamen addit iacentem in solo: & protentum ad nouem iugera. ¶Summ⁹ qui distat ab imo: cui⁹ caput a pedibus distat nouem iugeribus. ¶Aui. vulturi. Ho. scribit vultures duos fuisse. ¶Vna de furiis. Tisiphone. In te transcri. transcribere transferre est: tractum a colonia: quoniam qui mittebantur dabant nomina: & transcripti dicebantur. ¶Pondus: saxum. ¶Captet: qui frequenter studeat capere. ¶Nec mortis: inchoatis imprecationib⁹ vtitur. nam cum supra dixerit eum periturum: nec addiderit poenam: nūc ait. ¶Poenas: quas: dabis post mortem. ¶Inde: ex numero tuorum malorum. ¶Vt si quis carpat frondes in Ida: Ida filia Dardani fuit

Ida a qua silua nomē accepit, q̄ fuerit & quot Idae fuere

regis Scytharum. Ida mater Memnonis: quamuis fabulae Auroram tradiderint: Ida silua in Creta a qua siluam Phrygiam idam dixerunt teucri a Creta profecti: vt Callimachus elegiarum poeta prim⁹ docuit. in hac proceritas arborum & copia in admiratione est: pinus profert quae nullam sentiunt carinē. vt scri. Theophra.

Poma pater Pelopis praesentia quaerit, & idem
Semper eget liquidis, semper abundat aqs.
Iugeribusq; nouem summus, q distat ab imo:
Visceraq; assidue debita praebet aui.
Hic tibi de furiis scindet latus vna flagello:
Vt sceleris numeros confiteare tui.
Altera tartareis sectos dabit anguibus artus.
Tertia fumantes incoquet igne genas.
Noxia mille modis lacerabitur vmbra, tuasq;
Aeacus in poenas ingeniosus erit.
In te transcribet veterum tormenta virorum:
Manibus antiquis causa quietis eris.
Sisyphe, cui tradas reuolubile pondus habebis:
Versabunt celeres nunc noua membra rotae,
Hic erit, & ramos frustra qui captet, & vndas,
Hic inconsumpto viscere pascet aues.
Nec mortis poenas mors altera finiet huius:
Horaq; erit tantis vltima nulla malis.
Inde ego pauca canam, frōdes, vt si qs ab Ida:

ZARO. Tityus

¶POMA pater pelopis. Tantal⁹ Iouis ex Plote nympha filius fuit: Pelopis pater: Maeones vocitatus. in Phrygia regnum habuit: bellumq; Tro. indixit: ob raptum filium eius Ganymedem: vt Eusebius est auctor: qui Deos hospitio suscepit: quibus Pelopem filium epulandum apposuit: alias mentitus esse carnes. Dii omnes ab huiusmodi se epulis abstinuerunt vna excepta Cerere: quae humerum comedit: inde eburneum humerum Pelopi Iupiter fecit: vt in. iii. Geor. Virgi. Humeroq; Pelops insignis eburno. Tantalus autem tanto perpetrato facinora: a Ioue ad inferos detrusus est: vbi vsq; ad labia in qua mersus est: quae cum eam haurire vult effugit. Porro pomorū arbores ad os vsq; inclinati: quae comedere minime potest: & hoc semper detorquetur Tantalus cruciatu. hinc in Hercu. furente Seneca: In amne medio faucibus siccis senex sectatur vndas. Abluit mentum latex, eidemq; cum iam Saepe decepto dedit: perit vnda in ore. Poma destituunt famem. & plurib⁹ in locis Oui. tum in libro de Sine titulo Quaerit aquas in aquis: & poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit. Lactantius etiam addit nonullos dicere ideo Tantalum eo: quod dicitur modo torqueri: quia Deorum conuiuia eorum hominibus prodiderit secreta: ideoq; Statius. Et saeuae periit intuta mensae. ¶Iugeribusq; nouem: Tityus Iouis ex Heiara Orchomoni filius fuit: nouem iugerum magnitudine: a terra nutritus: quamuis alii terrae filium dixerunt. hic ab Apolline telis confossus est: eo q Latonam amarat: damnatusq; est ea lege apud inferos: vt eius iecur vultur semper exedat: vt in. vi. aenei. scri. Virg. licet Hom. vicissim dicat duos: vultures sibi in eius poenam succedere: vnde etiam Tibullus: porrectusq; nouem Tityus per iugera terrae: Assiduas atro viscere pascit aues. Lucretius autem hanc moraliter est interpretatus fabulam. Iugerum dictum a iunctis duobus actib⁹ quadratis qui colligunt. ccxl. pedes in longitudine: in latitudine vero dimidium vt Varro: tradit & Qintilia. lib. pri. institutionum: iugeri quoq; Pli. in. xviii. naturalis histo. lib. Cato: & L. Culumella in. vi. meminerunt. ¶Aeacus in poenas: hic Minos: & Rhadamantus Iouis: & Europae filii apud inferos iudices sunt: vt in. vi. Aenei. Seruius docet. ¶In te trāscri. transducet. verbū antiquum est transcribo ad colonias attinens. Virg. in. vi. Aen. Et tua Dardanis transcribi sceptra colonis. Sed transcribi tradi. sermo autem hic tractus est de pecunia. nam scribi est dari. Hora. Scribe decem Cœnio: non est satis: adde cicute te scribi vero reddi. Horatius: Dictantis quod tu nunq̄ rescribere possis. Terētius: Argentū illud denuo rescribi iube Phormio. ¶Frondes vt si quis in Ida mons & silua in Phrigia Ida dicitur. Home. viii. Iliados ferarum parentem dicit: & locum quem gargarum vocant: item Ida in Creta. Oui. Fastorum lib. v. Et Craeta nobilis Ida.

Iudices inferni

Ida

ASCEN, ¶PAter Pelo. i. Tātalus: q ſm Home. ad nasum vsq; habet dependētia fragātissima poma: & ad labia vsq; ascendentia dulcissima flumina: quae dum captantur: effugiunt. vnde de fluminibus dicit Hora. Sermone primo: Tantalus a labris sitiens fugientia capta Flumina: quid rides &c. Iugeribus nouem. i. Tityus: de quo. vi. Aenei. Necnon & Tityon terrae omnipotentes alumnum Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus Porrigit. Ordo autem textus est: q; pro & is supple, qui summus: idest suprema parte sui: hoc est vertice, distat ab imo. i. ab ima parte sui, scilicet a planta pedis nouem iugerib⁹, & praebet aui vulturi assidue, idest sine itermissione rodenti. sequitur Maronem dicentem in. vi. Rostroq; imanis vultur adunco immortale iecur tendens, foecundaq; poenis viscera, rimatur epulis, habitatq; sub alto Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis. dico Maronem imitari, nam Home. duos vultures sibi inuicem succedentes dicit: viscera debita. f. talibus cruciatibus est supple illic. Vna de furiis: tres enim sunt, Tisiphone, Alecto, & Megaera. loqui vr de Tisiphone de qua Aen. vi. Continuo sontes vltrix accincta flagello Tisiphone q̄tit insultā. Altera. s. Alecto tertia scilicet Megaera. Aeacus: tres quoq; dicūtur apud inferos iudices, qui seuerissimi in Creta iudices fuisse legunt. Rhadamātus, Minos. & Aeacus. Rhadamantus aūt dicit inqsitor. Vnde Aenei. vi. Gnosi. haec Rhadamātus hēt durissima regna, Castigatq; auditq; dolos subigitq; fateri. Quae qs apud superos furto laetatus inani Distulit in seram cōmissa piacula mortē. Minos iudex. Vñ Hora. Et de te splēdida Minos Fecerit arbitria. & in eodē. vi. Quaesitor Minos vrnā mouet. Aeacus vero executor. Vñ Iuue. in prima. Quas torqueat vmbras Aeacus. Et hoc loco. ve: haec officia cōfunduntur, ita vt singulis oia conueniāt. Aeacus trāscribet in te poenas ifernales. i. transferri faciet in te, & erit manibus. i. inferis spiritib⁹: aut animis, seu manibus aiab⁹ antiqs cā qetis, qa o Sysyphe erit sup. tūc qn̄ ibis apud iferos supple aliqs cui tradas. i. tradere possis, pōdus reuolubile. i. saxū assidue reuoluendū. hic. s. Ibis, erit. s. q Tātali poenas dabit hic inconsūpto &c. s. loco Tity. Nec mortis poenas. Quod in hunc imprecatur poeta nimium verum experiuntur damnati, qui de calore nimio transferuntur i aquas nimium & nouo genere mortis cruciantur: nec finitur mors morte, sed continuatur. Inde: scilicet de infinitis malis.

¶De mare

¶ De mare liby. mare libycũ i dẽ Africanũ dictũ est: & notiũ ante syrtes ꝑtẽdit ægyptiũ vsq; pelag⁹ ꝑfundũ Eratosthenis sñia mille & qngentis stadiis. ¶ De mare libyco: alibi numerũ malorũ cõpat aqs Icarii maris. Tot ꝑmor aduersis quæ si cõphẽdere conet: icariæ numerũ dicere conet aq̃. ¶ Hybla: ab Hyblone rege dcã ẽ: vt pl; Thucididi. q cũ eã prodidisset Megarẽsib⁹: effecit: vt ab his iterũ cõderet, appellareturq; Megara. Stra. a Doriẽsibus cõditam scri. tñ pristinũ nomẽ mãsit pp mellis hyblæi ꝑstãtiam. Est. n. eiusdẽ nois mõs ꝑximus thymo abũdãs: vñ apes pastę mel optimũ ꝯficiunt. ¶ Crocos: puer Smilacẽ amauit: ipse ꝯuersus in florẽ sui nois: puella in hederã: quã Smilacẽ dñt: hic flos cum loto: & hyacintho ab Ho. celebrat pp odoris ꝑstantiã: nascit magna vbertate & pręstantia in Cilicia in mõte coryrio: vt scri. Pli. Stra. testat ad antrũ eius nois. ¶ Athos: mons altis simus dictus aliqñ ab Ho. thracius: cũ & Thraciæ & Macedoniæ sit abscissus a cõtinenti a Xerse persarum rege interuallo passuũ mille & qngentorũ oppidũ i cacummine habuit Acrocõ. athos dicit & nõ athon: qd nõnulli suspicati sunt i nã athes os syllabã ꝑducit: cũ g sit apud græcos: vt Virg. versus bene seruari possit. ¶ Ferat: ꝑducat. ¶ Ora mul. hyperbole est homerica cum esset descripturus numerum nauiũ: eam imitatus est Hosticus in secundo belli istri. Nõ mihi si linguæ sint cẽtũ: atq; ora sint totidem, & demũ Virg. Nõ mihi si liguæ centum. ¶ Tales: tam graues. ¶ Hic fletus; quem fundam in calamitatibus tuis. ¶ Natus es: post ægyptiã ꝑsuasionẽ vbiq; receptũ est astrorũ motus infelicitatem: vel felicitatẽ nascẽti portendere Iuue. Discat. n. q̃ sidera te excipiant. mõ primos incipientẽ edere vagitus: Petosyris, cuius meminit Iuue. & Pli. in. ii. & vii. in eo plurimũ elaborauit. fuit nonnunq̃ in contemptu & habiti ꝑiculosi qui hanc sciam profitebant: expellebanturq; sæpe numero ex vrbe mathemathici. Idẽ. n. verbũ significat apud Tranqllum: eos qui ex astrorũ motu futura ꝑdicabant ex hac disciplina ꝑdicit poeta infelicitatẽ Ibidi. ¶ Venus: Planeta est infra Solẽ: cuius cursum & naturam Pythagoras Samius primus cognouit: eam stellam alii Iunonis putarunt: alii: Isidis: alii matris: deum: cuius natura cũcta generantur: & aialiũ stimulant cõceptus felicitatem: & gratiam apud mortales portendens si nascenti affulserit. ¶ Iuppiter: ardore nimio Martis stellæ & frigore Saturni: inter quæ duo sidera est interiectus interpretatur Mercurii stella: ab aliis dicta est Apollinis: felicitatem: vel malum portendit: sit aut bono aut malo sideri fuerit coniuncta. Mars vulnera: furorẽ: & perpetuam ferri insaniã. ¶ Stella: a stando dicitur. ¶ Leuis: benigna. ¶ Non apto loco: nam pro varietate regionum cælestium planetæ mutant naturam.

Et summam libyco de mare carpat aquam.
Nam neq; quot flores sicula nascuntur in hybla:
Quot ve fert dicam terra cilisca crocos.
Nec cum tristis hyems aquilonis inhorruit alis:
Quam multa fiat grandine canus Athos.
Nec ma!a voce mea poterunt tua cuncta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
Tot tibi (ve misero) venient, talesq; ruinæ:
Vt cogi in lachrymas me quoq; posse putem
Illæ me lachrymæ facient sine fine beatum
Dulcior hic risu tunc mihi fletus erit.
Natus es infelix: ita dii voluere: nec vlla
Commoda nascenti stella, leuisue fuit.
Non venus affulsit, non illa Iupiter hora
Lunaq; non apto, Sol ve fuere loco.
Nec satis vtiliter positos tibi præbuit ignes:
Quem peperit magno lucida Maia Ioue.
Te fera nequicq̃ placidum spondentia Martis

DOMI.
Mare liby cum quod
Hybla q̃ & vñ dicta
Croti & Smilacis fabula
Athos mons vbi sit & os eiusdẽ quãta sit
Astra ĩfelicitatẽ portendunt
Venꝰ plãeta q̃ nã sit, & qs prius eã cognouit
Iupiter planeta q sit
Mars planeta quod sortẽ dat
Stella vñ de dicta

¶ ET summã libyco de mare. libycũ mare idẽ qd africanũ in Aegyptũ vsq; ꝑtẽdit: paucissimos sinus in se recipit: vt Pli. in qnto tradit: lybicũ a Libya: q̃ a Libye Epaphi filia nomẽ hẽt: africanũ vero ab Africa: cui Ab Afro libys Herculis filio nomẽ est iditũ, si Solino credimus. Andronicus vero Alicarnaseus ait Oceanũ cõpressisse nymphas duas Pãpholigem & Parthenopẽ: ex parthenope qdẽ europẽ habuisse filiam: ex pãpholige vero Asiã & Libyã: vñ orbis partes sunt appellatę. ¶ Hybla: Siciliæ oppidum: qd nũc Megara dr ab Hyblone rege dicta: teste Thucydide: florũ copia. ac ꝑstãtia nobilis: quibus mel optimum cõficit. est ẽt mõs eiusdẽ nois in attica regione. vel sicula thymo abundans. de melle attico legas Pli. lib. xxi. ¶ Terra cilisca crocos: circa coryciũ Ciliciæ crocũ optimũ hẽt: inter cæteras electissimũ: vt Soli. refert: ibi Corycos opp. est & specus. Crocum aũt adolescentẽ fuisse poetarũ fabulæ ondunt in florẽ sui nois trãsmutatũ. sunt tñ: q Crocũ dictũ putent a Coryco Ciliciæ opp. vt testat Stra. in. ix. parnasum celeberrimũ corydũ nympharũ antrum cõtinere ideoq; & Ciliscũ nũcupatũ. ¶ Hyems: qd tunc multi imbres: hinc hybernaculũ hybernum: vel q aia qua flat oium apparet: ab hiatu hyems: vt Varro est auctor. ¶ Canus Athos: Macedoniæ mõs Athos: vt tradit Pli. & si Thraciæ qñq; ab auctoribꝰ ponat: sępe & Aemoniæ. Señ. in Medea: Aemonius illas cõtulit pestes. Athos altissimus aũt i cuius vmbra ad Lẽnũ vsq; insulam protendit: q̃ octoginta sex mil. pas. a Macedonia separat: hunc lib. v. Thebai. Statius: Ingenti tellurẽ ꝑximus vmbra Vestit Athon: nemorumq; obscurat imagine põtũ: a planicie in mare excurrit. lxxv. mil. pas. ambitus radicis. cl. mil. colligit hunc Xerxes psarũ rex continẽti abscindit in longitudine mil. pas. ¶ Natus es infelix: teste Aristo. hæc inferiora supioribus coniuncta sunt: a quibus gubernant. nam q sub bono planeta natus fuerit felicitatẽ hẽt: & ꝯtra sub malo infelicitatẽ ideo dicit poeta Ibidẽ infelicissime natum: in cuius ortu stella nulla ꝓpitia fuit. ¶ Sella: stellæ sunt singulares & erraticæ quinq;: vt docet Macro. & cęteræ q̃ nõ admixtæ aliis solæ ferunt: ¶ Non Venus affulsit: ĩfra solẽ Veneris sidus est: cuius naturam prius pythagoras samius dephendit: vt placet Pli. est aũt Venus frigida & humida: quæ si in natiuitate alicuius victrix appuerit: felicitatem illi protẽdit: vt Haly. tradit ambitũ signiferi tricenis: & duo de qnquagenis dieb⁹ pagit: vt in ii. Pli. scri. ¶ Non illa Iupiter hora: infra Saturnum Iupiter est qui æqualis est tẽperatus: in natiuitatibus si bñ affulserit: felicitatem facit: mala auersatur: ideoq; Saturno cõtrarius duodenis annis cursum suũ perficit i vt tradit Pli. ¶ Lunaq; non apto: Lunæ inest frigida & humida natura: quæ vt cælestibus signis cõiungit: ita operat: in oibus nãq; geminorũ partibus paupertatem: miseriã, mẽbrorũq; mutilationẽ facit. malũ & in virgine portẽdit, sicut & i Scorpione, vt Haly. tradit cursum pagit suum vicenis, septenisq; diebus & tertia diei pte, siue eclypsim dicit quoties Lunæ est ecclypsis in alicuius ortu malum ei iminet. ¶ Sol ve fuere loco, oium planetarũ Sol est optimus, p eũ eni oia gñant: & felicitatẽ mortalibus tradit. in Sagittario maus. ita & in Ariete vel ẽt eclypsim potes intelligere, quæ interuentu Lunæ sit. Sulpitius aũt Gallus, si Pli. credimus. apud romanos cũ tribunus militũ esset cõtra persem regẽ, Lunæ, Solisq; rõnẽ defectus inuenit: apud græcos vero Thales milesius ¶ Nec satis vtiliter, Mercurii sidus dicit admodum humano gñi nociuum si in Ariete fuerit in Geminis: in Cancro, in Sagittario: ac in Capricorno. ¶ Quem peperit Maia, notum pene oibus Iouem Athlantis filiã Maiam compressisse, vnde & Mercurius natus est. ¶ Spondentia Martis: planetam pessimũ bella, internectiones: & litigia amat: & quando alicuius præest natiuitati malum significat, nisi aspectum cum Ioue, aut Venere habuerit.

ZARO.
Libycum mare vñ dictum est
Hybla
Crocus ꝑfectus
Athos & ipsius circuitus
Horosco pia hoium
Stellę quę sint
Iupiter
Lunę natura & ipsi⁹ cursus
Mercurii fabula

¶ Libyco de mare, sic legẽdũ ẽ, nõ mari pp versũ: qd idẽ alibi quoq; iuenies. Terra cilissa p cilicia, facto diminutiuo gręco. Athos mõs inter Thracia & Macedoniam assidua grãdine, aut niue pulsat⁹. Nat⁹ es ifelix, docet ex matheaticorũ atq; astrologorũ disciplina ifeliciter natũ, & ifausto horoscopo, quã disciplinã cũ diu⁹ Aug. in li. de Ciui. Dei, tũ Pic⁹ mirãdula in ope ꝯtra astrologos validissimis rõnib⁹ ipugnãt: imo expugant. Stella cõmoda. i. vtilitatẽ afferens. vel leuis. i. nõ aggrauans, hoc est nulla commoda fuit: sed q̃ libet grauis. Quem peperit. s. Mercurius filius Iouis ex Maia Athlantide.

ASCEN.

Sidera prefferunt, falciferiq; senis.
Lux quoq; natalis, ne quid nisi triste videret
Turpis, & inductis nubibus atra fuit.
Hæc est in fastis: cui dat grauis Allia nomen
Quæq; dies Ibin puplica damna tulit,
Qui simul impuræ matris prolapsus ab aluo est,
Cinyphiam fœdo corpore pressit humum.
Sedit in aduerso nocturnus culmine bubo
Funereoq; graues edidit ore sonos.
Protinus Eumenides lauere palustribus vndis
Qua caua de stygiis fluxerat vnda vadis,
Pectoraq; vnxerunt erebeæ felle colubræ:
Terq; cruentatas increpuere manus.
Gutturaq; imbuerunt infantia lacte canino
Hic primus pueri venit in ora cibus.
Perbibit inde suæ rabiem nutricis alumnus
Latrat & in toto verba canina foro.

DOMI:

Saturni sidus malũ — Atri dies q & postriduani appellabant qui erant Romanorũ: pugna Allienses dies qui Allia fl. vbi — Fasti libri a quo editi fuere — Cinyphia terra a q̃ cinyphei hirci vbi locorum sit prouerbiũ Africæ — Cinyps fl. & oppidũ — Bubonis fabula — Noctua & vlula — Aues nocturnæ — Infantium mores ex nutricis lacte formãtur

Terētii interitus fm aliam opinionem
Palinurus
ASCEN.

orbe.i.ab eodē disco rotūdo:quo puer Oebalides.i.Hiacynth⁹ ictus sup.cecidit. Et si q.i.aliq̄ vnda pulsabit̄ p lacertos.s. tuos alternos.i.alternatī:dū notas aquas ferrētesnō ē si aliqn̄ pnatare fluuiū voluerisdoisaq̄ sic tibi peior abydena.i.q̄ abydena fuit Leādro:q ad amicā pperās i ea submersus ē. Comicus &c.vel.quēadmodū comic⁹.s.Menāder nouę comœdię pricepstaut,vt qdā volūt, Teri.ē.e Gręcia rediēs pnt.i.submeri⁹ eūdē nabat i vndis liqdis:sic liquor stygi⁹.i.irernalis sita guletr:&c.i.ēt ora tua. Aut vbi tu naufrag⁹.i.naufragiū pass⁹ supaueris.i.supaueris æquor vētosū.i.pcellosū mare: tunc sup. peas humo.i.terra ptacta:vt Palinur⁹.s.director nauis Aeneę.pnt sup.itercēpt⁹ i portu velio:postea dcō: vt i.vi.Aenei.di.

Vtq; cothurnatum vatem tutela Dianæ:
 Dilaniet vigilum te quoq; turba canum
Aut tu trinacrii salias superba ora gigantis:
 Plurima qua flāmas sicanis Aetna vomit,
Diripiantq; tuos insanis vnguibus artus
 Strymoniç matres Orpheon esse ratæ.
Natus vt Althęç flammis ardentibus arsit:
 Sic tuus ardescat stipitis igne rogus.
Vt noua phasiaca cōpressa est nupta corona:
 Vtq; pater nuptę,cumq; parente domus.

DOMI. ¶ VTq;:Eurypides:qd male nōnullis interpretati sunt de Liuio:Eurypidis exitus. Eurypides:qd male nōnullis interpretati sunt de Liuio:cū apud arch⁹laū regē cœnasset:domūq; reuerteretur:a canib⁹ē dilcer/ptus.tragici carmīs pstātia nobilissimus:nā ill⁹ tragœdiæ cū Sophoc.certāt. ¶ Aut:Empedocles phicā rōnē carmine cōplex⁹ Siciliā ptrām nobilitauit.nā vt Lucre.eiusdē carminis studio apud nos te nete:nihil Empedocle nobili⁹ i Sicilia fuisse affirmat:cū aūt nouo mortis gn̄e imortalitatē optaret:in Aetnā ardētē se cōiecit. ¶ Strymoniæ:mulieres thraciæ Orpheū laniarūt.multos āt fuisse Orpheos i cōmē.Silu tradidimus. & de huius interitu varia scri.Pausanias.q̄ recitabimus alibi. Orphei casus. ¶ Nat⁹:Meleager ob duos auūculos i apri venatione necatos in Atalātæ grām absumpt⁹ ē,althæa mre stipitē igni subiiciēte:q̄ quæ stipitē fatalē habebat. Acceperat.n.Meleagri fabula. Meleagrū ti.tā diu i humanis futurū:q̄ stipes ille seruaret̄. ¶ Vt no.Iason ab expeditione argonautica reuertēs,susceptus hospitio a Creōte eius filiā Creusam vt Dio.& Papi.scri.vt alii Glaucam,vxorem duxit contempta Medea,quæ,vt iniuriam vlcisceretur, Iasonis incendium. napē genus bituminis attulit sponte in corona:quæ eo liquore tincta remotissimum ignem ab aris sacrorū attraxit:immisso incendio domui.& domesticis omnibus.alii aliter rem gestam tradunt.sed hæc a Plu.histo.probatur.

ZARO. ¶ VTq;:co.va.Eurypides clytus Olitricis & Cauponis mnelarchi filius in salamine natus duode.xx.annos agens tragœdiā scri.adorsus est:adeoq; in eis excelluit:vt pstantissimus inde extiterit inter græcos scri.tragicos:athleta etiā fuit: Eurypidis vita. eleusino.n.& theseo certamine pugnauit.& coronatus est:in physicis Anaxagora vsus est præceptore:in arte d cēdi Prodico:in morali pnia secutus est Socra.mulieres ferme oēs maiorē in modū exosas dī:duas tn̄ dilexit:ex quibus filios excepit:in Macedonia apud Archelaū regē magno honore est habitus:a cuius cœna noctu cū reuerteretur.a Lysimacho Archelai seruo:Dianæ qui tēpli ædituo immissus Deæ canibus dilaceratus est:hunc Lysimachum arneus macedo:& creteus Thessalus æmuli Eurypidis corruperant:vt ita eū enecaret:cui madocedones sepulturā & ingentes honores pbuere:ad quos cū atheniensiū legati venissent:vt eius ossa in patria transferre sinerent:maximo consensu in ea re deneganda macedones pstiterunt:habes Au.Gel.xiii.noc.atticarū. ¶ Aut vt tri.Empedocles agrigētinus metonis filius:vt tradit Hippobatus:vt vero Thelanges Archiomi fratrē habuit Calicradem:teste Fauorino in cōmentariis. hic pythagoricā sniam [illegible] cuius & auditor fuit:eximius phis extitit:quo Lucre.totā siciliā multū decorari dixit:scrip.carmine Xerxis [illegible] & tragœdias:multa alia cōposuit:vt Hi[illegible].& Ari.tradunt:quorū alter.xliii.eius opuscula legisse refert:alter vero [illegible] Empedoclis vita. sime eius retulit opiniones:ex diuersis lib.euulsas:varia de eius morte tradunt̄:nam alii scri.in Pelopōneso obiisse [illegible] Empedoclis opera. resquia eum agrigētum condere:ē inimicorum nepotes ipsius obsisterent instituto:Heraclides aliā mortem memorat:vulgatissima autē quæ nunc ab Oui.tangitur:cupidus Empedo.imortalitate potiri.in ætnā montem se proiecit:cr[illegible]dens ita hoibus facile psuasum iri Deū effectum:a flāmis aūt sumptus est.nilq; pter crepidā inuentum est.hinc Hor.in poetica:Siculiq; poetæ narrabo interitū:Deus imortalis haberi Dum cupit Empedocles:ardentem frigidus ætnā Insiluit. ¶ Aetna: mons est Siciliæ:ab Aetna muliere ibi sepulta dictus quā Iupiter dilexit:vt au.est Pindarus. ¶ Diripiātq; tu.Orpheus:de quo multa superius narrauimus amissa penitus Eurydice vxore mulierū spreuit cōcubitus:per siluasq; cōmeans.montes: arbores:& saxa lyræ modulamine ad se trahebat:vt Hora.in carminibus aittaut sup Pindo gelidoue in Hæmo.V[illegible] vocalem temere secutæ:Orphea siluæ:primus thracas amores in pueros docuit.vn̄ Oui.in Met.Ille etiā thracū populis fuit Aetna mōs vbi sit. auctor amorē In teneros trāsferre mares citraq; iuuentam Aetatis breue ver:& primos carpere flores.tandē a mulieribus, Orphei vita. quas spernebat.in Thracia occisus est. Diogenes autē Laertius secutus hist.fulminatū a Ioue tradit:idq; vetu[illegible]imo epigrā.cōprobat:qd in odio Macedoniæ insculptū legit̄.qd ita a latinis est interpretatum:Orphea cadēti transfixū fulmine thracē:Cum cura aonides hi posuere lyra. ¶ Strymoniæ ma.i. Thraciæ.Strymō.n.fluuius est:qui teste Pli.in.v.na.hist.Macedoniam a thracia sepat:fluitq; a vertice montis Aemi. ¶ Natus vt al.Oeneus Parthaonis filius:calydoniæ rex ex Althęa Meleagrum genuit:h Oeneus diis oibus sacra instituit:vna dēpta Diana,quā seu indignatione,siue obliuione pteriuit, irata autē dea vastissimæ magnitudinis aprū in calydoniā immisit:qui totā deuastabat regionē:q̄ ob rem,vt tāta expelleretur pestis,rex partem regni ei,qui aprū interfecisset dī pollicit⁹.Meleager regis natus aiolus,& viribus valens collecta iu- Strymon fluuius vbi nam sit. uenum manu,aprum occidere decreuit,adfuit Iasii quoq; filia Atalanta,quæ in primis telo eum vulnerauit,quo vulnere deinde facile ab oibus occisus est. Meleager autē Atalantæ forma illectus feræ caput ei dono tradidit,decus apud [illegible] Meleagri fabula. quos maximum,qd ægre ferentes Plexippus,& Agenor Meleagri auunculi,puellæ caput abstulerunt,quare ira c[illegible]motus amans Meleager,eos occidit,quem casum cū Althæa pcepisset,stipitē in qua filii vita erat,combussit:nato.n.Meleagro,parcę ardentē stipitem in Althæę cōspectū posuerūt,affirmātes quoad stipes ille duraret,filiū eius vita functum,quem magna diligentia vsq; ad fratrum mortē,vt docuimus,custodiuit,sic Ouidi.& Lactan.phibent. ¶ Vt noua phasiaca,Medea ab Iasone spreta pp glaucem,vel,vt alii,Creusā Creōtis filiā.quā vxorem Iason acceperat,vt iniuriā vlcisceret̄,coronā maIason. lefica arte cōpositā exhibuit Creusæ,vel Glaucæ,qua mortua,vna cū tota domo,occisis Medo & Mermero,dolor[illegible] fugit[illegible] vita pennatis draconibus fugit,& Medeā cōstituit ciuitatem,Acron est auctor,& Sene.in tragœdia,q̄ Medea nūc[illegible].

ASCEN. ¶ TVRba canum virgilum,appositorie tutela Dianæ dilaniet quoq;.i.etiam te,vt supple dilaniauit vatem cothurnatum.s.Eurypidem. Aut tu salias super ora gigantis trinacrii,idest Siciliensis,hoc est in Sicilia in monte Aetna relegati. vnde Aenei.iii. Fama est Enceladi semustum fulmine corpus Vrgeri mole hac &c.supple ab ea parte,qua Aetna sicanis: idest Siciliensis plurima,idest abundātissima,vomit flammas,quod scilicet Empedocli contigit,vt docet Flaccus in arte poetica. Et matres strymoniæ:idest Thraces diripiant:idest dilacerēt tuos artus:idest membra tua vnguibus insanis.idest ipsæ insanientes:ratæ:idest arbitrantes supple te esse Orpheon.nā sic Orphea dilacerauerunt. Et vt natus i.filius Althęæ .i.Meleager:arsit.i.cōsumptus,& cōbustus est flāmis ardētibus:sic rogus tuus ardescat igne.s.fatali:in rogum tuū im[illegible]o a matre. vt noua nupta.s.Iasonis sponsa:hoc est Creusa Creōtis Corinthiorū regis filia:arsit corona phasiaca:idest a Medea Phaside,seu Colchide missa.& vt pater nuptæ.s.Creontes:& domus.s.tota.i.arsit cum parente:[illegible] Actæa.

¶ Vt cruor

¶VT cruor: tunica venenata membra Herculis correpta sunt magno cruciatu: quã missam a Deianira Lycas attulerat vt supradictum est. ¶ Qua sua: Butes Lycurgi filius ob patrem sublatum a Bacchus: eius numinis sacerdotes omnes necauit variis & acerbissimis suppliciis. ¶ Vtque Milo: Milones cõplures fuisse supra est traditum: inter quos Crotoniates nobilissimus fuit robore lacertorum: quibus fretus cum lignum semifixum in silua errans inuenisset: conatus est manibus diducere: sed cuneis excuntibus cõprehensis eius manibus in medio conatu substitit præda feris: meminerũt Cice. & Dio. ¶ Muneribus: Icarus Erigones pater cum atticæ colonos vini vsum docuisset: illi insueto liquore ebrii venenum datum sibi arbitrantes: eum necarunt vno impetu: cuius morte audita Erigone filia laqueo vitam finiuit. notissima fab. est histo. ab Hyginio in primis cum pluribus versibus tradita. ¶ Obstructus: tantum erat laudis bellicæ studium apud lacedæmonios: vt matres filiis in aciẽ prodeuntibus scuta porrigentes hæc dicerent: pergite in his: aut victores: aut mortui. Eurysthenes cum male pugnasset domũ sempiterno dedecore affecit: qua de causa mater indignata eum clausum inedia perire coegit. ¶ Illius exemplo: Agamemnon mactata Iphianassa fi. secundos ventos impetrauit a Diana: cuius indignatione Neptunus mare infestum reddiderat græcis: sed cum eo sacrificio cerua pro filia supposita fuisset: dati quidem fuerũt in præsens optati venti: sed Diana offensæ non immemor effecisse dicitur: vt a Clytemnestra vxore Agamẽnon interficeretur placet magis legas Mineruæ: & intelligas de Aiace oilei: qui ob violatã Cassandram in templo Palladis deæ naufragium fecit: vt ante est dictum ex sententia & Ho. & Stra. ¶ Naupliadæ: Palamedes crimine ficto ab Vlyxe: quod aurum a Priamo in græcorum proditionem accepisset: lapidibus obrutus est. ¶ Aethalon. Aethalus ab Isidis sacerdote necatus estiratum numen signa dedit futuri mali in ægyptios omnes: quod, vt declinarent: instituerunt ne quis ex eius familia qui Aethalon hospitem necasset: in Aegypto esset: aut vllo tempore sacerdotii dignitatem attingeret: certe quidem leges erant quibus sacerdotia dari possent: vt scrib. Iosephus.

DOMI. Herculis interitus Butis vicio Milonis Crotoniatis mors Icari & erigone mors Lacedæmoniorũ stratagẽ Eurysthenis mors

Vt cruor herculeos abiit diffusus in artus,
Corpora pestiferum sic tua virus edat.
Qua sua penthidem proles est vlta lycurgum:
Hæc maneat teli te quoq; plaga noui.
Vtq; Milo, Robur diducere fissile tentes:
Nec possis captas inde referre manus.
Muneribusq; tuis lædaris vt Icarus, in quem
Intulit armatas ebria turba manus.
Quodq; dolore necis patriæ pia filia fecit,
Vincula per laquei fac quoq; guttur eat.
Obstructusq; famam patiaris limine tecti:
Vt legem pœnæ cui dedit ipsa parens.
Illius exemplo violes simulachra Mineruæ:
Aulidis a portu qui leue vertit iter.
Naupliadæq; modo ficto pro crimine pœnas
Morte luas: nec te non metuisse iuuet.
Aethalon vt vita spoliauit Isidius hospes:
Quem memor a sacris nũc quoq; pellit Io.

Aiacis oilei interitus Palamedis mors aethali mors

¶VT cruor herculeos: sæpius superius Herc. interitum exposuimus: qui tunica a Deianira vxore missa extinctus est. ¶ Qua sua penthidem: Butes Lycurgi filius bacchantes mulieres in patris vindictam occidit: cuius obitus iam meminimus. Penthidem dicit: siu quia similia Pentheo egerit: siue quia nepos Penthei fuit. nam Pentheus Driantem genuit: a quo natus est Lycurgus: vt a vetere didicimus interprete. ¶ Vtq; Milo robur: Milo crotoniensis illustris athleta fuit: vt apud Gellium. xiiii. qui cum in locis siluestribus Italiæ iter faceret: quercum proxime viam patulis in parte media ramis hiantem vidit: immissis digitis in hiatum arboris diducere eum conatus est: medioque iam excisso: ipse cum manus deduxisset credens iam opus perfecturum in naturam arbor redit. & retentis hominis manibus: feris eum præbuit dilacerãdum: quod etiam a Valer. maxi. tangitur. ¶ Muneribusque tuis lædaris: Icarus, vt ab Hyginio accepimus, cum a Libero patre vini vsum edoctus esset: atticorum fines perambulans: pastoribus nouum genus liquoris præbuit: quo ebrii existimarunt veneno se potatos: quare Icarum in puteum deiecerunt: eius autem canis mœra dicta: quæ semper dominum sequebatur: domum venit: ac Erigonæ Icari filiæ mortis patris suspitionem ostendit: quam etiam ad locum perduxit: tanto autem dolore affecta dicitur Erigone: vt suspensa vita decesserit: cui mortuæ canis spiritu suo parentauit: quos omnes Iupiter miseratione in astra deformauit. ¶ Quodque dolore necis: erigonem dicit: de qua nunc locuti sumus. ¶ Obstructusque famem: Eurysthenes matrem laconicam nobilem crudelitate dicitur habuisse: quæ in bellum filio prodeunti iussit: ne domum reuerteretur: nisi cæde hostium pollutus: is nequaquam id perfunctus est: quare a matre clausus inedia ad inferos secessit: vt vetus docet interpres. ¶ Illius exemplo violes: Aiacis oilei tangit histo. qui inter scopulos illisus est vt exposuimus. ¶ Naupliadæque modo: Palamedem dicit non vulgaris industriæ vir: nam præter. xvi. literas: quas adinuenit: latrunculorum quoq; ludum primus creditur comperisse: aucto. Plini. hic Naupliæ filius fuit: & Vlyxis dolo a græcis lapidibus obrutus: vt iam ostendimus. Aethalon vt vita: Isidis sacerdos Aethalon, qui filii concubitum petierat, interfecit, quare cum in eius templo aliorum Aegyptii regem imagines collocentur: huius ne statua poneretur est vetitum vel sic. Aethalus sacerdos Isidis ab hospite occisus est: quare Aegyptii Isidis iram metuentes: instituerunt ne quis ex ea familia sacerdotium iniret: aut sacris Isidis posset interesse: vt narrat vetus interpres.

ZARO. Hercules Butes qre penthides dictus sit Milo Crotoniensis Icarus erigone eurysthenes Aiax oileus Palamedes

¶ET vt cruor: scilicet Nessi: venenosus abiit diffusus in artus Herculeos: idest in membra Herculis per camisiam a Deianira per Lycam missam: sic virus: idest venenum pestiferum edat: idest absumat corpora tua. Hæc plaga noui teli: qua Lycurgum penthidem. i. Penthei filium: sua proles: idest filius Butes: est vlta: scilicet occidendo Bacchi sacerdotes variis suppliciis. maneat, idest expectet, quoque, idest etiam te. Et tentes, idest coneris diducere, idest in diuersas partes distrahere, robur, idest arborem robustam: aut tenera arborem robur dictam, quæ est de genere quercus, fissile, idest fissam & rimosam. vt, idest quemadmodum, Milo supple tentauit. vt etiam Aulus Gellius recitat, nec possis referre inde, idest ex ipso robore manus captas, idest comprehensas ab arbore, & ita maneas præda feris, vt ille mãsit. Et lædaris tuis muneribus, idest ob tua munera, & inuenta, vt Icarus supple læsus est ob inuentum vinum, in quem ebria turba, scilicet agrestium credens se veneno infectam, intulit manus armatas quæ ipsum occiderunt. Et fac quoque, idest etiam, vt supple guttur tuum eat, per vincula laquei, idest vt stranguleris, & suspendaris, quod, idest quam rem pia filia, scilicet Erigone virgo fecit dolore, idest ob dolorem, necis patriæ, idest paternæ, seu patris sui Icari. Et tu obstructus in limine tecti, idest domus, patiaris famem, vt supple famem passus est: & ea neci datus eurysthenes lacedæmonius, cui ipsa parens, idest mater dedit legem pœnæ, vt recitatur a Calderino. Illius exemplo ad finem vsque, quem nunc attingimus, imprecatur in Ibin. Ordo est, Violes simulachra Mineruæ exemplo illius, scilicet Aiacis Oilei: qui concubitu templum Palladis incæstauit, qui vertit iter leue, idest facile a portu aulidis, ob quam rem volunt alii legendum esse Dianæ. & luas morte, scilicet tua. pœnas pro crimine ficto, idest false imposito, more naupliadæ, idest Palamedis Nauplii filii ab Vlyxe falso accusatus nec iuuet te nõ metuisse, idest nec prosit tibi quod non metueris, sicut nec Palamedi profuit.

ASCEN.

Vtq; Melanthaeum tenebris a caede latentem
Prodidit officio luminis ipsa parens.
Sic tua coniectis fodiantur corpora telis:
Sic precor auxiliis impediare tuis.
Qualis eqs pactis, quos fortis agebat Achilles
Acta phrygi timido est, nox tibi talis eat.
Nec tu q̄ Rhoesus somno meliore fruaris:
Quam comites Rhoesi tu necis ante diem.
Quā quos cū rutulo morti Rhānete dederūt
Impiger Hyrtacides, Hyrtacydaeq; comes.
Cliniadaeq; modo circundatus ignibus atris
Membra feras stygiae semicremata neci.
Vtq; Remo muros auso transire recentes:
Noxia sint capiti rustica tela tuo.
Denique sarmaticas inter, geticasq; sagittas,
His precor vt viuas, & moriare locis.
Haec tibi tantisper subito sunt missa libello:
Immemores ne nos esse querare tui.
Pauca quidem fateor, sed dii dent plura rogantis
Multiplicentq; suo vota fauore mea.
Postmodo plura leges, & nomen habētia verū:
Et pede quo debent acria bella geri.

Publii Ouidii Nasonis sulmonensis poetae clarissimi liber in Ibin feliciter explicit.

DOMI. ¶ VTq; Me. potes intelligere de custode captarū Vlyxis: sed placet itelligas de Codro: qui Melāthei filius fuit: vt Strabo scri. & patrem necauit: dephensus ab Athen [illegible] ad suppliciū matre indicāte: qua vna cōscia latebat. ¶ Qualis: Dolonē a Troianis missum in graecorū castra explorāda captu Vly. & Diome. tota nocte in q̄ne habuerunt sollicitantes qd apud Troianos ageret. Is adit venerat: vt equos Achillis abduceret: quos pmiserat Troianis: sed nocte illā egit in somnē magno metu: talē īprecat Ibidi. ¶ Nec tu quā Rhoe. tracie rex equos albos Troianis adducebat: qui si pabula Troiae gustassent: in fatis erat pergama capi nō posse. sed ipse cū comitibus a graecis interfectus est: cum noctē ageret magno metu. ¶ Quā quos: Nisus & Euryalus in castris Turni Rhānetē trucidarunt dormientē vnā cū multis aliis. ¶ Cliniadaeq;: Alcibiades eum in Phrygia ab Atheniensibus exularet. immissis percussoribus publico decreto in cubiculo crematus est. sunt autē Clytiae filius: potes & Clytiadē itelligere filiū Clytiae puellae dilectae a Sole: qui radiis Phaebi exustus est. ¶ Vtq; remo: Remus cū pter fratris edictū muros Romae inchoatos trāscēderet: a Fabio Celere necatus est. Celer aūt officii nomen est: nam Romulus satellites suos celeres appellauit; aucto. sunt Plu. Liuius: & Dionysius.

ZARO. ¶ Vtq; Melāthaeum: Melanthaeus homicidio obnoxius cum lateret a matre rei inscia: quaerētibus est manifestatus: vtq; melius eos gnoscerent lumen attulit: qui captus capite mulctatus est: vt vetus interpres scri. Alii de Codro intelligentes peruertunt histo. ¶ Sic tua coniectis: ad huius loci interpretationem tres inferiores versus pertinent: & Dolona phrygium taxat. Hic ad graecorū castra explorāda missus est a Troianis qbus Achillis equos Balion inquā & Xanthum abducere pactus est: sed ab Vly. & Dio. per noctē captus occiditur: prius tñ Troianorū detectis cōsiliis: vt Ho. & Dictis scri. Oui. in heroidibus retulit: Et ferro Rhoesum, Dolonaq; caesos: Vtq; sit hīc somno proditus, ille dolo. ¶ Nec tu q̄ Rh. Cionei filius Rhoesus Trachiae rex: in troianorū auxilia veniens vna cū comitibus ab Vly. & socio Dio. occisus est Dolōq; equos albos secū ducebat: qui si Xanthum bibissent: erat in fatis Troiā capi nō posse: vt Maronis carmen testatur: ardentesq; auertit equos in castra priusq̄ Pabula gustassent Troię, Xāthūq; bibissent. Hom. & Dictis hanc copiosius scripse. hist. ¶ Quā quos cū ru. Nisus Hyrtaci filius & comes Euryalus in rutulorū castra venere: vbi Rhānetem, multosq; alios morti dederet: tādem & ipsi agniti occisi sunt: vt in. vii. Aenei. Vir. est auc. ¶ Cliniadęq; mo. Persicus Clynii fili⁹ a sociis occisus est: ac semicōbustus pp auri copiā i quā habebat secū: si veteri credimus interpreti. pt quoq; de Alcibiade Cliniae filio intelligi: qui in Phrygia crematus est Lysandri lacedęmonii artificio: vt Probus Aemilius tradit. legitur & Clytiade: & Clytiae filium dicit. q dicitur radiis solaribus exustus. ¶ Vtq; remo muros: narrat in primo ab vrbe condita Liuius Remum in cōtentione augurii ictū in turba cecidisse. deinde ait: Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum nouos transiliisse muros: inde ab irato Romulo cum verbis quoq; increpitans adiecisset: sic deinde quicunq; alius transiliet moenia mea interfectum a Celere Centurione rastro. ¶ Rustica tela: quia rustici tum Romani erant: isque Centurio: a quo Remus est occisus. ¶ Denique sarmaticas inter, Geticasq; sagittas: Sarmatae: quos graeci sauromatas vocant, Borealem regionem incolunt exilem, ac tenuem: alioquin felicibus refertam arboribus: ab amazonibus oriundi: vt Herodotus tradit: tanta iis est barbaries: vt pacē non intelligant: sagittis in bello vti solitos accepimus: sicut & Getas: qui a Romanis: teste in. iiii. histo. Plini. daci nuncupantur: Thraciam incolere dicunt eodem in loco, Plinio auctore, quorum saeuitiem in libro de Ponto Ouidi. memorat, cum ait: Nulla getis toto gens est truculentior orbe. ¶ Haec tibi tantisper: interea & si fere post se postulet: dum pro donec: siue q̄diu: vt doctorum grammaticorum est sentētia. ¶ Subito sint missa libello: Immemores ne nos esse querare tui. solent homines cum a patria absunt quam primum ad amicos literas dare: vt inde ipsorum oblitos non credant: quare nunc poeta inquit: Mittimus tibi has nostras imprecationes subito ne credas me iniuriae oblitum: quare in principio operis dixit. Sic ego te nōdum ferro iaculabor acuto & quę sequuntur ad octo versus. ¶ Querare: queror deponens absolutum sine. ae. diphthongo idem quod lamētor valet: vt hoc loco: vnde questus quartae inflexionis pro lamentatione accipitur: cuius datiuus & ablatiuus pluralis est questubus vt portubus. Quaetor autem cum per diphthongum scribitur: a quo multa componuntur verba: notissimam habet significationem: quam docti pariter & indocti tenent: vnde quaestus: idest lucrū deducitur: qui in datiuo & ablatiuo plurali quaestibus facit. ¶ Pauca quidem fateor: subaudiendum missa a me sunt. ¶ Sed Dii d: nt plura precanti: roganti: precor, cum solum post se accusatiuum habet, est idem quod rogo: cum vero datiuo adiungitur est idem quod imprecari: hoc est optare alicui Deos precando bonam fortunam, aut malam: quemadmodum apud auctores obseruauimus: de quo verbo disserit Celius in noctibus acticis. ¶ Postmodo plura leges: intelligendum q̄ ista quae nunc mittimus. ¶ Et nomen habentia verum: non autem quē admodum in praesentia ficto nomine Ibidem appellamus. ¶ Et pede quo debent acria bella geri: carmine iambico vtimur ad maledictiā proprie: vt in principio docuit poeta: vbi dicit: Postmodo si perges in te mihi liber iābus Tincta lycābeo sanguine tela dabit: & nos quoq; in cōmētario abūde explicuimus. ¶ Acria seuera. Acre multas habet significationes: vt Nonius Mar. docet: inter quas acre pro seuero exponit. ¶ Bella: bellū & praelium ita inter se differūt: vt bellum dicatur: etiā ipsa pugna: tum totum tempus: quo in militia sumus: praelium ipsum tantummodo armorum certamen. ¶ Geri: sieri. gerere habet: et: ferre: &, vt, hic, facere: teste Nonio. & Gerrones nugatores nuncupant. & gerrae nugae, sicuti Seruius & Nonius Marcellus tradunt: non a gerendo. nam geminat r. sed a Gerra, quod est cratis genus: quod cum sibi poscerent syracusani pro scutis illusi: tamen nomen dederunt nugacibus.

ASCEN. ¶ ET vt ipsa parens: idest mater prodidit officio luminis: idest agnitione per oculos facta: Melāthęum, s. filium suum la/
tentem

Codri interit⁹ Dolonis exit⁹ Rhoesi hi. Rhānetis exit⁹ Alcibiadis casus Clytias aliusq; fuerit

Melāth⁹ q

Dolon Rhoesus Rhānetes Persici mors Rem⁹ Sarmatae q & sauromatae quā incolūt regionem Getae q & Daeae quā incolūt regionem Tātisp q d post se exigat & cū eo iungat Queror quo scribatur & quā hēat significationē Precor qb⁹ casib⁹ coniugatur & quot hēat signata, q b⁹ vtebantur carmine iambico Acre quot signata habeat multa Bellum in quo a plio differat Gero quot signatiōes habeat Gerrones & gerrę vñ dicant & quomodo scribantur

tent eam:idest defensum a cæde:idest occisione:et tenebris:idest beneficio tenebrarum: sic tua corpora fodiantur telis coniectis:scilicet in ea. & ego precor:vt impediare sic a tuis auxiliis:idest ab iis:qui tibi auxilio esse deberent:vt ille a matre impeditus est. Qualis nox est acta phrygi:idest Troiano.i. Doloni timido.s. propter furtum:quod attentauit:hoc est equis quos fortis Achilles agebat:pactus:idest pollicitis ab eo:talis nox eat tibi:idest illudaris:& tãdẽ neceris, vt ille. Nec tu fruaris meliore somno q̃ Rhæsus.s. Rex Thraciæ:qui prima nocte cum Troiã intrare non posset:somno grauatus deprehẽsus & occisus est ablatis equis eius candidissimis & fatalibus, nec tu fruaris meliore somno ante diem necis:idest pridie:q̃ necaberis:q̃ supple fruebantur comites Rhæsi. Et non fruaris meliore somno:q̃ supple ii: quos hyrtacides.i. Nisus:impiger:idest velocissimus cursor:vt patet.v. Aened. & etiam.ix. Et comes hyrtacidæ:scilicet Euryalus: dederunt morti: idest occiderunt cum Rhãnete rutulo: dum: scilicet per noctem ad Aeneam iter habebant per castra rutulorum: vt late patet Aenei.ix. Et tu feras membra semicremata.i. ad medium cremata neci stygiæ.i. ad mortem infernalem existens circundatus atris ignibus more cliniadæ:idest Alcibiadis:qui in cubiculo crematus est. aut more Clytiadæ puellæ filii: qui radiis Solis exustus periit. Et tela rustica sint noxia.i. nociua:tuo capiti.i. interficiant te:vt supple fuerunt noxia remo fratri Romuli auso transire muros.s. Romæ recentes.i. recẽter factos, & adhuc humiles. denique ego precor:vt viuas, & moriare his locis:scilicet in quibus me esse gaudes inter sagittas sarmaticas, & geticas.i. sarmatarum, & getarum ferocium populorum ad glacialem oceanum habitantium. Hæc:scilicet maledicta & nociua vota sunt missa tibi tantisper.s. dum inter geticas sagittas moriaris: libello subito.i. subito calore ędito, ne querare.i. queraris non esse immemores tui. hoc per irrisionem dicit: quia melius esset non esse memorem, q̃ sic. ego quidem fateor pau[...] supple hæc esse: sed dii dent mihi roganti plura supple mala in te imprecari:& multiplicent mea vota suo fauore. Et leges postmodo.i. postmodum:plura.i. plures imprecationes:& habentia verum nomen.s. tuum:cum nunc per fictionem Ibis voceris. & supple confecto pede.s. iambico:quo acria bella.i. hostiles imprecationes:debent geri.i. ingeri, & imprecari.

PERORATIO.

Peroratio

LAudat Papinius patrem:q per tenebras Lycophronis poetæ sine errore incederet. Ego in tã obscuro Ouidii opere interpretando tãtam laudem nec agnosco:nec mihi assumo:vt in tam reconditis locis aliquando non offenderim:qui & ea doctrina non sum:qua Papinii patrem fuisse credimus:atque vtinam vel mediocri essem:vt opus habui interpretandum:in quo poeta obscuritatem non solum admisit, vt ille, sed affectauit: vt nemo præter Callimachum:quo obscurior per æmulationem esse contendit id, quod initio diximus, Lycophronis carmen legimus sæpe:in quo argumento quidem Ouidio grandior:sed verbis apertior nobis videtur:& cæci sane, qui illum interpretantur:in tanta præsertim librorum copia:non tam per coniecturam fabulæ apud illum indagandæ fuerunt:q̃ colligendæ a diuersis auctoribus scriptæ. Mihi vero sæpe vix vno verbo designatæ occurrebant: vt primum quidem.[...] vellet coniiciendum fuerit:tamen quid afferre possemus elaborandum. Breuitatem in primis sum secutus:vel quod opu[...] breue esset:vel quod eius generis sunt:quæ recitauimus:vt capite iis adũbrato:reliquã [...] coloribus, quos [...] facile deduci posset opusculi initio ingenue fassus sum:quos habeam auctor[...] si qu[...] a præ[...] inuenerunt: in communem afferant vtilitatem, Nos commentarios in Iuuena. quos viro principi indicauimus cum reliquo opere librariis nuper tradidimus imprimendos. Vbi quid scripserim: quid effecerim: aliorum erit iudicium:ea certe fore confido:quæ duo quinquagenarii homines: quorum vterque industriæ nostræ vel inuidet: vel pie aduersatur ab eo qui.xxix. nondum compleuit annum discere malint, q̃ ignorare. Vale Falco:& ama me.

Domitii Calderini Veronensis commentariorum Ouidii in Ibin Finis.

OVIDII VITA PER ANTONIVM VOLSCVM.

Ouidii patria

PVblii Ouidii Nasonis poetæ vetusta equestris ordinis familia fuit:patria vero pelignorum Sulmo Troianorum opus:patet Naso:ipse natus est Mineruæ quinquatriis ad.xiiii. calen. Aprilis Au. Hircio: &. C. Pãsa Coss. qui ad Mutinã bello ciuili ceciderunt:fratrẽ habuit vno natu maiorẽ:cũ quo sub eruditissimis in vrbe grammaticis Crassitio Pascile surrentino:& scribonio aphrodisio Orbilii seruo profecit. Iulio phrygino Augusti liberto grãmatico celeberrimo amicissimum fuisse Trãquillus scri. Aduersante natura:vt patri obtẽperaret:forum secutus est. Sed cum ille nonagesimo ætatis anno interiret:ipse ad musas veluti ad peculiare naturæ munus redut. Octauii munere eques triumuiratum tulit. Ex poetis amicos habuit: Aemilium macrum veronensem:qui de herbis scripsit:Põticum, qui Thebaida cecinit:Propertium vmbrum elegiacum auctorem: Bacchum qui iambos edidit:& Flaccum Horatium venusinum:vxores habuit tres:duas repudiauit:cũ tertia sanctissime vixit:ex qua duas filias suscepit. Ex altera secundi viri nuptias secuta in Libyam auus est factus:in exilium, cum annum ageret quinquagesimum, ab Octauio mittitur. Alteram nomine Perillam domi nubilem reliquit. Exilii causam in fastorum interpretatione exposuimus. Hortos habuit in colle quirinali. anno post exilium nono in Ponto: vbi exulabat, e vita migrauit. sepultus Thomis:vt tradit Euseb. in exilio scripsit Ibin suæ miseriæ: querelas in opus geminum distinxit: alterum tristitia: alterum exilium ponticum inscripsit.xii. Fasto. lib. emendauit, & ædidit:quorum sex desiderantur:Consolationem de morte Drusi:Germanici vero triumphum:& latina & getica lingua cecinit. Ante exilium ædiderat amandi artem, & remedium amoris:ad Corynnã:Medeã tragœdiam, quam maxime Fabius commendat: opusculum de piscibus inchoatum reliquit Metamorpho. sine ęditione e manibus intercidit: cui vltimam limam ob exilium apponere non licuit. Multa cremauit. Epistolas autem multo antequam emendatissimas dederat, Has quoniam præter heroes:tris heroinas solum dedisse confinxerit. licet quidã aliter falso credant:vt suo loco disputabimus:heroidas inscripsit. heroum genus ad Iouem, deosque refert Hesi. idque fuisse vult cum Thebæ & Troia cecidere. Quos Mãlius ideo tradit heroas appellari quoniam aere (quod cælum dicimus) genere, & virtute digni videantur.

Nasonis magratus

Ouidii horti vbi

Nasonis opera

¶ Ouidii Vita per Cristophorum Zarotum Iustinopolitanum compilata

Sulmo Ouidii patria



Vblius Ouidius Naso Pelignis in oppido Sulmone tertiodecimo calendas Apriles ex Botio equestri ordinis patre natus est: secundo quinquatriorum die eo quo Hircius & Pansa Cos. mutinensi bello ceciderere: anno fratrem habuit maiorem natu: cũ quo in patria est educatus: primaq; literarũ rudiméta edoctus. Mox vtrũq; adultum pater Romam misit: vt eloquentiæ studiis pariter & legibus incumberent: quęstus acquirendi gratia facile alter parentis præceptis paruit: qui nisi di.m fata præmaturassent: vigesimo enim ætatis suę anno e vita decessit causidicus optimus futurus videbatur. Ouidius auté non sine maxima molestia aliquãdiu foro operã dedit: reosq; plerũq; defendit: interq; centumuiros iudicium dixit: quãtum in declamationibus extiterit, Seneca nobis testimonio est: qui eum declamatoribus inseruit. Defuncto patre musis & poeticæ totum se tradidit: a quibus studiis inuitus secesserat: vtq; etiam in eis melius proficeret græcas literas didicit: quo tépore sub Marco Varrone: cui & acceptissimus fuit: sicuti & suo. Cornel. Gallo militiam exercuit. Vxores tres habuit: quarũ primam: quæ ei pene puero nupserat, ob morum insoléntiam, turpitudinemq; dimisit. Alteram quoq; repudiauit: causa nobis cur id fecerit incognita. Tertia vero diutius cum eo mansit: ex qua filiam Perillam nomine habuit. Demũ ab augusto imperatore annum agens quinquagesimum in Pontum euxinum relegatus est: cuius exilii causas, quis est: qui facile norit: cum & ipse modo hanc modo illam referat: satis tamen constat ibi per nouem annos mansisse: vbi extremum obiit diem. Anno Tiberii quinto: & prope Tomos oppidum sepultum. Siue propter libros, quos de arte amandi composuit, exularit: quod non mirum videri debet: siquidem feruntur libri huiusmodi a Iulia & Drusilla vehementer cõcupiti: perlectiq; assidue: vnde & suspitio orta est incensas libidine amatores fuisse secutas. Cesarem vero vsq; excanduisse: vt & auctorem huius mali in exilium pepulerit Ouidium, & pariter mulieres: tam & si quid metuerat Ouidius: vel quonam pacto potuissent eius blandimentis carminis: nisi suum corpus antea prostituere cupiuissent: siue q(vt alii volunt) Synodi auctoritatem in medium afferentes: quia Iuliam Augusti puellam ex Liuia filiam amarit: quam ab Oui. Corynnam falso nomine appellatam tradunt: quæ causa a nobis minime probari potest: nec a quoquam doctorũ examussim Sydonii verba trutinante: & quid de Corynna ab Ouid. scriptum sit, leget: haud principis puella digna: siue, quia Iuliam Drusillam nudam viderit: aut Augustum pronũ pem: cum exoletis consuescentem: quæ ambæ causæ satis placent: cum & ipse quoq; indicarit. Cur aliquid vidi: cur noxia lumina feci: Cur imprudenti cognita culpa mihi est. Inscius Actæon vidit sine veste Dianam: Præda fuit canibus non minus ipse suis. Si quis auté curiosius hæc scire affectat: eius tũ de Tristibus: tum de Ponto libros perlegat: nos tantum in presentia diuersas attigimus opiniones illorum qui exilii Ouidii meminerunt. Multa carmina scripta memoriæ reliquit:

Exilium Nasonis

Exilii causa

Ouidii opera

auspicatus est primis teneris adhuc annis Heroidum diuersarũ Epistolas. Deinde amorum libros quinq; ad Corynnam: quos ad tres redegit. hi de sine titulo quoq; nuncupantur. De medicamine faciei. De arte amandi ad iuuentutem Romanam libros tres, quos particidas solet appellare. De remedio amoris libros duos. Metamorphoseõ libros quindecim opus diuinum: heroicq; carminis dignitati conueniens: licet in eum nimis lasciuire dixerit Quintilianus. Tragœdias quoq; adortus est: quarum Medea maxime a Fabio Quintiliano: & Cornelio Tacito approbatur [illegible] nãq; Fabius in decimo Ouidii Medea videtur mihi ostendere quantum vir ille ingenio præstare potuerit: si ingenio suo [illegible] q̃ indulgere maluisset. In malos poetas librum composuit: vt Quintilianus refert. Epistolam consolatoriam ad Liuiam [illegible] de morte Drusi Neronis: qui morbo in germania perierat. Bellum actiacum inchoauit. Ad Tiberium libros duos. De tristibus quinq;. De ponto quatuor, Fastorum duodecim: & nisi sex manibus habeantur temporum incuria. In Ibin inuectiuã vaticinia vnico absoluit libro. Triumphum Cæsaris. De piscibus opus inchoauit: vt Oppianus scripsit lingua getica. Librum de gestis imperatoris apud getas. Nonnulla etiam alia opuscula Ouidio ascribuntur: quæ an ipsius fuerint non liboto: videlicet de Nuce de Philomela: de Pulice: non tamen hæc habemus cum multa interierint: seu librariorum inertia siue temporum iniquitate. Quem auté inter elegiacos poetas locum teneat: ex Quintiliano facile datur intelligi: cum ait: elegia quoq; græcos prouocamus: cuius mihi tersus, atq; elegans maxime videtur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Oui. vtroq; lasciuior: sicut durior Gallus.

Venetiis per Bernardinum de Vianis de Lexona Vercellensem. Anno domini. M.D.XXXIII. Die. X. Mensis Iulii.

Registrum huius operis.

AA A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes sunt terni: præter S quaternus. q.xi.car.iii.